

No. 1.

Theoderich I, koning van Neustrië en Bourgondië, bevestigt de gift van goederen, waaronder Ressen, Wolferen en de beide Rothem in de Betuwe, door hem aan het klooster van s. Vedast bij Arras gedaan.

Tusschen de jaren 673 en 691.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Theodericus, gratia Dei rex.

Idcirco potissimum collatam nobis a Deo credimus imperii dignitatem, ut in tutela et augmento sanctae catholicae ecclesiae ipsius piam exsequamur voluntatem. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, tam futurorum quam praesentium, solertia, quod adierunt celsitudinem nostram monachi ex monasterio, quod vocatur Nobiliacus, ubi pretiosus confessor Christi Vedastus corpore quiescit, humiliter postulantibus, ut regale decretum nostrum super villis, quae nostra munificentia iam sibi cesserant, firmari iuberemus et quaecumque ex inspiratione divina ipsis contuleramus, imperiali edicto et sigillo ad perpetuitatem statueremus. Igitur, pro salute tam successorum quam antecessorum nostrorum, videlicet regum vel imperatorum, et pro totius statu regni, inspirante rege omnium regum Deo, praefato monasterio et monachis inibi Deo in perpetuum famulantibus regali liberalitate confirmamus, quae iam eadem liberalitate concessimus, ad matriculam scilicet ecclesiae, in Atrebato pago Atheas, Felci, ad portam ecclesiae, Bernivillam, Daginivillam; in pago Veromandensi Mediolanas, Valles, Putheas aquas; in Batua Rexnam, Wulfaram cum capella, Rothem et aliam Rothem; in pago Hasbanio et Ribuario Haimbecha, Halmala, Torona, et inter Altheim Maridas, Ambron, Musinium, Groseas, has villas, mansos dominicales sex, mansos serviles septuaginta quinque; in Watrevio Cambach cum appendiciis suis et ecclesia; in pago Caribant Maxtin cum appendiciis; in Pabula Montes. De his ergo villis, cum omnibus appendiciis et redditibus et mancipiis, per imperialem celsitudinem sancimus, ut nullus mortalium praesumat

aliquid violentia qualibet vel fraude auferre vel demere, sed sicut a nostra liberalitate roborata sunt, praefati monasterii fratrum usibus in perpetuum cedant . . . .

Pardessus, *Diplomata*, II, no. 395, p. 186

Theoderich, in het jaar 670 benoemd, doch in het klooster te s. Denis opgesloten, verkreeg 3 jaren later de koninklijke waardigheid en overleed in het voorjaar van 691. Pertz, *Die Geschichte der Merowingische Hausmeier*, S. 47. Van Spaen, *Inleiding*, III, bl. 374, meent dat Theoderich II, koning in de jaren 720—737, de gift deed, omdat de Frankische koningen omstreeks het jaar 670 geene bezittingen tusschen Rijn en Waal gehad zouden hebben. Over die landstreek zal zich hun gebied echter wel hebben uitgestrekt, ook voor dat Pippijn van Herstal in het jaar 689 den Frieschen koning Radboud bij Wijk te Duurstede overwonnen had.

De oorkonde kan niet opgemaakt zijn in den vorm, waarin zij gedeeltelijk tot ons gekomen is. De inhoud is evenwel waar. Paus Johannes VIII bevestigde in het jaar 875 de gift. Het klooster, volgens Binterim und Mooren, *Die Erzdiözese Köln*, III, S. 1. noot 2, door Theoderich I gesticht, bezat, blijkens een Register harer goederen, in het begin der xvde eeuw nog die in de Betuwe gelegen waren. Zie ook Vita Popponis, abbatis Stabulensis, cap. XII, bij Pertz, *Monum. Script.*, XI, p. 300. Door bemiddeling van s. Vedast werd een wonder verricht in comitatu Baduano in villa s. Vedasti, quae dicitur Vulfara. *Miracula s. Vedasti in AA. SS. Boll. Febr.*, I, p. 812.

Zie over de Betuwe: Van Spaen, a. w., III, bl. 361, Van den Bergh, *Geographie*, bl. 197, en Acker Strating, *Aloude Staat*, II, Sk. II, bl. 177.

## No. 2.

Aengelbert geeft aan bisschop Willebrord eene casata te Bern in Teisterbant.

21 Mei 709.

In Christi nomine domino sanctissimo et dilectissimo patri W., episcopo, Aengelbertus, filius Gaoberti quondam, donator.

Dum leges et iura sinunt et convenientia Francorum est, ut de facultatibus suis quisque, quod facere voluerit, liberam habeat potestatem et necesse est, ut quisque pro incerto huius vitae exitu de rebus suis aliquid ad Dei partem committat, ut per hoc indulgentiam facinorum suorum percipiat, idcirco ego Aengelbertus, pro remedio animae meae seu retributione aeterna, aliquid tibi, domine pater et pontifex W., de rebus meis donare decrevi; quod et ita feci: hoc est in pago Texandriae, in loco nuncupante Alfheim, quod mihi ex paterno iure legitime provenit, hoc est casatas XI cum sala et curticle meo, quem ad praesens habere visus sum, cum mancipiis et omni peculio eorum. Haec omnia tibi a die presenti trado atque transfundo cum omni integritate vel adiacentiis eorum, hoc est casis, curticlis, silvis,

terris, pratis, pascuis et aratoria terra, aquis aquarumque decur-  
sibus, mobili et immobili, egressu vel ingressu et watrishafo. Haec  
omnia tibi do donatumque esse perhennis temporibus volo. Hoc ha-  
beas, teneas, possideas tuisque ad possidendum relinquis, et quic-  
quid exinde facere volueris liberam et firmissimam in omnibus  
habeas potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, ego  
ipse vel ullus de heredibus aut propinquis meis seu quaelibet extranea  
aut opposita persona, haec contra hanc meam confirmationem, quam  
ego pro divino intuitu vel animae meae remedio fieri aut firmare ro-  
gavi, venire valuerit aut infringere, et ista carta ei ostensa fuerit ad  
relegendum et se ex hoc comescere noluerit, inprimitus irae Dei  
omnipotentis incurrat et a liminibus sanctorum efficiatur extraneus, et  
inferat tibi, una cum cogente fisco, auri libras v, argenti pondo x,  
et nec sic quod repetit evindicare valeat sed firma et immobilis haec  
nostra donatio permaneat, adstipulatione subnixā.

Actum publice Tilliburgis, xii kalendas Iunias, anno xv Childeberti  
gloriosissimi regis.

Et do tibi in pago Testeventi super Mosam, loco Birni, casatam  
unam cum omni peculio.

Ego Virgilius presbyter scripsi.

Aengelbertus. Werengatto frater eius. Paulus presbyter. Aldrao.  
Alduino. Nardgaodo. Egisgaro. Nanduiano.

Martène et Durand, Amplissima collectio, I, p. 16.

De bedreigingsformule, door Martene en Durand niet geheel opgenomen, is op  
hunne aanwijzing uit eene vroegere oorkonde aangevuld.

Zie over Teisterbant: Van Spaen, Inleiding, III, bl. 122, Van den Bergh, Geographie,  
bl. 200, en Acker Stratingh, Aloude Staat, II, Sk. II, bl. 168.

---

N<sup>o</sup>. 3.

Ansald geeft in het klooster te Susteren aan bisschop Willebrord goederen  
in de gouw Texandria.

24 October 711.

In Christi nomine dilectissimo et sanctissimo patri W. pontifici,  
Ansaldus monachus, filius Wigibaldi quondam, donator.

Leges et iura sinunt et convenientia saecularium personarum est, ut  
de rebus suis propriis unusquisque quod facere voluerit liberam habeat  
potestatem et hoc solemni scriptura, pro temporum serie, firmetur.  
Quod cum ita est, ego Ansaldus, perpendens in mente mea fragili-

tatem presentis vitae, cogitavi aliquid de rebus meis tibi pro remedio animae meae seu orationum tuarum lucro dare et delegare, quod et ita facio, hoc est, quod tibi dono in loco Haeslaos, in pago Texandriae, super fluvio Dudmala, totum ad integrum quod mihi genitor meus Wigibaldus quondam hereditario iure dereliquit, vel quicquid ego ibidem iuste laborare visus sum; — hoc est casis, curtielis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cum watriscapo et aratoria terra, mobili cum immobili, cum manentibus ibidem aspicientibus, x servientes, gafergarias, hochofinnas, cum ingressu et egressu, cum omnibus adiacentiis, a die presenti tibi ad integrum dono donatumque perennis temporibus esse volo. Hoc habeas, teneas, possideas atque defendas tuisque possidendum derelinquas, vel quicquid exinde facere volueris liberam potestatem habeas. Si quis vero, quod futurum esse non credo, ego ipse aut ullus de heredibus aut propinquis nostris seu quaelibet extranea aut opposita persona, quae contra hanc nostram confirmationem, quam nos pro divino intuitu vel animae nostrae remedio fieri aut firmare rogavimus, venire voluerit aut infringere, et ista carta ei ostensa fuerit ad relegendum et se ex hoc compescere noluerit, inprimitus irae Dei omnipotentis incurrat offensam et a liminibus sanctorum efficiatur extraneus, et inferat tibi, una cum cogente fisco, auri libras v, argenti pondo x, et nec sic quod repetit evindicare valeat sed firma et immobilis haec nostra donatio permaneat, adstipulatione subnixa.

Actum publice in monasterio Suestra, anno i Dagoberti regis, die viii calendarum Novembrium.

Ego Laurentius indignus presbyter, rogante Ansaldo Dei servo, scripsi.

Pardessus, Diplomata, II, N<sup>o</sup>. 431, p. 289.

Würth-Paquet, Table analytique, deelt bl. 33 mede, dat sommige afschriften van deze oorkonde de dagtekening hebben: anno primo Clotharii regis, die viii kl. Novembris, en plaatst haar, bl. 43, op 24 October 718.

---

#### N<sup>o</sup>. 4.

Pippijn van Herstal en zijne vrouw Blittrudis geven de kerk en mansionile te Susteren in de Maasgouw aan bisschop Willebrord.

2 Maart 714.

Ego in Dei nomine illuster vir Pippinus, filius Ansgisili quondam, et illustris matrona mea Blictrudis, filia Hugoberti, intuitu timoris

Dei et animae nostrae remedio cogitantes, ut oratorium ac cellulam in honore Salvatoris et ss. Petri et Pauli vel ceterorum apostolorum et reliquis sanctorum, mansionile Suestra, situm in pago Mosariorum super fluviolo Suestra, quod Blictrudis dato pretio ab Alberico et Haderico comparavit, a novo fundamine edificare deberemus, quod ita et fecimus et ipsum mansionile ad ipsam cellam delegavimus; placuit nobis ut apostolico patri Willibrordo episcopo ipsam basilicam tradidissemus, quod ita et fecimus in eo modo, ut ibidem fratres peregrinos vel alios Deum timentes congregare debeat. Et illud nobis inserendum placuit ut, cum ipse Willibrordus de hac luce migravit, ipsi fratres quem inter se elegerint sibi constituent abbatem in ea ratione, ut nobis vel filio nostro Grimoaldo et filiis suis vel filiis Drogonis, nepotibus nostris, in omnibus fidelis appareat et ibidem secundum ordinem sancte degat, et sub nostro mundi-burdio et ipsius Grimoaldi filiorumque suorum et Drogonis, nepotum nostrorum, defensione persistere debeat; et si quis Deum timentium, tam de parte nostra quam de reliquis hominibus, de rebus suis eis aliquid condonaverit, Deo propitio, eis proficiat in augmentis. Si quis vero, quod minime credimus esse futurum, heredum vel proheredum nostrorum vel quaelibet opposita persona contra hanc donationis cartulam venire temptaverit et eam infringere conaverit, primitus iram Dei omnipotentis incurrat et sanctorum angelorum et a liminibus ecclesiae alienetur partemque habeat cum Iuda et ultione Ananiae et Saphirae vel lepra Giezi percutiatur; insuper inferat fisci iuribus auri libram unam, argenti pondo decem, nec sic quod repetit evindicare valeat, sed firma et immobilis haec donatio perhennis temporibus permaneat.

Actum Bagoloso villa publice, die secundo Martii, anno iv regni domni nostri Dagoberti regis.

Et quia nos, propter aegritudinem, in ipsa carta scribere non potuimus, Blittrudem coniugem nostram rogavimus et potestatem dedimus, ut ipsam firmare ad nostram vicem deberet, quod ita et fecit et qui subscriberent vel signarent in] praesenti rogavimus.

Blittrudis. Blendumen abbatissa. Helmoinus, Remigius, Chrodoaldus, Geraldus, Adalbertus, abbates, Chammingo comes, Crodegerus.

Ego Adricharius, iussu domini mei Pippini et Plectrude, hanc donationem scripsi et subscripsi.

Pardessus, Diplomata, II, No. 490, p. 298.

Het klooster te Susteren kwam aan den kunstenaar Siginand, vervolgens aan de abdij te Prumen, Susteren echter aan de graven van Gelre. Reinald gaf bij oorkonde

van 26 April 1276 oppidum Suestrense aan zijne zuster Philippa, vrouw van Walram van Valkenburg en Montjoye, als huwelijksgoed. Pontanus, Hist. Geld., p. 156. Jan van Valkenburg kocht het, na het in vruchtgebruik gehad te hebben. Johan van Salm, die het door erfenis verkregen had, deed het 8 December 1400 weder over aan den Hertog van Gelre. Nijhoff, Gedenkwaardigheden, I, Bijlage, en III, Oorkonden, No. 232, bl. 225.

De Maasgouw lag ter wederzijden van de Maas, van de Demel tot Maastricht, in de rijksverdeeling van het jaar 870 gescheiden in Masau superior en Masau inferior. Zie Van den Bergh, Geographie, bl. 209, Acker Stratingh, Aloude Staat, II, Sk. II, bl. 166, en De Corswarem, Memoire historique, p. 34.

## No. 5.

De Saksen verwoesten het land der Hattuariers.

In het jaar 715.

Dagobertus rex mortuus est et Saxones devastaverunt terram Hattuariorum.

Annales Petaviani, bij Pertz, Monum. Script., I, p. 7.

Annales Tiliani, s. Amandi en Mettenses, bij Pertz, a. w., I, p. 6 en 323, vermelden hetzelfde. Pertz teekent, p. 6, op het woord Hattuariorum aan: in Gelria inter Rhenum et Mosam ad Nersam fluvium habitabant. Ledebur, das Land und Volk der Bructerer, S. 157, noot 558, plaatst deze Attuariers op den rechter oever van den Rijn, doch overigens, S. 160, noot 563, de Attuarische gouw als Pertz, Van den Bergh, Geographie, bl. 240, en anderen. Van Spaen, Inleiding, II, bl. 5, stelt haar ten onrechte tusschen den Rijn en den Main.

Ongeveer twee eeuwen vroeger hadden de Denen in deze streek van het latere Gelre een inval gedaan. Gregor van Tours vermeldt, Historia Francorum, lib. III, cap. 3, p. 117 der uitgave van 1561, tusschen de jaren 512 en 520: Dani cum rege suo nomine Chochilaicho eVectu navali per mare Gallias appetunt. Egressisque ad terras pagum unum de regno Theodorici devastant atque captivant, oneratisque navibus tam de captivis quam de reliquis spoliis, reverti ad patriam cupiunt. Sed rex eorum in litus residebat, donec naves altum mare comprehenderent, ipse deinceps secuturus. Quod cum Theodorico denuntiatum fuisset, quod scilicet regio eius fuerit ab extraneis devastata, Theodobertum filium suum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto rege hostes navali prelio superatos opprimit omnemque rapinam terrae restituit.

De Gesta regum Francorum, cap. 19, noemen de landstreek: pagus Attoarios.

Leo, Bëowulf, dasz älteste deutsche, in angelsächischer mundart erhaltene heldendicht, toont 5, 3 volg. aan, dat de koning der Weder-Gëäten, Hygelác, de leenheer aan Bëowulf, die in dat heldendicht voorkomt en door de Friezen en Hetuaren [Attuariers] overwonnen werd, dezelfde is als de bovengenoemde Chochilaichus, en dat het gevecht plaats vond op de Maas bij Kuik.

Graaf Ebroin geeft aan de kerk te Rindern, in de gouw Duffel, bezittingen in Nutterden, Kleveham, Donsbruggen, Meer, Meginum en Millingen, en onderwerpt aan haar de kerk der laatste plaats.

In het jaar 720.

In Dei nomine. Ego Ebroinus comes, filius Oda quondam, donator, aliquid de rebus meis ad loca sanctorum, pro remedio animae meae seu dilectissimae coniugis meae Theodelindae dare disposui: hoc est ad basilicam beati Petri, apostolorum principis seu Ioannis baptistae vel ceterorum sanctorum, quae constructa est in loco Rinharim, in pago Dublini, super fluvio Rheno, ubi nunc dominus pater et pontifex Willibrordus episcopus custos esse videtur; dono in loco Nitro, villa nostra, casatos tres cum uxoribus et infantibus, terras cum sala et curticle meo vel adiacentia et ad eundem locum pertinentiâ; et portionem meam in loco Haemmi, silvam iuris mei, totum et ad integrum dono; sed et hoc quod mihi legibus provenit in Dangaesbroch, medietatem silvae ad eundem locum pertinentem iure meo; et in villa nostra Meri casatum cum uxore et infantibus et portione silvae; et in villa nostra Rinhari casatos quatuor cum uxore et infantibus, cum terris et peculiari eorum et portiones de silva; et in villa nostra Millingi basilicam domnae nostrae Mariae cum omni integritate, quam ibidem ordinavimus, ad eundem sanctum Petrum subrogari volumus et decrevimus, et servum nostrum Folcharium ibidem servantem cum uxore et infantibus, Eodfrid cum uxore et infantibus et terris; et in loco Meginum Walamunt cum uxore et infantibus, cum terris, duas hobinnas; et in villa Dagaerburge Oda cum uxore et infantibus et peculiari suo. Haec omnia cum integritate, id est, tam casis quam curticulis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, re mobili et immobili, re exquisita et inexquisita vel reliqua opportunitate ibidem aspiciente, ad suprädictum locum sanctum dono donatumque esse perhennis temporibus volo, pro orationum lucro vel missarum sollempniis celebrandis perpetualiter pro me et meis, et ipse locus sanctus et custodes eius hoc habeant, teneant et possideant ac defendant, et quicquid exinde facere voluerint liberam et firmissimam in omnibus potestatem habeant. Si quis vero, quod futurum esse non credo, nos aut aliquis de heredibus nostris vel ulla opposita persona contra hoc testamentum venire temptaverit aut emutare voluerit, inprimis a sancto Petro et sancto Paulo excommunicis fiat, et insuper inferat fisco auri libras decem, argenti pondo viginti unâ cum sacratissimo fisco exsolvat.

Actum publice Rinharos, anno primo regni domini nostri Theodorici gloriosissimi regis.

Ego Ebroinus hoc testamentum a me factum relegi et propria manu firmavi.

Ego Ugilius indignus presbyter, rogante Ebroino comite, in Dei nomine scripsi et subscripsi.

Guntbrechtus. Folchbrechtus. Godobrechtus. Raedbrechtus. Redualdo. Herifuso.

Pardessus, *Diplomata*, II, N<sup>o</sup>. 549, p. 332.

Eodem anno primo Theodorici regis. Idem Ebroinus comes ad prefatam ecclesiam Rynharim dedit alios casatos x, per alterius testamenti paginam, in eadem villa cum uxoribus et infantibus eorum, cum omni integritate et peculiari eorum, tam casis quam curticlis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus in ea ratione quam supra, quam et ipse relegit et propria manu firmavit. Cum testibus et Laurentius Virgilius scripsit et subscripsit.

Würth-Paquet, *Table analytique*, N. 33, p. 9.

Koning Theoderich kan geen ander zijn dan de iv<sup>e</sup> van dien naam, die gedurende de jaren 720—737 regeerde. Willebrord werd den 22 November 695 tot bisschop van Utrecht gewijd, aanvaardde in het volgende jaar zijn groot bekeeringswerk en kan in het daaropvolgende geen custos — welke beteekenis aan dat woord gegeven worden — der kerk te Rindern geweest zijn. Binterim en Mooren, die Erzdiözese Köln, I, S. 265 en III, S. 2, dwalen dus door de oorkonde te stellen in het jaar 697, wat ook met geen regeeringsjaar van een der Theoderichen overeenkomt.

Van Spaen, *Inleiding*, I, bl. 17, twijfelt aan de echtheid der oorkonde. Foppens, *Supplem. ad op. diplom. Miraci*, III, p. 560, gaf haar het eerst, doch gebrekkig uit, naar een afschrift van een diploma, quod de Hollandiae comitibus est vetussumum, hem door Van Loon bezorgd. De uitgave bij Pardessus is genomen naar het Gouden Boek der door Willebrord gestichtte abdij te Epternach, uit de xii<sup>e</sup> eeuw. Rindern werd den 4 Augustus 948 aan die abdij terug gegeven en in het jaar 1238 daarbij ingelijfd.

Zie over de Duffel: Van Spaen, a. w. IV, bl. 70, en Van den Bergh, *Geographie*, bl. 205.

## N<sup>o</sup>. 7.

Karel Martel geeft aan de kerk te Elst, wat Everard, ontrouw geworden, daar en in de Betuwe ten tijde van Koning Childebert bezeten had, mits bisschop Willebrord en zijne opvolgers het bezitten zouden.

9 Juli 726.

Ego in Dei nomine illuster vir Karolus, maior domus, filius Pippini quondam, cogitans casum humanę fragilitatis, qualiter peccata abluere possim et donante Deo ad ęterna gaudia pervenire, idcirco trado a die presenti per hanc paginam testamenti pro redemp-



tione anime meę donatumque in perpetuum esse volo in loco, nuncupante Marithaime, ubi castrum fuit, ad basilicam, quę est constructa in honore Salvatoris Domini nostri Ihesu Christi et beatę Marię genitricis Dei, sed et beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque apostolorum sanctique Ioannis baptiste vel ceterorum sanctorum noscitur esse edificata, quę est sita in pago Batua, villa iuris nostri nuncupata Eliste, in ipso loco Marithaime, quantumcunque ibi habuit vel possedit Everardus, dum ipse infidelis regi apparuit et in regis Francorum infidelitate foris patria ad infideles se sociavit et propter hoc omnes res suę in fisco regali fuerunt redactę; quas gloriosus rex Hildebertus genitori nostro Pippino de suo fisco et ex largitatis suę munere concessit mihi que genitor meus Pippinus, iure hereditario, in proprietatem concessit supranominatam villam Eliste, quod alio nomine Marithaim vocata, quicquid supradictus Everhardus ibi possedit, una cum mansis, terris, casis, domibus, silvis, campis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum. Hęc omnia tradimus ad prefatam ecclesiam et quicquid Everhardus habuit in Batua vel possedit ea ratione, ut dominus Willibrordus episcopus prefatas res in ius et in dominium suum recipiat suorumque successorum in Dei nomine ad possidendum, ita ut ibidem omni tempore proficiat in augmentum pro remedio anime meę. Si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc tradicionis chartam aliquam iniustam interpellacionem facere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat et a liminibus sanctę Dei ecclesię efficiatur extraneus et sit anathematizatus sitque maledictus eadem maledictione, quę descendit super Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, et quod repetit evindicare non valeat, sed presens traditio, ad instar testamenti a nobis facta omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa.

Actum Tulpiaco castro publico, mense Iulio, VIII die, anno VI, regnante glorioso rege Francorum Theodorico.

Sign. Karoli illustris viri, qui hanc traditionem fecit et affirmare rogavit. Sign. Saleconis comitis. Sign. Folcarii comitis. Sign. Bergetosiensis comitis. Sign. Maginharii comitis. Sign. Luidolfi. Sign. Odonis. Sign. Agilonis. Sign. Herigeri comitis. Sign. Erkenfridi comitis, qui advocatus fuit episcopi et hanc traditionem manu sua cum domino suo suscepit.

Aldo clericus, iussus a domino meo Karolo, scripsi et subscripsi hanc testamenti cartam in Dei nomine feliciter. Amen.

Koning Childebert III, opvolger van Theoderich III, overleed in het jaar 711. Willebrord droeg het bestuur op aan Werenfrid, in wiens leven, in AA. SS. Boll. 27 Aug. VI, p. 102, vermeld staat: S. Willibrordus — — quondam suae dioecesis locum Elst vocatum, paulo ante a Carolo sibi traditum, commendavit [Werenfrido] eique sanctae predicationis cura regendum. — — Nec satis sancto viro videbatur, si ibidem dumtaxat illius patriae plebem Domino lucraretur, sed ecclesiam in villa Westervoert nominata, quae in ipsa Rheni fluminis ripa sita esse cognoscimur, a supradicto summo pontifice sub cura regendi suscepit gubernandum.

Werenfrid overleed te Westervoort. De twist over het bezit van zijn lijk tusschen de gemeentenaren daar en die van Elst, door een Godsgericht geëindigd, verdient in zijne levensbeschrijving nagelezen te worden.

Pardessus, *Diplomata*, II, N<sup>o</sup>. 537, p. 347, teekent op deze oorkonde aan: Nullam hucusque reperi donationis chartam, in qua mentio fit acceptationis a donatorio factae. Slaat „hucusque” niet op den tijd der oorkonde, zoodat vóór dien tijd geene aanneming eener gift gevonden wordt, doch heeft die uitdrukking een algemeenen zin, dan merk ik op, dat in eene oorkonde van Koningin Gerberga, weduwe van den Franschen Koning Lodewijk, van 10 Februari 968, eene dergelijke aanneming voorkomt. Miraeus, *Notitia ecclesiarum Belgii*, p. 116.

---

## N<sup>o</sup>. 8.

Lebwin verkondigt het Christendom in de nabijheid van den IJssel en sticht een bedehuis te Wilpe.

Omstreeks het jaar 765.

Lebwinus, ex Anglorum patria oriundus, - - evectione navali Traiectum petiit, castrum Wiltenberg antiquitus dictum, modo vero Traiectum; ubi reperiens quendam venerabilem virum, nomine Gregorium, - - gradu ecclesiastico presbyterum, sed tunc pro tempore episcopalis officii in eodem castro vel etiam parochia vicarium. - - Cui cum sanctus Lebwinus - - retulisset, quid secundum Dei voluntatem gereret animo, - - ille direxit eum ad locum sibi divinitus demonstratum, secus Iselam fluvium, ut fieret velut quidam limes certissimus atque fortissimus in Francorum Saxonumque confinio: ut sicut lapis mediastinus vice lapidis illius vivi, summi, angularis positus, ut et ipse duos in unum reciperet fidem populos, venientes ex diverso. - -

Veniens igitur vir Dei cum sua collega Marcellino ad praemonstratum sibi locum a Deo, usus est aliquamdiu viduae cuiusdam quae Abachilda vocabatur hospitio. - - Salutaribus eius monitis edocti crediderunt, quotquot ad aeternam vitam erant praeordinati. Quorum etiam sumptibus compactum est primo oratoriolum in loco Wilpa

vocitato, versus occidentalem Iselae fluminis oram. Nec multo post, accrescente sensim numero fidelium, aliud maius versus orientalem eiusdem fluminis partem ei construxerunt oratorium et iuxta illud eius habitationi congruam domum.

Vita s. Lebuini, bij Pertz, Monum. Script. II, p. 361.

Venit quidam presbiter sanctus et doctus nomine Liafwinus de terra Anglorum ad abbatem Gregorium, dicens sibi a Domino terribiliter trina admonitione fuisse præceptum, ut in confinio Francorum atque Saxonum, secus fluvium Isla, plebi in doctrina prodesse deberet rogavitque, ut ad locum illum se perducere iuberet et ad fluvium sibi a Domino prænominatum. Tunc Gregorius, eo quod locus idem ad parrochiam pertineret suam, benigne eum illic dirigere studuit. -- Misit etiam cum eo et Marchelmum. -- Susceptus ergo presbiter Liafwinus a matrona quadam Avarhilda nomine ceterisque fidelibus seminabat documenta salutis et rigabat prata mentium. Fecerunt autem ei oratorium in occidentali parte præfati fluminis, in loco qui Huilpa vocatur. Post hæc etiam edificaverunt ei ecclesiam in litore orientali eiusdem fluminis, in loco cuius vocabulum est Daventre. Cumque ad eam populus ob viri sancti doctrinam conflueret, Saxones, qui eo tempore paganis fuscabantur ritibus, in furorem conversi, collecto exercitu effugaverunt Christianos ab illis locis et ecclesiam combusserunt igni.

Vita et conversamen divi Liudgeri, te Leiden

Dr. Moll, Kerkgeschiedenis, I, bl. 165, stelt dat Lebuin ongeveer in het jaar 765 of 766 te Utrecht kwam.

In de Barbara Latinitas is Secus een voorzetsel en heeft de beteekenis van iuxta, prope, secundum. Secus Iselam is dus te vertalen door: in de nabijheid van den IJsel, en men kan er niet uit afleiden, zooals sommigen doen, dat die rivier de grens tusschen de Franken en de Saksen was.

---

## Nº. 9.

Hohoward geeft een mansus en een servus in villa Heusden en in villa Buren, in de gouw Teisterbant, aan het klooster te Lauresham.

25 Augustus 772.

Ego in Dei nomine Hohowart dono ad sanctum Nazarium martyrem, qui requiescit in corpore in monasterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba praeesse videtur, in pago Testrebenti, in villa

Hunsetti et in villa Buria mansum unum et servum unum cum peculiari suo, stipulatione subnixi.

Actum in monasterio Laurisham, die VIII kalendas Septembris, anno IIII Karoli regis.

Codex Lareshamensis diplomaticus, III, p. 282.

---

N<sup>o</sup>. 10.

Karel de Groote geeft aan het klooster te Epternach het eiland Breckera Wetrida in den Rijn, tusschen Brien en Rindern.

Tusschen de jaren 776 en 798.

Karolus, gratia Dei rex Francorum et Longabardorum ac patritius Romanorum, omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam futuris.

Quicquid ad loca regni nostri ob amorem Domini servorumque Dei concedimus, hoc nobis ad eternam beatitudinem vel remedium anime nostre pertinere confidimus. Quapropter compertum sit omnium vestrorum magnitudini, qualiter donamus ad monasterium Epternacum, quod est in honore sancti Petri constructum, ubi sanctus Willibrordus corpore requiescit vel ubi vir quondam [quod vir] venerabilis Beonradus in regimine habere videtur in solo [insolam], que vocatur Breckera Wetrida in Reno fluvio, quod est inter Breoneras et Rineras, quam Widgarius et Autgarius per nostrum beneficium tenuerunt donatumque ad ipsum sanctum locum esse volumus cum omni integritate sua ad se pertinere vel aspicere a die presente tradimus perpetualiter ad possidendum. Preterea hanc donationem auctoritate nostra conscribere iussimus, per quam omnino iubemus, ut nullus quislibet de iudiciaria potestate aut ex parte nostra, vel qualiscunque persona de [hac] insola vel quicquid ad eam aspicit predicto Beonrado abbati vel ipsos monachos inquietare vel contra rationis ordinem vel calumpniam generare non presumat, sed ab hodierno die auctores [rectores] ipsius ecclesiarum [ecclesie] eam habeant, teneant atque possideant, ut nostris et futuris temporibus ipsa ecclesia [ipsii ecclesiae] Dei in augmentis proficiat.

Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel post tempora melius conservetur, manus nostre signaculis subter eam decrevimus affirmari et de anulo nostro iussimus sigillare.

Actum anno regnante Karolo.

Sickel, Beiträge zur Diplomatik, v, N<sup>o</sup>. 7, S. 89.

De oorkonde heeft geene dagteekening, doch is verleden tusschen de opgegeven jaren, waarin Beonrad abt van Epternach was.

N<sup>o</sup>. 11.

Karel de Groote geeft te Nijmegen aan de kerk van st. Marten te Utrecht zijne villa Lisiduna in de gouw Flehite, aan de Eem, vier bosschen en de kerk te Ubkirica, met het Ripaticum op de Lek.

7 Juni 777.

Karolus, Dei gratia rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum.

Si enim ex his, quę divina pietas nobis largiri dignata est locis venerabilibus concedimus, hoc nobis ad æternam beatitudinem procul dubio pertinere confidimus. Igitur compertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad basilicam sancti Martini, quę est constructa Traiecto veteri, subter Dorestado, ubi venerabilis vir Albricus presbiter atque electus rector preesse videtur, hoc est villa nostra nuncupante Lisiduna, in pago qui vocatur Flehite, super alveum Hemi, cum omni integritate vel adiacentiis seu appendiciis suis, id est tam terris, mansis, domibus, edificiis, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, omnia et ex omnibus, quantuncunq; Wiggerus comes ibidem per nostrum beneficium tenuit, etiam forestas illas, quarum vocabula sunt Hengestscoto, Fornhese, Mocoeroht, Widoc, quę sunt de ambabus partibus Hemi. Similiter donamus ad ecclesiam [basilicam] sancti Martini [ecclesiam], quę est super Dorestad constructa et vocatur Ubkirica, de omnique parte centum perticas de terra, ut omni tempore predicta basilica spatium terrę centum perticas habere debeat, et cum [ea] ripaticum illum super Lokkia et insulam illam, prope ipsam ecclesiam ad partem orientalem inter Renum et Lokkiam. Hęc vero omnia tradimus a die presenti ad præfata sancta loca perpetualiter ad possidendum. Ideo hanc præceptionem auctoritatis nostrę scribere iussimus, ut ab hoc die tam memoratus Albricus presbiter sive sui successores, qui fuerint rectores eiusdem sancti loci, prædicta loca ad opus iam dictę ecclesię habeant, teneant, gubernent, regant atque disponant et quicquid exinde, ad profectum ipsius sancti loci facere elegerint, liberum perfruatur arbitrium. Et nullus quislibet

de iudiciaria potestate, aut qualibet persona predicto Albrico presbitero neque successoribus suis in iam dictis rebus inquietare aut contra rationis ordinem vel calupniam generare quoque tempore presumat, sed per nostrum largitatis preceptum predicta basilica iure valeant [valeat] obtinere firmissimo.

Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel diuturnis temporibus conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare vel de anulo nostro iussimus sigillare.

Signum Karoli gloriosissimi regis.

Data VII idibus Iunii, anno VIII eiusdem gloriosi regis.

Actum Numaga palacio publico, in Dei nomine feliciter.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, te Utrecht.

Hetgeen ik tusschen [ ] geplaatst heb, is genomen uit de uitgave der oorkonde bij Heda, *Historia*, p. 41. Buchelius teekent, noot *e* aan: Donatio haec continet -- forestas, quas wildernissen et veenen vocant, quae prope Amerongen, Elst, Wageningen, Eede adhuc conspiciuntur, in quibus episcopi Traiectenses aut eorum donatione praepositus sancti Johannis, maxime in Ede, Wageningen et Weelchmourhoutius, decimas etc. habent. Wat daar van zij, de oorkonde diende opgenomen te worden, omdat zij de eerste is waarin Nijmegen voorkomt. Karel de Groote hield daar in het palatium, dat hij er had laten bouwen, in de lente van het jaar 777 verblijf, en trok van daar, na Paschen, tegen de Saksen te velde. Einhard, *Vita Karoli magni*, cap. 17, en *Annales*, bij Pertz, *Monum. Script.*, II, p. 452, en I, p. 157.

---

Nº. 12.

Karel de Groote bevestigt de tolvrijheid, door zijn vader Pippijn aan de abdij van St. Germain, ook te Utrecht en Wijk te Duurstede verleend.

27 Maart 779.

Carolus, gratia Dei rex Francorum et Langobardorum atque patricius Romanorum, omnibus episcopis, abbatibus, comitibus seo iunioribus vestris.

Si oportuna beneficia ad loca sanctarum ecclesiarum vel sacerdotibus prestare non desinemus, hoc nos procul dubium ad aeternam beatitudinem retribuere confidimus. Igitur cognuscat magnitudo seo utilitas vestra, qualiter venerabilis vir Hrotbertus, abba de basilica sancti Vincenti vel domni Germani, ubi ipse preciosus corpore requiescit, clementia regni nostri suggestit et preceptionem domni et genitoris nostri bone memorie Pippini quondam regis, nobis ostendedit relegendam, ubi reperimus insertum qualiter, propter nomen Domini et eius meritis compellentibus, beneficium prestetisse; cognuscite ut annis singulis,

ubicumque in regno nostro negociantes ipsius sancti loci pergere vellent, sicut ipse Hrotbertus abbat mercare videtur, tam ad luminaria comparanda vel pro reliqua necessitate discurrentes, tam ultra Ligere, quam et cetera Ligere vel in Burgundia, etiam et in Proventia vel in Frantia, quam et in Austria, ubicumque in regna, Christo propitio, nostra pergere vellent, nullo toloneo, nec de saumas, nec de carrigine, neque de navigio, neque de qualibet redebitone, exinde ad parte fisci nostri missi sui discurrentes dissolvere non debeant. Propterea per presentem praeceptum decernimus, quod perpetualiter mansurum esse iubemus, ut per ullos portos neque per civitates, tam in Rodomo, quam in Vuicus, neque in Ambianis, neque in Treiecto, neque in Dorstado, neque per omnes portos ad sancta Mascentia, neque aliubi, neque in Parisiago, neque in Ambianis, neque in Burgundia, in pago Trigasino, neque in Senonico, per omnes ci[vit]at[es] similiter ubicumque in regna, Christo propitio, nostra aut pagos vel territoriis, teloneus exigetur, nec de navale, nec de carrale, neque de saumas, neque de trava evectione, nec rotatico, nec pontatico, nec pulveratico, nec salutatico, nec cispitatico, nec nulla redebitone, quod fiscus noster exinde poterat sperare, nec vos nec iuniores aut successoresque vestri eisdem non requiratis nec exactetis, sed omnia et in omnibus hoc, propter nomen Domini ipse abba vel successores sui, vel memorata ecclesia sancti Vicenti vel domni Germani, habeant indultum, vel ad luminaribus ipsius sancti loci proficiat in augmentis. Adiungimus etiam teloneum illum, quem Gaerhardus comis de Villa-Nova curte sancti Germani visus fuit recipisse, ut deinceps pars sancti Germani ipso telloneo, cum omni integritate, in nostra aelimosina ad luminaribus ipsius ecclesiae recipere debeant, absque alicuius contrariaetate; quam vero auctoritate perpetuisque temporibus valetura manu nostra propia decrevimus roborare.

Signum Caroli gloriosissimi regis.

Optatus, ad vicem Radoni, recognovi et subscripsi.

Data sexto kalendas Aprilis, anno undecimo et quinto regni nostri.

Actum Haristalio, palatio publico.

Tardif, Monuments historiques, n<sup>o</sup>. 81, p. 63,  
naar het oorspronkelijke te Parijs.

Deze oorkonde komt voor bij Heda, *Historia*, p. 43, en bij Bondam, *Charterboek*, no. 3, bl. 5, met bijvoeging achter in *Dorestado van vel Neomago*. Het oorspronkelijke heeft dat niet. Om de dwaling, waarop Smetius, *Chronijk van Nijmegen*, bl. 47, en anderen de tolvrijheid te Nijmegen aannamen, te weerleggen, heb ik het stuk hier eene plaats gegeven. Het kan ook dienen om aan te toonen, hoezeer de latiniteit der oorkonden van dien tijd verschilt van die der latere afschriften, en welke veranderingen, ook wat den inhoud betreft, in deze zijn gebracht.

## No. 13.

Walther en Richlint geven goederen te Valburg en Gent in de Betuwe, te Millingen in de Duffel, te Uddel, Apeldoorn en Zegoltmark in de Veluwe en te Rotherimark in de Noordgouw aan de abdij van Lauresham.

In het jaar 793 of 794.

Anno quoque xxv eiusdem Caroli regis, tempore autem Richbodonis abbatis, Waltheri et Richlint tradiderunt in pago Batawe, in villa Falburemarca, hubam unam cum aedificio superposito, et in Gannitae marca hubam cum omni aedificio circumposito; et in pago Dubla, in villa vel marca Millinga, hobam et aedificium suum; et in Felaowa, in villa vel marca Uttiloch hubam cum aedificio, et in villa vel marca Apeldro duas partes de una huba cum aedificio, et in Zegoltmarca tertiam partem de una huba cum aedificio; et in Nortgowe, in Rotherimarca, tertiam partem de ipsa villa vel marca, et quicquid in iam dictis locis habuerunt, et mancipia LVIII.

Actum Lauresham.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 112.

Van Spaen handelt in het vierde deel van zijne Inleiding, bl. 129 vlg. over de Veluwe. De Noordgouw kan er het noordelijk gedeelte van geweest zijn, waar Hattem ligt.

De heer H. Schuermans, te Luik, heeft in het Bulletin des commissions royales d'antiquité et d'archéologie voor 1869, de aandacht gevestigd op eene Latijnsche inscriptie gevonden te Birrens, in Schotland, welke zou luiden: Deae Ricagmabedae pagus Vellavus militantes (of: cuius pagani militaverunt) in cohorte II Tungrorum, votum solventes libenter merito. Hij plaatst pagus Vellavus niet in Frankrijk, waar een gelijknamige pagus, thans le Vélav, voorkomt, maar in Gelderland. De gissing van den heer Habets, te Berg-Terblyt, die den heer Schuermans op dat denkbeeld bracht, komt mij voor wat te gewaagd te zijn. De Veluwe werd oudtijds met eene F geschreven en niet met twee I's. De inscriptie behoeft ook niet te dienen om aan te toonen, zooals de heer Schuermans meent, dat de Romeinen in de Veluwe gevestigd waren. Wat ten tijde van Van Spaen, op wien hij zich beroept, onbewezen was, blijkt thans uit tal van overblijfsels.

---

 No. 14.

Ludger, zoon van Redger, geeft aan den priester Ludger de helft van zijne hereditas te Berils en in Seaewald of Suifertbant.

22 Maart 793.

XLVI. Traditio Liudgeri in Suiftarbant seu in Seuwald et in Berils.

Notum fieri omnibus desidero, tam presentibus quam futuris, quomodo ego Liudgerus, filius quondam Hrodgaeri, tradidi amico meo Liudgero, presbitero, pro remedio anime mee et pro eterna retributione, dimidietatem hereditatis mee, que mihi iure paterno et lege hereditaria



in Berilsî et infra terminos, qui illuc attinent, id est ab Enedseae usque in locum supradictum contigit, sed et demedietatem ei tradidi hereditatis mee eadem ratione in silva, que dicitur Seaewald sive Suifterbant, exceptis agris, qui inibi ante extirpati sunt a patribus aut ab hominibus nostris. Ceterum autem demedietatem ipsi Liudgero presbitero tradidi in territorio iam dicto et in silva superius nominata, cum omni integritate, traditamque in perpetuum esse volo et nullis umquam temporibus immutari, sed ipse Liudgerus presbiter hec omnia possedeat iure hereditario et cuicumque voluerit, post obitum suum, ad utilitatem animarum nostrarum iure hereditario commendat, stipulatione subnixâ.

Acta est autem publice hec traditio anno regni relegiosissimi regis Carli xxv, xi kal. Aprilis, in villa, que dicitur Bidningahusum, coram testibus ac manummissoribus, quorum nomina subtus notantur.

Sig. Liudgeri, qui hanc traditionem perfecit et propria manu firmavit. Sig. Bernsuide. Sig. Vulfrici presbiteri. Sig. Fledradi. Folelebi. Sig. Thiadulfi. Sig. Wendilbaldi. Sig. Wigbaldi. Sig. Isinbaldi. Sig. Raeddegi. Sig. Reginhardi. Sig. Hildigrimi diaconi.

Cartularium Werthinense, p. 23, te Leiden.

Ludger had het voornemen opgevat een klooster te stichten naar het voorbeeld van dat op Monte Cassino. Daartoe verzamelde hij giften, die aan hem of aan de relieken, die hij bezat, gedaan werden. Hij koos eerst Wierum boven Dokkum, toen Wichmond aan den IJsel boven Zutfen, doch die plaats was niet veilig tegen overstromingen. Hij bouwde er eene kerk en vervolgens te Werden aan de Rhur het klooster. Moll, Kerkgeschiedenis, 1, bl. 183.

Uit eene gift van denzelfden Ludger, van 6 Juni 796, zou men kunnen opmaken dat de plaatsen, in deze oorkonde genoemd, bij Doornspijk gezocht moeten worden, terwijl, volgens het opschrift der giften van Wracharius, van 9 October 794, wat Suifterbant betreft, Wichmond daarvoor in aanmerking komt. Die opschriften, gewoonlijk in de Cartularia of Codices later boven of naast de giften geschreven, bevatten den inhoud dikwerf zeer gebrekkig.

#### N<sup>o</sup>. 15.

Wrachar geeft te Brummen aan den priester Ludger eenige landerijen te Wichmond in de IJselgouw.

9 October 794.

XLVIII. Traditio Wracharii in Suiftarbant seu in Seuwald.

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, quomodo ego Wracharius, filius quondam Brunhari, tradidi Liudgero

presbitero, pro remedio anime mee, terram proprii iuris mei in pago Hisloae in villa que dicitur Withmundi id est totam terram illam quam Landulfus, litus meus, incolebat et proserviebat, et unum agrum quem Hildigerus, ingenuus homo, in meo beneficio ante habuit, cum omnibus, que ad ipsam terram respiciunt, id est, silvis, pratis, pascuis, perviis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, excepto uno curtilli in eadem villa, in cuius compensationem agrum illum tradidi, quem superius dixi. Haec omnia tradidi pro eterna retributione superius nominato presbitero Liudgero, cum omni integritate, traditaque in perpetuum esse volo et nullis temporibus ulterius inmutari, sed ad perpetuos usus ecclesie Dei supradictus presbiter eandem terram proprio iure possideat, colat et fructificare faciat in elymosinam nostram et cuicumque eam commendare voluerit et utile nobis fieri prospexerit, post obitum suum liberam et firmissimam a me et ab omnibus habeat potestatem.

Acta est autem publice, cum stipulatione subnixa, anno xxvii regni domni nostri relegiosissimi regis Carli, vii id. Octubris, in villa que dicitur Brimnum, coram testibus ac manummissoribus, quorum nomina subtus notantur.

Et ut hoc traditionis testamentum firmiter perseveret in eternum, notavi tempus, diem, locum, quo scriptum est.

Sig. Wracharii, qui hanc traditionem propria manu perfecit subtusque firmavit. Sig. Meginhardi, filii eius consentientis. Sig. Bernhardi. Sig. Gerwali. Sig. Liudgeri. Sig. Frodgeri. Sig. Heligberti. Sig. Liudgeri. Sig. Irminlevi. Sig. Gelo. Sig. Efurgeri. Sig. Ledoci. Sig. Hildibaldi.

Cartularium Werthinense, p. 24, te Leiden.

Zie over de IJselgouw: Van den Bergh, Geographie, bl. 184, en Acker Stratingh, Aloude Staat, n, Sk. II, bl. 213.

---

## Nº. 16.

Ludger, zoon van Redger, geeft zijn erfdeel in villa Bidningahem en in villa Doornspijk, met zijn aandeel in het bosch Suiftarbant, aan den priester Ludger.

6 Juni 796.

### vi. Traditio Liudgeri.

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Liudgerus, filius quondam Hredgeri, pro remedio anime mee

et pro eterna retributione, tradidi ad reliquias sancti Salvatoris et sanctę Marie semper virginis et in manus Liudgeri presbiteri, qui easdem reliquias procurabat, portionem hereditatis mee, id est, omne quod iure hereditario legibus obvenit, in villa que dicitur Bidningahem, et in alia que nuncupatur Thornspiic, in terra aratoria seu in pratis et in pascuis, et in omnem communionem mecum in silvam que dicitur Suiftarbant, excepta una particula in illa prata que dicitur Blidgeringmad, quam mihi reservavi pro necessitatibus meis. Cętera autem omnia tradidi ad reliquias superius denominatas et in manus iam dicti presbiteri, cum omni integritate in villulis, quibus ante dixi, sive in terra aratoria seu in pratis et pascuis vel piscationibus et aquarum decursibus, perviis, communis, que ad illas villas adtinent. Et hęc omnia tradita in perpetuum esse volo nulliisque unquam temporibus ulterius inmutari, sed ad perpetuos usus elesię Dei ista omnia iure hereditario iam memoratus presbiter Liudgerus possideat. Si quis vero instigatus a diabulo, ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus vel proheredibus meis seu quolibet extranea persona contra hanc traditionem venire temptaverit, aut eam fixa et proposita intentione infringere decreverit, inprimitus iram Dei celestis incurrat et a sanctorum angelorum societate separetur atque a liminibus omnium ecclesiarum alienus existat, donec se emendat a nefaria presumptione, et sic quidem quod repetit evindicare non valeat, sed firma et inmutabilis hęc traditio in sempiternum permaneat, cum stipulatione subnixa.

Acta est autem publice, in loco qui dicitur Adós Amnis, anno XXVIII regni domni nostri relegiosissimi regis Carli, sub die kalendarum VIII, idus Iunias, coram testibus ac manummissoribus, quorum nomina subtus notantur.

Et ut hoc testamentum traditionis firmitus habeatur in perpetuum, notavi diem, tempus, locum, in quo haec facta sunt.

Ego Thiatbaldus humilis presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.

Signum Liudgeri, qui hanc traditionem in elemosinam suam peregit et propria manu subtus firmavit. Sig. Bernsuide concentientis. Sig. Gerwali. Sig. Vulfrici. Sig. Bago. Sig. Hrodberti. Sig. Wigbaldi. Sig. Berhtrici. Sig. Fegingeri. Sig. Wilbaldi. Sig. Helmrici. Sig. Liudberhti. Sig. Meginbaldi. Sig. Bernhardi. Sig. Hiddoni. Sig. Hrafangrimi. Sig. Weringeri. Sig. Foleradi. Sig. Raadgeri.

Cartularium Werthinense, p. 4v°, te Leiden.

In N°. 14 wordt Bidningahem genoemd Bidningahusum. Lacomblet, Urkundenbuch, I, S. 2, Note 1, merkt daaromtrent aan: Das Schwanken zwischen dem fränkischen

Heim und sächsischem Haus zeigt, dass daselbst [Doornspijk] die Grenzen dieser beiden Völkerschaften in einander fließen.

Is Adós Amnis eene verbastering van: ad os amnis? Onmogelijk is het niet, dat ootijds een tak van den IJsel in eene westelijke richting naar de Zuiderzee geloopt heeft.

---

N<sup>o</sup>. 17.

Oodhelm geeft aan de relieken, door den abt Ludger te Wichmond gebracht, onder voorbehoud van levenslang vruchtgebruik, een derde deel van zijne hereditas te Oeken in de IJselgouw en in Noord-Twente.

29 Juni 797.

XLVII. Traditio Oodhelmi.

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, quomodo ego Oodhelmus, filius quondam [Oodwercki] tradidi, pro remedio anime mee et pro eterna retributione, tertiam partem hereditatis mee ad reliquias sancti Salvatoris ceterorumque sanctorum, quae a Liudgero abate in Withmundi constitute sunt, traditamque in perpetuum esse volo et numquam ulterius immutari, in ea vero ratione tamen ut, quamdiu vixero in presenti mortalitate, ad me pertineat pars illa iusto servitio ad augendum non ad minuendum, post obitum vero meum de hac vita, cum omni integritate in ius transeat supradictarum reliquiarum et servorum Dei, qui eas legitime custodire reperientur. Haec autem pars tertia hereditatis mee tribus in locis consistit: in pago Hisloi in villa, quae nuncupatur Ocanni, hova una quam proserviunt liti mei; in pago vero Northtuanti in villa, quae dicitur Huleri, hova altera, et in eodem pago hova tertia in villa, quae nuncupatur Manheri, et sexta pars hove quarte in villa, quae appellatur Hrenheri, quae etiam sexta particula hove illius me vivente in usus vergit iam dictarum reliquiarum, cum illis comprehensionibus in silva, quae note sunt iuxta Hislam. Haec omnia trado atque transfundo ad memoratas reliquias et ad usus servorum Dei, qui easdem reliquias sanctas procurare iuste videntur, ut cum omnibus ad se pertinentibus illuc respiciant et deserviant in sempiternum, sicut dictum est superius et decretum, cum omni integritate.

Acta est autem publice, cum stipulatione subnixa, in loco qui nuncupatur Withmundi, anno xxviii regni domni relegiosi regis Carli, iii kal. Iulias, coram testibus ac manummissoribus, quorum nomina subtus notantur.

Et ut hoc testamentum firmissime habeatur, notavi diem, tempus, locum, quo scriptum est.

Sig. Oodhelmi, qui hanc traditionem perfecit et subtus firmavit. Sig. Hildigaeri. Sig. Bernhardi. Sig. Hildiberti. Sig. Iudoni. Sig. Butoni. Sig. Meginlevi. Sig. Bernheri. Sig. Meginberti. Sig. Germundi.

Ego Hildigrimus indignus diaconus subscripsi.

Ego abba presbiter subscripsi.

Cartularium Werthinense, p. 23v°, te Leiden.

---

Nº. 18.

Oodhelm geeft aan de relieken van den Verlosser te Wichmond eene hova te Oeken in de IJselgouw en twee in Noord-Twente, onder voorbehoud van levenslang vruchtgebruik voor zich en zijne vrouw Theodlinda.

9 Juni 799.

III. Traditio Oodhelmi ad Wihtmundum.

Dum unusquisque in presenti seculo conversatur cogitare debet et perpendere, qualiter sibi vitam adquirat et remunerationem sempiternam post mortem. Idecirco ego Oodhelmus, filius quondam Oodwerci, pro remedio animę meę et pro ęterna retributione, tradidi partem hereditatis meę, quę mihi iure hereditari olegibus contigit, id est, tres hovas in tribus locis, quorum nomina locorum hec sunt: hova una in Okinni in pago Isloi; altera in Manheri, illa selihova, in pago Norht Tueanti; tertia in Hasungum in eodem pago. Hoc, quod modo denominavi, tradidi ad reliquias sancti Salvatoris, quę in Withmundis constitutę sunt, et in manus Liudgeri presbiteri traditumque in perpetuum esse volo et nullis unquam temporibus alterius inmutari, sed ad perpetuos usus eiusdem ecclesie custodes hec omnia possideant, cum integritate inlibata, tantum ut diebus vitę nostrę, ego et coniux mea, dilecta Theodlinda, res ista in beneficio eiusdem ecclesie sub usufructifero habere valeamus, id est, ut per singulos annos solidum unum ad luminaria ecclesię in natale Domini donare debeamus. Post nostrum vero discessum de hac vita in dominationem supradictę ecclesię res ipse melioratę perveniant cum omni integritate; eiusdem ecclesię legitimi procuratores, ad utilitatem eius quicquid exinde facere voluerint, liberam et firmissimam ab omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus vel proheredibus meis contra hanc traditionem venire tentaverit aut eam infringere voluerit, instigatus a diabulo, inprimintus [sic]

iram Dei celestis incurrat et a sanctorum angelorum societate separatur et ab ingressu omnium ecclesiarum alienus existat, donec se emendat a presumptione nefanda, et insuper in dominicum auri libras duas, agenti pondus x coactus exsolvat et sic quidem quod repetit evindicare non valeat, sed firma et inmotabilis hæc traditio in sempiternum permaneat, stipulatione subnixâ.

Acta est autem publice in loco ipso qui dicitur Withmundi, anno xxxi regni relegiosissimi regis Carli, sub die v idus Iunius.

Notavi diem, tempus, locum, quo hæc scripta sunt.

Ego Thiatbaldus humilis presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.

Sig. Oodhelmi, qui hanc traditionis cartam fieri rogavit et propria manu firmavit. Sig. Hildigeri. Sig. Meginulfi. Sig. Luidgeri. Sig. Meginungi. Sig. Gerwini. Sig. Marcrici. Sig. Thathumeri. Sig. Gerhardi.

Cartularium Werthinense, p. 2vo, te Leiden.

---

Nº. 19.

Reginald, Folchard, Gerhard, Wifil en Helmbert geven aan den priester en abt Ludger een akker te Wichmond, om er eene kerk op te bouwen.

16 September 800.

VII. Traditio Folchardi et Reginaldi et Gerhardi et ceterorum in Withmundi.

Notum fieri desideramus omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos cohæredes et conparticipes et consanguinei his nominibus, Reginaldus, Folchardus, Gerhardus, Wifil et Helmberhtus, tradidimus agrum hereditarii iuris nostri in Withmundi Liudgero presbitero et abbati ad construendam in eo ecclesiam, in aquilonari latere agri illius, quem a Wrachario comite tradente ipse Liudgerus suscepit, traditumque in perpetuum esse volumus et nullis unquam temporibus inmutari, sed ad perpetuos usus et ad utilitatem ecclesię Dei supra dictus presbiter liberam et firmissimam a nobis et ab omnibus hebeat potestatem, quicquid exinde vivens agere voluerit aut cuicumque post obitum suum tradere decreverit, ad colendum et fructificandum in ecclesia Dei. Siquis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi, quod absit, aut aliquis de heredibus vel proheredibus nostris contra hanc traditionem venire temptaverit aut eam infringere voluerit, instigatus a diabulo, imprimitus iram Dei celestis incurrat et a sanctorum angelorum societate separetur et ab ingressu omnium ecclesiarum

alienus existat, donec se emendat a presumptione nefanda, et insuper in dominicum auri libras duas, argenti pondus decem coactus exsolvat, et sic quidem quod repetit evindicare non valeat, sed firma et innotabilis hec traditio in sempiternum permaneat, stipulatione subnixa.

Acta est autem publice in loco ipso, qui dicitur Withmundi, anno tricesimo secundo regni relegiosissimi regis Carli, sub die xvi kal. Octubris.

Notavi diem, locum, tempus, quo hec scripta sunt.

Ego Thiatbaldus humilis presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.

Isti sunt visores et auditores: Sig. Folchardi, Gerdardi, Wifil et Helmberti, qui hanc traditionem perfecerunt et propriis manibus firmaverunt. Sig. Hildigeri. Sig. Oodhelmi. Sig. Meginungi. Sig. Waldfridi. Sig. Werinberti. Sig. Hrodberti. Sig. Liudgeri. Sig. Werinhardi. Sig. Engilberti.

Cartularium Werthinense, p. 5v°, te Leiden.

N<sup>o</sup>. 20.

Richbodo, abt van het klooster te Lauresham, ruilt met Ruthard een mansus te Gent in de Betuwe, tegen een mansus te Adelrichheim.

*Erlekom i.d. Düffel*

In het jaar 800.

Anno xxxii praefati regis [Karoli], idem Richbodo episcopus et abbas concambivit cum Ruthardo illustri viro mansum unum in pago Batawa, in Gannitae marca, iuxta ecclesiam quae ibidem est, et dedit ei mansum unum in Adelrichheim.

Actum Lauresham.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 162.

Karel de Groote werd den 9<sup>den</sup> October 768 koning en den 25<sup>sten</sup> December 800 keizer.

N<sup>o</sup>. 21.

Alberik, uit de Maasgouw, geeft aan het klooster te Fulda goederen in Blerik en Walaren.

In het laatst der 8<sup>ste</sup> eeuw.

Descriptiones, qui de Fresia bona sua sancto Bonifacio tradiderunt.

14. Ego Albericus, de pago Mosao, trado sancto Bonifacio res, quas dedit frater meus Rudine, id est portionem domini mei Helgrici, et domina mea Agnes suam mihi tradidit portionem, hoc est quod

trado sancto Bonifacio in pago Masao, iuxta flumen More [Mose], in villa nomine Blaricge, domum scilicet unam bonam cum casis et curte magna ac suis adiacentiis, et in alia villa Walare, pomerium et pratum et XI mansos et dimidium, cum mancipiis suprasidentibus et aliis numero XLVI.

Dronke, Traditiones Fuldenses, p. 43.

De bijvoeging de pago Mosao is waarschijnlijk geschied, om dezen Alberik te onderscheiden van anderen van dien naam, die ook giften gedaan hadden, bijv. Albericus, filius Elisonis, de provincia Fresonum. Mogelijk waren zij bloedverwanten en is daarin de verklaring te vinden, dat het geschonkene, in de Maasgouw liggende, toch onder de Friesche giften is opgenomen.

---

No. 22.

Rodulf geeft aan den abt Ludger een curtile in de villa Engeland in de Veluwe, en 12 deelen in het bosch Braclog.

26 Augustus 801.

VIII. Traditio Hrodulfi in Englandi.

Notum fieri desidero omnibus et presentibus et futuris, qualiter ego Hrodulfus, filius quondam Wibaldi, tradidi ad reliquias sancti Salvatoris et sanctę Marie semper virginis et in manus Liudgeri abbatis particulam hereditatis meę in pago Felum, in villa que dicitur Englandi, id est curtile unum et duodecimum [sic] partem in silvam que dicitur Braclog, cum pascuis et plena dominatione, que iure legali ad illud curtile pertinere conpertum est. Hęc omnia tradidi in elemosinam meam ad reliquias superius memoratas et in manus iam dicti abbatis, traditaque in perpetuum esse volo et per nulla temporum curricula ulterius inmutari, sed ad perpetuas [sic] usus eclesię Dei ipse abbas Liudgerus quicquid exinde facere voluerit, liberam et firmissimam a me et ab omnibus habeat potestatem, stipulatione subnixa.

Acta est autem publice in loco, qui dicitur Wigtmundi, ad ecclesiam sancti Salvatoris, anno xxxiii regni domni nostri relegiosissimi regis Carli, vii kal. Septembris, coram testibus ac manummissoribus, quorum nomina subtus notantur.

Et ut hoc traditionis testamentum firmiter perseveret in eternum, notavi tempus, diem, locum, quo scriptum est.

Ego Thiatbaldus presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.



Sig. Hrodulfi, qui hanc traditionem dominante manu perfecit et subtus firmavit. Sig. Hildigeri. Sig. Liudgeri. Sig. Evurwini. Sig. Liudgeri. Sig. Meginberti. Sig. Engilberti. Sig. Oodhelmi. Sig. Germundi.

Cartularium Werthinense, p. 6, te Leiden.

No. 23.

Radald geeft aan de kerk, die Ludger te Wichmond had gebouwd, wat hij daar en in Helmissi bezit.

In het jaar 802.

lv. Traditio Radaldi.

Tradidi ego Raadald in elimosinam meam ad ecclesiam, quam Liudgerus abbas in Witmundi conlocavit, omnem partem modice hereditatis mee, id est et in Helmissi et in Witmundi, quicquid ibi habere visus sum, tam in terra quam in silva, cum omni integritate tradidi ad supradictam ecclesiam, traditumque in perpetuum esse volo et nunquam ulterius inmutari.

Sig. Meginungi. Sig. Walda. Sig. Gerbaldi. Sig. Bosuc. Sig. Werbert. Sig. Atalgot. Sig. Alfgrim. Sig. Frithuwardi presbiteri.

Cartularium Werthinense, p. 26v, te Leiden.

Ludger wordt tot Maart 796 presbiter, dan presbiter en abba, na het jaar 802 episcopus genoemd. Daarom stel ik, even als Lacomblet, Urkundenbuch, 1, No. 24, S. 113, Note 2, de bovenstaande oorkonde op het laatste jaar.

No. 24.

Ludger, zoon van Redger, en Hiddo geven aan bisschop Ludger een gedeelte van hunne goederen te Quarsingseli en Berugtanscotan in villa Doornspijk.

23 April 805.

x. Traditio Liudgeri et Hiddoni.

Notum fieri desideramus omnibus tam presentibus quam futuris, quomodo ego Liudgerus, filius quondam Hredgeri, et ego Hiddo, filius quondam Herewini, tradidimus partem proprię hereditatis nostre Liudgero episcopo, pro remedio anime nostre et pro eterna retributione in villa, quę dicitur Thornspic, in his duobus locis, id est in Quarsingseli et in Berugtanscotan, quicquid ibi habuimus, aut per ius

hereditatis, aut per comprehensionem, aut per aliam quamcumque acquisitionem, omnia hæc ad integrum ipsi Liudgero episcopo in elimosinam nostram tradidimus, traditamque in perpetuum esse volumus et nullis umquam temporibus inmutari, sed ad perpetuos usus suos et utilitatem ecclesię Dei, quicquid exinde facere voluerit, liberam et firmissimam a nobis et ab ominibus habeat potestatem.

Acta est autem publice, cum stipulatione subnixa, in villa que dicitur Bidingahem, anno xxxvii regni gloriosissimi imperatoris Carli, viii kal. Maias, coram testibus ac manummittentibus, quorum nomina subtus notantur.

Et ut firmior hæc traditio in sempiternum perseveret, notavi diem, locum, in quo hæc scripta sunt.

Ego Thiatbaldus presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.

Sig. Liudgeri, qui hanc traditionem dominante manu, perfecit et subtus notavit. Sig. Hiddone similiter tradentis et subtus firmantis. Sig. Marchardi. Sig. Baiori. Sig. Helmrici. Sig. Engilbaldi. Sig. Liutberti. Sig. Wilbaldi. Sig. Folcradi. Sig. Regingeri. Sig. Ledoci. Sig. Gerberti. Sig. Gerberti [sic] Sig. Thiatbaldi.

Cartularium Werthinense, p. 7, te Leiden.

Berugtanscotan. in de volgende oorkonde Bertanscotan, kan Schotenburg, thans Schouwenburg bij Elburg in de gemeente Doornspijk zijn.

---

Nº. 25.

Hiddo en zijne vrouw Madalgarde geven aan den bisschop Ludger goederen te Quarsingseli, Bertanscotan, Bokhorst en Telgt.

9 October 806.

XIII. Traditio Hiddoni et coniugis eius Madalgarde.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Hiddo, filius quondam Heriwini, pro remedio anime meę et pro remedio coniugis meę Madalgarde, partem hereditatis nostre tradidimus Liudgero episcopo in his locis: primo in Quarsingseli et in Bertanscotan et in Bochursti et in Telgud; in Quarsingseli totum, quod ibi habuimus in comprehensione nostra, et in Bertanscotan totum, et in Bochursti dimidium, quod ibi habuimus, et in Telgud tertiam partem de nostro. Hęc omnia tradidimus, traditaque in perpetuum esse volumus et nullis umquam temporibus inmutari, sed ad perpetuos usus ecclesię Dei et sue utilitatis ipse Liudgerus episcopus potestatem habeat quicquid exinde facere voluerit, liberam et firmissimam a nobis et ab omnibus habeat potestatem in perpetuum.

Acta est autem publice, cum stipulatione subnixā, hæc traditio, anno xxxviii regni domni imperatoris relegendissimi Carli, vii idus Octubris, in villa quæ dicitur Bidningahem, coram testibus ac manummittentibus, quorum nomina subtus adnotantur.

Et ut firmior habeatur hæc traditio in perpetuum, notavi diem, locum, tempus, quo peracta est et scripta.

Ego Thiatbaldus presbiter, rogatus scripsi et subscripsi.

Sig. Hiddoni, qui hanc traditionem dominante manu peregit et subtus firmavit. Sig. Liudgeri. Sig. Beratheri. Sig. Marchardi. Sig. Liudberti. Sig. Wilbaldi, Sig. Folcberti. Sig. Foleradi. Sig. Gerberti. Sig. Helmrici. Sig. Hildiwardi.

Cartularium Werthinense, p. 10, te Leiden.

Nº. 26.

Kerkopening te Stephansweerd.

Tusschen de jaren 807 en 812.

Invenimus in insula, quæ Staphinsere nuncupatur, ecclesiam in honore s. Michaelis constructam, in qua reperimus altare auro argentoque paratum i, capsas reliquiarum deauratas et cum gemmis vitreis et chrySTALLINIS ornatas v, cuprinam per loca deauratam i, crucem reliquiarum parvulam cum clave laminis argenteis deauratam i, aliam vero crucem parvam reliquiarum, auro vitroque fabricatam i, aliam vero crucem maiorem auro argentoque paratam cum gemmis vitreis i. Pendet super idem altare corona argentea per loca deaurata i, pensans libras ii, et in medio illius pendet crux parva cuprina deaurata i et pomum crystallinum, et in eadem corona er girum pendent ordines margaritarum diversis coloribus xxxv. Est ibi de argento mundato solidi iii. Habentur ibi in aures aurei iv, pensantes denarios xvii. Sunt ibi calices argentei ii, quorum unus, deforis sculptus et deauratus, pensat pariter cum patena sua solidos xv. Offertorium argenteum i, pensans solidos vi. Bustam cum euperculo argenteam ad timiama portandum i, pensantem solidos vi, aliam bustam argenteam i, pensantem solidos v.

Invenimus ibi turibulum argenteum per loca deauratum i, pensans solidos xxx, aliud etiam turibulum cuprinum antiquum i, ampulam cuprinam i, aliam ampulam stagnæam i, urceum cum aquamanile cuprinum i, ollam vitream magnam i, ampulas vitreas parvulas cum balsamo ii, pendentes super eandem ecclesiam signa bona ii, habentes in funibus circulos cuprinos deauratos ii.

Invenimus ibi planetas castaneas II, de lana factam et tinctam I, dalmaticam I, lineam I, albas VII, amictus III, fanones lineos serico paratos ad offerendum ad altare XIII, pallia ad altaria inducenda VIII, pallia de lana facta et tincta ad altare induendum II, pallia linea tincta II, linteamina serico parata ad altaria vestienda XX, manicas sericeas auro et margaritis paratas III et alias sericeas III, corporales III, oraria II, plumacium I.

De libris: liber Eptaticum Moysi, et liber Josue, et liber Iudicum et Ruth, et libri Regum III et libri Paralipomenon II in uno volumine; liber Psalmorum David, et liber Parabola Salomonis, et liber Ecclesiastes, et liber Canticum Canticorum, et liber Sapientie, et liber Iesu filii Sirach, et liber Iob, et liber Tobi, et liber Iudith, et liber Esther, et libri duo Machabaeorum in uno volumine; libri XII Prophetarum et libri Hesdrae duo in uno volumine; liber Actuum Apostolorum, et liber Epistolarum Pauli, et libri VII Epistolarum canonicarum et liber Apocalypsis in uno volumine; liber Lectionarius, tabulas laminis cuprinis deauratis habens paratas I, liber Omeliarum diversorum auctorum I, liber b. Gregorii quadraginta omeliarum I, libri Sacramentorum III, libri Lectionarii II, liber Canonum excerptus I, liber Expositio Psalmorum sine auctore I, liber quatuor Evangeliorum vetustus I, libri Antifonarii II, liber Commentarii Hieronymi in Mattheum I, liber Regulae s. Benedicti I.

Est ibi de nitro duae tinae plene, de plumbo tabulae III et una massa et calami CLXX, faldaodem ad sedendum.

Item unde supra.

Invenimus in eodem loco curtem et casam indomnicatam, cum caeteris aedificiis ad praefatam ecclesiam respicientem. Pertinent ad eandem curtem de terra arabili iurnales DCCXL, de pratis unde colligi possunt de foene carradas DCX, de annona nihil reperimus, excepto quod decimas provendarunt carradas XXX, qui sunt provendati usque ad missam s. Iohannis et sunt LXXII, de brace modii XII, caballum domitum I, boves XXVI, vaccae XX, taurum I, animalia minora LXI, vitulos V, vervecines LXXXVII, agnellos XIV, hircos XVII, capreas LVIII, haediculos XII, porcos XL, porcellos L, avecos LXIII, pullos L, vasa apium XVII, de lardo baccones XX pariter cum minutiis, unctos XXVII, verrem occisum et suspensum I, formaticos XL, de melle siclus dimidius, de butiro sicli II, de sale modii V, de sapone sicli III, culcitra cum plumariis V, caldaria aerea III, ferrea vero VI, gramacula V, luminare ferreum I, tinas ferro ligatas XVII, falces X, falciculas XVII, dolaturas VII, secures VII, coria hircina X, pelles vervecinas XXVI, sagenam ad piscandum I.

Est ibi genicium, in quo sunt foeminae XXIII, in quo reperimus sarciles v cum fasciolis III et camisiles v.

Est ibi molina I; reddit annis singulis modios XII.

Respiciunt ad eandem curtem mansi ingenuiles vestiti XXIII. Ex his sunt VI, quorum reddit unusquisque annis singulis de annona modios XIII, frishcinguas III, de lino ad pisam seigam I, pullos II, ova X, de semente lini sextarium I, de lenticulis sextarium I. Operatur annis singulis hebdomanas V, arat iurnales III, secat de foeno in prato dominico carradas I et introducit, scaram facit. Caeterorum vero sunt VI, quorum unusquisque arat annis singulis iurnales II, seminat et introducit, secat in prato dominico carradas III et illas introducit, operatur hebdomades II, dant inter duos in hoste bovem, id est, quando in hostem non pergunt, equitat, quocumque illi praecipitur. Et sunt mansi IV, quorum arat unusquisque annis singulis iurnales IX, seminat et introducit, secat in prato dominico carradas III et illud introducit. Operatur in anno hebdomanas VI, scaram facit ad vinum ducendum, firmat de terra dominica iurnalem I, de ligno donat carradas X. Et est unus mansus, qui arat annis singulis iurnales IX, seminat et introducit, secat de foeno in prato dominico carradas III et illas introducit, scaram facit, parafredum donat, operatur in anno septimanas V.

Serviles vero mansi vestiti XIX, quorum reddit unusquisque annis singulis friskingam I, pullos V, ova X, nutrit porcellos dominicos IV, arat dimidiam araturam, operatur in ebdomade III dies, scaram facit, parafredum donat. Uxor vero illius facit camisilem I et sarcilem I, conficit bracem et coquit panem.

Restant enim de ipso episcopatu curtis VII, de quibus hic breviatum non est, sed in summa totum continetur. Habet quippe summa Augustensis episcopatus mansos ingenuiles vestitos mille IV, absos XXXV, serviles vero vestitos CCCXXI, absos XLV, inter ingenuiles autem et serviles vestitos mille CCCXXVII, absos LXXX.

Explicit.

Eckhart, Commentarii de rebus Franciae orientalis, II, p. 902.

In het Capitulars Aquense van het jaar 803 of 807, cap. 7, had Karel de Grootte eene opneming bevolen per singulos pagos van omnia beneficia, quae nostri et aliorum homines habere videntur. Eckhart, a. w., II, pag. 2, vond het bovenstaande stuk in Codice Carolinis temporibus coevo, met nog eene andere opneming te Asnapio, vóór het Capitulare de Villis van het jaar 812. Het opnemen zal dus plaats hebben gevonden tusschen de jaren 807 en 812.

Pertz, Monum. Leg. I, p. 148, die de uitgave van Eckhart met het oorspronkelijke vergeleek, deelt mede, dat door eene scheur de naam der plaats ook gelezen kan

worden Staphinseie, en verstaat er onder Staffeisee, in het bisdom Augsburg, waar, volgens Monumenta Boica VI, p. 83, Lantfridus een klooster ter eere van s. Michiel stichtte. Eckhart, Alberdingk Thym, Karel de Groote, bl. 292, en anderen houden het er voor dat hier Stephansweerd of meer bepaald het daarbij gelegen klooster st. Joost wordt bedoeld. Vgl. Publications de la société historique et archéologique dans le duché de Limbourg, IV, p. 452. Is Asnapium, zoo als verondersteld wordt, Gennep, dan is er grond voor de opvatting van Eckhart. De beide plaatsen liggen aan de Maas.

---

No. 27.

Gerward, Adalward, Landward, Waldo, Alfger, eenige Franken en Balderik geven aan het klooster Lauresham goederen, waaronder in de Betuwe, Teisterbant en de Veluwe te Gent, Meinerswijk, Huissen, Neder-Hémert, Hedel, Driel, Kesteren, Aalst, Poederooien, Soeren, Buurlo en tusschen Heukelum en Kervesheim.

In de jaren 814 en 815.

Anno primo Ludovici regis, sub Adalungo abbate, tradidit Gerwardus clericus in pago Batawa, in villa Gannita hubas v et in Thesla hubas II, cum omni aedificio et collaborato, et portionem de sylva in Suornom et in Dubridum et in Burlohe, et sylvam in Hosle, et portionem de illa vinna in Salahom, ubi Hisla flumen confluit in mare, et ipsam insulam, in qua ecclesia est constructa, cum omnibus appenditiis, quae sita est inter fluvium Wal et Gannita, et mancipia xxx.

Actum Aquisgrani palatio, tempore, quo supra.

Eodem anno Adalwardus tradidit in pago iam dicto, in villa Ganneta mansos v, et inter Hukilheim et Carradesheim mansum unum cum suis adiacentiis, et portionem suam de sylva in praedictis locis, et mancipia xxx.

Actum Gannitae.

Ipo quoque tradidit Lantwardus in eodem pago, in Gannita mansos III et manentes supra ipsos. Item in villa Bechi mansum unum et hominem super ipsum, et in Havinum similiter, et in Meginhardeswich I mansum, et in Hosenheim quartam partem unius hubae cum suis appenditiis, et mancipia XLIII.

Actum Gannitae.

Eodem anno tradidit Waldo in eodem pago, in loco nuncupato Stillinha Hagamundi, hubas III cum servis et uxoribus et filiis.

Anno vero II eiusdem regis Ludowici tradidit Alfger in pago Texandria sive Testarbanto, in villa Empele ecclesiam et mansum unum et prata, et in Hunsete mansos III, et in Hatalle mansum dimidium, et in Ortinon terram ad modia x sementis et prata, et in illam sylvam porcos duos, et in Rosmalla mansum plenum cum pratis, et in sylvam porcos VI, et in Herpina mansum plenum cum pratis, et in Angrisa mansum dimidium,

et in Osterol terram ad modia x, et in sylvam porcos duos et prata, et mancipia xxv, in ea ratione, ut sibi ad dies vitae suae praestaret abbas ecclesiam in Marville et ad ipsam pertinentes mansos ii, et insuper mansos xi cum pleno servitio, et in Palethe mansum indominicatum et mansos serviles v et mancipia lvi, et post obitum eius utraeque res ad sanctum Nazarium reverterentur.

Haec sunt etiam res, quas tradiderunt Franci homines ad ius s. Nazarii in pago Testarbant, in villa Empele. Lantfridus dedit in eodem loco ecclesiam et mansum unum. Hov dedit mansum unum super fluvium Mosa in villa Hunsate, Ansfrid mansum unum, Wolfhart et Ansbolt mansum unum, et in tertio loco in villa, quae dicitur Martras, dedit Geravan terram ad seminandum modios x et sylvae communionem et prata duo. Item in villa Hortina dedit Runfridus terram ad seminandum modios x et mansos cum pratis, pascuis, sylva, piscatoriis et omnibus adiacentiis. Item in villa Rosmella dedit Wigbaldus mansum i et sylvae communionem et quicquid ad ipsum mansum pertinuit. Item in villa Herpina dederunt Walefrid et Wido mansum i cum omni integritate, et piscatoria cum omnibus adiacentiis. Item in Angrise dedit Albger mansum i cum omni integritate. Item Hildirat mansum dimidium in Hamaritda. Item Selirat mansum dimidium in Hedilla, et Ansbold mansum unum in Driela.

Baldericus dedit in villa Hosenheim mansos duos cum hubis et iurnalibus et quicquid ibidem aspicit: in villa Wethlara mansum i cum huba et iurnalibus; in villa Barla mansum unum cum huba; in villa Castra mansum i cum huba: in villa Vurde mansum i cum huba: in villa Hamerethe mansos tres cum hubis duabus et iurnalibus, in villa Halosta mansum i cum huba: in villa Podarwie mansum i cum huba, in villa Analo mansum cum huba, et quicquid ad haec omnia praeinominata pertinet.

Codex Lareshamensis diplomaticus, i, p. 163.

#### No. 28.

Beirward geeft aan de kerk van st. Marten te Utrecht de villa Hese bij Emmerik, die ook genoemd wordt Bysscopswyk.

Tusschen de jaren 827 en 838.

Beatus presul Fredericus videns, populum sibi commissum bene agere Deum timere, cepit suo cogitare in animo, qualiter res sancti posset amplificare Martini. Mox, a Deo accepto consilio, militem quendam nomine Beirwardum in secularibus rebus valde divitem

agressus, rogans et disponens ut, pro remedio anime sue, de predio sibi a Deo collato, aliquid fratribus, Regi celorum summo et iam dicto sancto servientibus, in perpetuo donaret et vitam de hoc eternam acquireret. Qui mox eius acquievit precibus et villam, Hese nomine, iuxta Embrico sitam, que etiam Bysscopswyc, id est Status episcoporum nostrorum, vocatur, sancto Martino tradidit in Traiecto istoque firmavit olographo.

Registrum libri prepositurae maioris  
ecclesiae Traiectensis, p. 75.

Van Spaen schreef het bovenstaande stuk af uit het vermelde, thans niet meer te Utrecht aanwezige register. Het is te vinden in n<sup>o</sup>. 215 der verzameling zijner wetenschappelijke nalatenschap, berustende bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

Frederik was bisschop van Utrecht van het jaar 827 tot 838.

In de omstreken van Emmerik en 's Heerenberg liggen verscheidene plaatsen, die aan de villa Heze herinneren: Eeze, Wilhees, Borghees, Broekhees, Kuifheze. Deze laatste is in het jaar 1429 door den proost en het kapittel van den Dom te Utrecht aan Willem II Van den Berg in erfpacht uitgegeven. Die erfpacht is voor eenige jaren door den vorst van Hohenzollern van den staat der Nederlanden uitgekocht. Mededeeling van Jhr. L. C. J. Van Nispen, te 's Heerenberg.

---

N<sup>o</sup>. 29.

Geroward geeft aan de kerk van st. Marten te Utrecht goederen te Langerak, Heelweg, Aalten, Varseveld, Hummelo, Didam, Hees en Azewijn.

7 Februari 828.

Donatio Gerowardi, filii Landwardii, de mancipiis, pascuis, pratis in quibusdam villis consistentibus, facta ecclesie Traiectensi.

Dum unusquisque presens seculum inhabitat, necessitate nimia cogitur, ut finem suum Dei solo iudicio providere et preoccupare bonis operibus studeat, ne eum inopinata et improvisa mors inveniat. Idcirco ego Gerowardus, filius Landwardi, trado ad ecclesiam sancti Martini, in Traiecto veteri constitutam, quicquid in hereditatis iure accessit in villa Langhara, et in Hellenwich, et in Aladna, et in Warevelde, et in Humelle, et in Hesin et Asnon, cum omnibus adiacentiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, nec non et mancipia, quorum hæc sunt vocabula: Segenward et uxor eius Werenhild, Albuward et mater eius Sigiuvi, Ulfbald et Adagrim, Grimbald et uxor eius Adalwi, Gerolf et uxor eius Folewic, Arnolf et uxor eius Adalgard, Saxani et uxor eius Ardruh, Werenbold et mater eius Gerid, Alegbrach et uxor eius Meginfrid, Wardbald et uxor eius Gerwi, Adelgod et Maruvi, Saxini et Radini, Vulsini et



uxor eius Liudward, Odilgard et filius eius Hereman, Albric et filius eius Landric, Gelo et Marcrad, Hungrim et uxor eius Liudunch, Alwich et Selo, Egbald et Tadwild.

Actum est autem publice in villa Embrici, anno xv domni Lothowici, incarnationis vero Dominice dcccxxxviii, die vii idus Februarii, coram testibus, qui hanc traditionem presentialiter confirmatam viderunt, similiter et vestituram, quorum nomina subtus notantur.

Sign. Gerowardi, traditionem hanc peragentis. Sign. Ravenwardi. Sign. Egisgeri. Sign. Sigeberti. Sign. Gerberti. Sign. Theodansi. Sign. Albrici. Sign. Alwardi. Sign. Ildirardi. Sign. Odilbaldi. Sign. Otberti. Sign. Rotinigi. Sign. Werinherdi. Sign. Frideberti. Sign. Iwibodonis. Sign. Ledradi. Sign. Ledardi. Sign. Gerondi. Sign. Gericci. Sign. Wendilberti. Signum Gerahrii. Sign. Hilderadi. Sign. Reinheri. Sign. Roberti. Signum Warmundi. Sign. Algeri. Sign. Walonis. Sign. Rothardi. Sign. Meinhardi. Sign. Raveningi. Sign. Egilberti. Signum Gerbodi.

Ego Geraccarus, iubente domino meo episcopo Frederico, scripsi et subscripti.

Liber donationum ecclesiae maioris Traiectensis,  
p. 12, te Utrecht.

---

N<sup>o</sup>. 30.

Wibrat en zijn zoon Walbert geven te Oosterbeek wat zij daar en te Praast bezitten aan de kerk van st. Marten te Utrecht.

25 December 834.

Constat quidem omnibus sanum sapientibus, ideo terrigenis a Deo temporalia esse concessa, ut his quoque fideliter erogatis munera mereantur eterna. Quamvis enim omnium bonorum sit ipse largitor, etiam nostrę tamen fructum querit industrię ut, si dona ipsius non irrita feceremus, mereamur habere premia quę promisit Deus, transcendentia scilicet sensus estimationem humani. Idcirco nos, his vocitati nominibus, Ovo, Addo, Rodhard, Thitbald, Beren, Knut, ab ipso non despici sperantes allata, cui non, nisi quę dedit, conferuntur, sed pro labentibus credentes dari mansura, tradimus ad ecclesiam sancti Martini, que constructa est in castello Traiecto in pago Niftarlaca, pro remedio anime Wibrathti, sicut nobis ipse ac filius eius Waldbertus ad perficiendum legitime contradiderunt, quic-

quid in Ostbac et in Prast isdem Wibrath videbatur possidere omneque, quod sub lege Francorum in eorum erat dominio, cum mancipiis, curtilibus, edificiis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus et cum omnibus adiacentibus, quæ, ne congesta fastidium legenti generarent, quia in diversis sunt speciebus, numerare volumus. Hanc vero traditionem stabilem fieri volumus omnibusque presentibus ac futuris notam esse desideramus. Si vero aliquis ex nobis, quod absit, qui huius traditionis quam peregrimus sanctionem, seu quolibet opposita persona eam perverso ordine cassare temptaverit, inprimis, nisi se meliore sententia correxerit, sciat se apud Deum districtum inire iudicium, insuper, fisco mulctatus, auri libras III, argenti v coactus exsolvat, et nec sic quod iniuste conaverit valeat evindicare, sed firma et immobilis hæc traditio semper maneat, stipulatione subnixâ.

Acta est autem hæc traditio publice in villa Hostbac, VII kalendas Ianuarii, anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCXXXIII, indictione XII, regni etiam gloriosissimi augusti imperatoris Lothowici anno XXI, coram testibus infra notatis.

Signum Theodans. Signum Odrath. Signum Egilbreth. Signum Banag. Signum Wilbald. Signum Radbold. Signum Ricbreth. Signum Frideric. Signum Hunlef. Signum Sigeric. Signum Bernold. Signum Godin. Signum Gelbold. Signum Reginold. Signum Adduward. Signum Alfric.

Item Saxonum: Theodold, Evhard, Abbo, Alferi, Eilo, Hadogrim, Siger, Boso, Uddo, Werinhold.

Ego Bernoldus indignus presbiter, iubente Frederico episcopo, scripsi et subscripsi.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 14, te Utrecht.

Wibert, Wibrat of Wigbert was de zoon, Waltbert of Waldbret de kleinzoon van Widukind, den aanvoerder der Saksen tegen Karel den Groote. Huius Witikindi filius Wigbertus — — filium procreavit, quem Waltbertum vocavit. Annales Colonienses maximi, bij Pertz, a. w. XVII, p. 729. Vgl. Translatio s. Alexandri, bij denzelfden, a. w., II, p. 676.

---

### No. 31.

Keizer Lodewijk de Vrome staat een gedeelte van het rijk, waarin Friesland, de Molengouw, de Betuwe, Hameland en de Maasgouw, aan zijn zoon Karel af.

In het jaar 837.

Post hæc, adveniente atque annuente Ludoico et missis Pippini, omnique

populo, qui praesentes in Aquis palatio adesse iussi fuerant, dedit filio suo Carolo maximam Belgarum partem, id est a mari per fines Saxoniae usque ad fines Ribuariorum totam Frisiam, et per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Batua, Hammelant, Mosagao; deinde etc.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 431.

Nithard, Historia, lib. I, cap. 6, bij Pertz, a. w. II, pag. 653 heeft hetzelfde, doch in de plaats van Batua Haettra.

Pagus Moilla, Moella, Mula, Muleacensis, Molensis, de Molengouw, wordt door Pertz, a. w. I, p. 431 ten onrechte geplaatst in de omstreek van Millingen bij Nijmegen. Zij moet gezocht worden aan de Maas ter hoogte van Venlo, Stralen, Kempen en Suchtelen, waar nog verscheidene plaatsen den ouden naam herinneren. Binterim u. Mooren, die Erzdiözese Köln, I, S. 240.

Over Hameland, dat een groot deel van het latere graafschap Zutfen besloeg, is veel geschreven. Van Spaen, Inleiding, I, bl. 32, Von Ledebur, Bructerer, S. 73, Note 303, zijn Archiv, IV, S. 31 en 214, VII, S. 193. Van den Bergh, Geographie, bl. 183, Acker Stratingh, Aloude Staat, II, Sk 2, bl. 193. Von Landberg-Velen, Geschichte der Herrschaft Gemen, in Zeitschrift für Vaterländische Geschichte und Alterthumskunde [Westfalens]. Neue Folge, X (1859) S. 219. Het onderzoek is nog niet gesloten. Wilms, die Kaiserurkunden, I, S. 434, Note 1, belooft het onderwerp in het 2<sup>de</sup> deel nader te behandelen. Men heeft — deze opmerking, mag ik niet achterwege laten — bij het bepalen der grenzen van streken aan onze rivieren gelegen niet genoeg gelet op de veranderingen, die deze in den loop der tijden, vooral door bedijking, hebben ondergaan. Een voorbeeld uit velen ten bewijze. Wichmond lag en ligt nog op den rechter oever van den IJsel. Den 12 Juli 1451 verkochten de erfgenamen van Wichmond aan het kapittel te Zutfen het Luytgersland bij Roeversweerd, in het kerspel Wichmond, in het amt Brummen bij Kortenoever. Roeversweerd, Brummen en Kortenoever liggen thans op den linker oever. De stukken zijn onder N<sup>o</sup>. 1084 in het archief der stad Zutfen.

---

### N<sup>o</sup>. 32.

Keizer Lodewijk de Vrome trekt met zijn leger naar Nijmegen tegen de Denen.

In het jaar 837.

Anno vero XXIV [regni sui] praenunciavit imperator, ut cum omni exercitu voluisset ire Romam cum filiis suis Pippino et Hludowico, et statuit sediciones in nonnullis locis contra Danaos. Illi vero Danai nave venientes ad unam sedicionem, et interfecerunt ibi innumerabilem multitudinem christianorum; et ibi cecidit Hemminch, qui erat ex stirpe Danorum [sic], dux christianissimus, et Eccihardus, alius dux, et multi optimates imperatoris; et aliqui comprehensi sunt et postea redempti. Hoc audiens imperator, dimisit iter quod praenunciatum

habebat, et revertens ad praedium Gundulfi, cum omni exercitu venit Noviomagum castrum, quod situm est super fluvium Valum.

Theganus, Vita Hludowici imperatoris, bij  
Pertz, Monum. Script., II, p. 604.

---

N<sup>o</sup>. 33.

Rodgar geeft kerken en goederen te Duiven, Alatinge en Westerhees in de Lijmers, te Doetinchem in de IJselgouw, te Loenen, Silven, Wagingen en Werdupa in de Veluwe en in de gouw Hintingo, aan de kerk van st. Marten te Utrecht, en ontvangt andere in lijftocht.

23 Maart 838.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Albricus, divina favente gratia, Traiectensis ꝑcesieꝑ episcopus, dilecto in Christo Rodgario comiti.

Dum in omnibus non habetur incognitum sed pluribus manifestum, qualiter tu, Rotgarius, res tuas proprias donasti ad ꝑcesiam sancti Martini, que est infra muros iam dictę civitatis constructa, hoc est in pago Leomerike, in villa que dicitur Thuvine, ꝑcesiam dedicatam cum curte, terra salaricia et mansum I cum mancipiis supermanentibus, et in alia villa Alatinge curtem dominicatam cum casa, vel quicquid ibidem visus fuisti habere, et in Westerhesi mansum I cum mancipiis; et in pago Islo, in villa Duetingham ꝑcesiam dedicatam cum mancipiis, seu quicquid illic habuisti; et in pago Felua, in villa Lona, et in villa Sulvenda, et in villa Wagenwega, et in villa Werdupa quicquid in illis locis habuisti; et in pago Hintingoe, in villa Herodna ꝑcesiam dedicatam et curtem dominicatam cum terra salaricia, vel quidquid ad ipsam curtem pertinet, cum hominibus desuper commanentibus, et in Uttalo mansum I cum homine desuper commanente, et in Bracola et in Thullere quicquid ibidem visus eras habere cum hominibus commanentibus. Hęc omnia tradidisti cum terris, edificiis, mancipiis, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, totum et ad integrum, mobile et immobile, vel quicquid in supradictis habuisti, ad ꝑcesiam prefati confessoris, ita ut ibi proficiant in augmentum perpetualiter in Dei nomine possidendum. Unde postea tua fuit petitio et nostra decrevit voluntas, ut aliquas res sancti Martini in his locis, hoc est in villa Gruosna ꝑcesiam dedicatam et curtem dominicatam et terram salaciam, vel quicquid ad nostrum opus ibi habuimus, seu totum, quod habuimus in villa Fumarhara,

et in villa Heoa ꝥcclesiam dedicatam et terram ad ipsam ꝥcclesiam pertinentem, et in ipsa villa homines II, Werinbaldum et Theodgarium cum familia eorum, et in villa Seist familias VI cum terris et edificiis earum, et in Lisidinon familiam I cum edificiis et terris ipsius, et in Hesi familiam I cum edificiis et terris ipsius, et in Theothorne dimidium mansum, tibi ad beneficium prestare debuissimus, quod ita et fecimus, ea vero ratione, ut nullum preiudicium sine diminutione aliqua exinde nobis ꝥcclesieꝥque nostrę generare debeat, nisi tantum fructuario ordine tibi liceat excolere et censum persolvas singulis annis solidum I, x kalendas Aprilis, et quandoquidem Deus voluerit tuum de hac luce discessum, res supra dictę ad ꝥcclesiam nostram cum omni emeleoratu valeant reverti. Et ut hæc prestaria omni tempore stabilis firmaque permaneat stipulatione est adnixa.

Acta est autem publice in villa Thuvina, sub die x kalendas Aprilis, anno xxv Lothowici gloriosissimi imperatoris, in Dei nomine feliciter.

In Dei nomine ego Albricus episcopus firmavi.

Sign. Frigidagi presbiteri. Sign. Sigiberti. Sign. Herifridi. Sign. Gerwardi presbiteri. Sign. Edelgardi. Sign. Alfuvidi. Sign. Godeberti, Sign. Heriberti. Sign. Geri. Sign. Hudrici. Sign. Alfgeri. Sign. Gerbodi. Sign. Buodwini. Sign. Berengarii. Sign. Suitgeri. Sign. Gerberni. Sign. Geronis. Sign. Bernevoris. Sign. Gettonis. Sign. Willibaldi. Sign. Hudiadi. Sign. Wildradi. Sign. Suedonis. Sign. Gerberti.

Ego in Dei nomine Hungarius presbiter hanc prestariam scripsi et subscripsi.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis, p. 12 vo. te Utrecht.

De oorkonde komt ook voor in Liber catenatus uit het einde der xiv<sup>e</sup> of begin der xv<sup>e</sup> eeuw, vroeger van het kapittel van Oud-Munster te Utrecht, thans in het provinciaal archief aldaar, met dit opschrift: Albricus episcopus usumfructum constituit Rodgario, comiti G h e l r e n s i, in quibusdam villis et mancipiis in Velua consistentibus, quae ipse idem Rodgarius antea ecclesie Traiectensi contulerat; wat den inhoud niet terug geeft, daar de meeste goederen buiten de Veluwe gelegen zijn. Daardoor verliest de vermelding, dat Rodgar graaf van Gelre was, hare waarde, zoo er al eenige aan te hechten ware.

---

N<sup>o</sup>. 34.

Magofrid geeft eene halve huba te Saalbeek, bij Dorenweerd in de Veluwe, aan de abdij van Lauresham.

In het jaar 839.

Magofrid dedit in pago Felaowa hubam dimidiam in Selebach. Actum in Gannita, anno xxvi Ludowici imperatoris.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 167.

Keizer Lodewijk de Vrome staat een gedeelte van het rijk aan zijne zonen Lothar en Karel af, waardoor de eerste verkrijgt Friesland tot aan de Maas, Hameland, de Betuwe en Teisterbant.

30 Mei 839.

Quibus peractis, imperator urbem Vangionum iuxta condictum tertio kalendas Iunii pervenit, ibi susceptis quibusdam, quos ad hoc specialiter properare iusserat, fidelibus, Lotharium filium suum ab Italia venientem paterno suscipere affectu minime renuit. Quo palam omnibus ad genitoris vestigia suppliciter procidente et praeteritorum excessuum veniam humiliter postulante, imperator, misericordia qua incorporaliter semper vigit flexus, quidquid in eum praecedentibus annis ipse sui que deliquerant, paterna benignitate concessit, ita tamen, si deinceps nihil adversus eum pravis machinationibus molirentur. Suorum quoque complures non solum proprietatibus, verum etiam beneficiariis donavit honoribus, insuperque descriptione regni sui aequalibus pene partibus discreta, optionem illi, quam earum mallet, offerre non dedignatus est.

Cuius divisionis formula ita se habuit.

Quarum altera regnum Italiae partemque Burgundiae, id est vallem Augustanam, comitatum Vallissorum, comitatum Waldensem usque ad mare Rhodani, ac deinde orientalem atque aquilonalem Rhodani partem usque ad comitatum Lugdunensem, comitatum Scudingium, comitatum Wirascorum, comitatum Portisiorum, comitatum Suentisiorum, comitatum Calmontensium, ducatum Mosellicorum, comitatum Arduennensium, comitatum Condorusto, inde per cursum Mosae usque in mare, ducatum Ribuariorum, Wormazfelda, Sprohgouwi, ducatum Helisatie, ducatum Alamanniae, Curiam, ducatum Austrasiorum cum Swalafelda et Nortgowi et Hessi, ducatum Toringubae cum marchis suis, regnum Saxoniae cum marchis suis, ducatum Fresiae usque Mosam, comitatum Hamarlant, comitatum Batavorum, comitatum Testrabenticum, Dorestado.

Alteram partem Burgundiae, id est comitatum Genavensem, comitatum Lugdunensem, comitatum Cavallonensem, comitatum Amaus, comitatum Hatoariorum, comitatum Lingonicum, comitatum Tullensium, et sic per decursum Mosae usque in mare, et inter Mosam et Sequanam, et inter Sequanam et Ligerim cum marcha Britanica, Aquitaniam et Wasconiam cum marchis ad se pertinentibus, Septimaniam cum marchis suis, et Provinciam habuit.

Quo superiorem potius eligente, imperator Carolo filio suo inferiorem contulit, ea conditione, ut viventi fideliter obsequentes, eo decedente memoratis portionibus potirentur. Sacramentisque multifariam a Lothario susceptis, eum in Italiam redire permisit.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 434.

---

No. 36.

Verdeeling van het rijk, tusschen keizer Lothar I en zijne twee broeders Lodewijk en Karel te Verdun gemaakt.

10 Augustus 843.

Carolus ad condictum fratribus obvians penes Virodunum coniungitur: ubi, distributis portionibus, Hludovicus ultra Rhenum omnia, citra Rhenum vero Nemetum, Vangium et Moguntiam civitates pagosque sortitus est; Lotharius inter Rhenum et Scaldem in mare decurrentem, et rursus per Cameracensem, Hainnoum, Lomensem, Castritium et eos comitatus, qui Mosae citra contigui habentur, usque ad Ararem Rodano influentem, et per deflexum Rodani in mare, cum comitatibus similiter sibi utrimque adhaerentibus; cetera usque ad Hispaniam Carolo cesserunt: factisque sacramentis, tandem altrinsecus est discessum.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 440.

Ruodolfi Fuldenses Annales, bij Pertz, a. w., I, p. 363, drukken deze verdeeling korter uit: Hludovicus quidem orientalem partem accepit, Karolus vero occidentalem tenuit, Hlotharius, qui maior natu erat, mediam inter eos sortitus est portionem.

Lothar behield Frankisch Italie met de waardigheid van keizer, en zijn rijk bestond verder uit Provence, westelijk Zwitserland, de landen tusschen de Rhone, Saone, Maas, Schelde en den Rijn, behalve de gouwen Mainz, Worms en Spiers, die met de landen op den rechter oever van den Rijn aan Lodewijk kwamen. Karel verkreeg het westelijk gedeelte van het rijk. Door dit verdrag van Verdun, na een bloedigen strijd tusschen de broeders gesloten, werd het rijk van Karel den Groote verdeeld. In het jaar 882 kwam het weder onder één schepter, om in het jaar 888 voor goeð gescheiden te blijven.

Aan het verdrag was eene overeenkomst tusschen Karel en Lodewijk voorafgegaan, den 11<sup>en</sup> Februari 842 te Straatsburg gesloten, merkwaardig door de daarbij gezwo-rene eeden in de Duitsche en Romaansche talen en bewaard in Nithard, Historia, lib. III, cap. 5, bij Pertz, Monum. Script., II, p. 665.

---

## No. 37.

Andger, die een derde deel zijner goederen verkocht en aan de armen geschonken had, geeft de twee andere, onder voorbehoud van vruchtgebruik van een derde deel daarvan voor zijne vrouw, aan de kerk te Werden.

7 Januari 845.

## LVIII. Traditio Andgeri in Velum.

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Andger per manus Wolfhramni tertiam partem hereditatis mei vendidi et pauperibus erogavi, reliquos duos [sic] partes tradidi ad ecclesiam sancti Salvatoris que est constructa in pago Riporum, in loco qui dicitur Werthina, super fluvio Rura, in ea ratione, ut uxor mea medietatem habeat omnibus diebus vite sue illius hereditatis, quod ad prenominatam ecclesiam tradidi in precaria, hoc est tertiam partem hereditatis mee, et post obitum suum ad predictam ecclesiam pro remedio anime mee. Traditumque in perpetuum esse volo presensque traditio firma permaneat in eternum.

Acta in Werithina monasterio, VII idus Ianuarias, anno v regni domni Hlotharii regis, indictione VII.

Ego Thiathardus diaconus rogatus scripsi et subscripsi.

Sig. Andgeri, qui hoc tradidit. Sig. Wolfhramni. Sig. Foleberti. Sig. Meginhardi. Sig. Aldberti. Sig. Wolf. Sig. Theatradi. Sig. Sigibaldi. Sig. Gerbaldi. Sig. Frithubaldi. Sig. Reginbaldi. Sig. Bernheri. Sig. Waldheri. Sig. Meinradi.

Cartularium Werthinense, p. 28, te Leiden.

Daar Velum in het opschrift de Veluwe kan aanduiden, wordt deze gift opgenomen.

## No. 38.

Gislun geeft aan de kerk te Werden een iornalis in de Veluwe.

21 Januari 846.

## XLVIII. Traditio Gisluni in Welloe.

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Gislunus tradidi partem hereditatis mee ad ecclesiam sancti Salvatoris, que constructa est in pago Riporum, in loco Werthina, super fluvio Rure, hoc est, quod tradidi unum iornalem, pro remedio anime mee et pro remedio anime Athalwini, in Welloe. Presensque traditio firma permaneat traditumque in perpetuum esse volo, stipulatione subnixa.



Acta est autem in Werithina monasterio, XII kal. februarias, anno VIII, indictione VIII,

Sig. Gisluni, qui hoc tradidit. Sig. Vulfi. Sig. Meginhardi. Sig. Widradi. Sig. Thiatbaldi. Sig. Helmbratti. Sig. Landradi. Sig. Erponi. Sig. Athalbodo.

Ego Thiathardus diaconus scripsi et subscripsi.

Cartularium Werthinense, p. 24<sup>v</sup>, te Leiden.

Bondam, Charterboek, No. 26, bl. 26, en Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 62, S. 28, verstaan onder Welloe de Veluwe. Daarom neem ik de oorkonde op. Zij heeft geene dagteekening noch regeeringsjaar van keizer of koning. Op goede gronden stelt Lacomblet haar in het jaar 846, waarmede de opgegevene indicie overeenkomt.

N<sup>o</sup>. 39.

De Denen bezetten de Betuwe en de Noormannen plunderen Meinerswijk.

In het jaar 847.

Dani Aquitaniam maritimam impetunt et praedantur, urbemque Burdegalam diu oppugnant; alii quoque Danorum emporium, quod Dorestadum dicitur, et insulam Batavam occupant atque obtinent.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz, Monum. Script., I, p. 443.

De cetero Nordmanni christianos hinc inde vastaverunt, et contra Sigirum et Liutharium comites bellum fecerunt, et ultra vicum Dorestatum contra flumen Reni per miliaria novem remigaverunt, usque ad vicum Meginhardi, et ibidem facta preda reversi sunt.

Annales Xantenses, bij Pertz, Monum. Script., II, p. 228.

Dani et ceteri, qui trans Daniam sunt populi, ab historicis Francorum omnes Nordmanni vocantur. Adamus Bremensis, Gesta Hammenburgensis ecclesiae pontificum, lib. I, cap. 16, bij Pertz, Monum. Script., VII, p. 280.

N. 40.

Rorik verwoest met Noormannen de Betuwe en ontvangt van keizer Lothar, die hem niet onderwerpen kon, Wijk te Duurstede en andere graafschappen

In het jaar 850.

Oric rex Nortmannorum, impugnantibus sese duobus nepotibus suis, bello impetitur; quibus partitione regni pacatis, Roric nepos Herioldi,

qui nuper a Lothario defecerat, assumptis Nortmannorum exercitibus, cum multitudine navium Fresiam et Batavum insulam aliaque vicina loca per Rhenum et Vahalem devastat. Quem Lotharius, cum reprimere nequiret, in fidem recepit eique Dorestadum et alios comitatus largitur.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., 1, p. 445.

Vgl. Annales Fuldenses, bij Pertz, Monum. Script., 1, p. 366.

---

No. 41.

Balderik geeft aan de kerk van Utrecht goederen te Wadenojen, Erichem, Buurmalsen, Velghuis, Drumpt, Avezaat, Zennewijnen, Bommel, Hellouw, Herwijnen, Teratina en Medua, en ontvangt in precarie Heesel, Ophemert en Wia.

12 Augustus 850.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Luidgerus, divina favente gratia, Traiectensis ecclesie episcopus, notum fieri cupio tam presentibus quam futuris, qui suavi iugo Christi colla humiliter summittunt cordium, qualiter Baldricus res proprietatis sue ad ecclesiam, cui indignus presumpit episcopus, dare disposuit, quod et fecit eadem vero ratione, ut nos aliquas ei res eiusdem ecclesie in precariam concederemus. Quod ut fieret utile fore considerantes, cum consultu et consensu cleri nobis commissi fideliumque laicorum, libenti concessimus animo. Tradidit namque iam dictus Baldricus ad memoratam ecclesiam, in villa Wadake, mansum dominicatum et ecclesiam dedicatam cum hiis, que in eis sunt divino cultui apta, cum ceteris edificiis ac mansos xxv, in hiis villis inter Ermenkina et Uberan Malsna mansos duos, in Velgasse ii, in Thrunniti ii, in Avensate i, in villa iam dicta, id est Wadehem, mansos v, excepto manso dominicato, in Suminum v, in Bomela i, in Hellowa i, in Heriwina i, in Teratina et Medua ii. Et si forte in aliquo manso deficit, statim qui requirere desiderat in alio plenitudinem inveniet. Insuper mancipia ipsis mansis coherentia, hiis nominibus vocitata: Gerwala et uxor eius Weleka cum uno infante nomine Bernheri, Ludold et uxor eius Reghenlend cum uno infante nomine Ritger, Wigrad cum uno infante nomine Vulfbald, Helprad et uxos eius Riegard cum uno infante nomine Gerwi, Lantbrad et uxor eius Wana cum uno infante nomine Engilrad, Oduvalla et uxor eius Gerburgh, Alfri et uxor eius Werenburgh cum uno infante nomine Letheri, Sola et uxor eius Wenda cum uno in-

fante, Aclaco et uxor eius Odelrad cum uno infante nomine Richelem, Hundolf et uxor eius Maga, Liefolt et uxor eius Alfrat cum uno infante Folcheri, Leifans et uxor eius Wenda cum uno infante nomine Asvui, Richard et uxor eius Memsund cum uno infante nomine Sigehard, Vilfranene et eius uxor Odwi cum uno infante nomine Helithans. Traditumque in perpetuum esse vult, ut memorata ecclesia usum de fructuario perpetualitur augeatur, ea vero ratione, ut a me vel successoribus meis, rectoribus videlicet ecclesie Traiectensis, res pertinentes ad supra memoratam ecclesiam Traiectensem illi in precariam concederentur, quod et fecimus, hoc est Hesola, Hamarithi atque Wia cum integritate, et quidquid ad ea loca pertinere videtur, ut firmiter quamdiu vixerit et sine ulla mutabilitate permaneant, et ut ipse omni anno, III idus Novembris, x solidos in precariam persolvat, postque eius discessum supra memoratas res in Hesola atque Hamaritha et in Wia ecclesie in Wadake subjecte sint, et ut propinqui eius easdem res accipiant et regant unus post unum. Ego, si ei superstes extitero, et post Craft, si tunc temporis vixerit, post illum Ymmo, et post Ymmonem nepos eius Baldric, si tonsuram clericatus et gradum accipere voluerit, et ut omni anno quisquam nostrum tunc rector iam dictarum ecclesiarum extiterit, ad Traiectensem ecclesiam D modia orde, fabe L, frisgingas xxv persolvat et semel in anno episcopum Traiectensem recipiat et caballum ei donet, valentem xx solidos, scutum cum lancea, valentem v solidos, si hostilitatis incursio hoc fieri non prohibuit, et ut iam dicti propinqui eius cum rebus predictis ecclesias ornent, edificia restaurent et clericos in Wadahem, qui canonicas horas ibi frequentent, pia sollicitudine procurent, ut suum suorumque parentum, fratrum et sororum, fuis ad Deum precibus, memores existant. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, quod absit, aut ullus de successoribus meis, qui contra hanc prestariam venire aut eam frangere voluerit, sciat se divina ultione feriendum, nisi se meliori spiritu et sententia correxerit, et nec si quid est quod iniuste repetit evindicare non valeat, sed presens prestaria ista firma et stabilis omni tempore permaneat, stipulatione subnixta.

Acta et data est hec prestaria publice in villa Wadahem, II idus Augusti, anno incarnationis Domini DCCCL, indictione VIII, regno etiam domini Lotharii imperatoris anno VIII, coram testibus infra notatis.

Signum Luitgeri episcopi, qui hanc prestariam scribere iussit. S. Craft. S. Fiddac. S. Liudric. S. Gerber. S. Odelfridi. S. Widgod. S. Aldger. S. Gelonis. S. Ymmonis. S. Folobrat. S. Geldolfi. S. Erkennolfi.

Nomina laycorum : S. Herebreth. S. Frederic. S. Hildeboldi. S. Reginoldi. S. Ymmonis. S. Snaf. S. Odilgrop. S. Rodolfi. S. Abbonis. S. Wibrath. S. Thrudbold. S. Snelbrath. S. Bernhard.

Liber donationum ecclesiae maioris Traiectensis,  
p. 13, te Utrecht.

N<sup>o</sup>. 42.

Deensche zeerovers plunderen de Betuwe.

In het jaar 851.

Piratae Danorum Fresiam et Batavos populantur.

Prudentii Trecentis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 446.

Chronicon Nordmanorum, I, bij Pertz, a. w., p. 533, vermeldt dit op het jaar 850.

N<sup>o</sup>. 43.

Wikswint geeft goederen te Gent en Huissen in de Betuwe, aan het klooster van Laresham.

In het jaar 854.

Anno xv Ludowici secundi, sub Samuele abbate, tradidit Wicswint in pago Batuva, in villa Gannita, unam curtem dominicalem cum sua huba legitima et alteram servilem cum sua huba, et in Huasenheim duas curtes serviles cum suis hubis legitimis, et mancipia XXI.

Actum Gannitae.

Codex Lareshamensis diplomaticus, I, p. 165.

N<sup>o</sup>. 44.

Keizer Lothar verdeelt zijn rijk onder zijne zonen Lodewijk, Lothar en Karel.

In September 855.

Lotharius imperator infirmari se conspiciens, regnum inter filios dividit. Karolo minori Provinciam et partem Burgundiae, Lothario medio filio sedem suam, Ludovico imperatori Italiam consignari iubet. Ipse vero Promiae monasterium, regno temporis se exuens, ingreditur. Tonsoratus ac monachus effectus, aliquibus diebus interpositis, defungitur anno ab incarnatione Domini DCCCLV, imperii vero xxx, atque ibi in basilica sancti Salvatoris a fratribus reverenter humatur.

Fragmentum hist. Franciae, bij Duchesne,  
Hist. Francorum Script., II, p. 401.

Lotharius totam Fresiam filio suo Lothario donat.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 449.

Lothar's deel werd naar hem Lotharingen genoemd. Daarvan gaf hij in het jaar 860 den Elsas aan zijn oom Lodewijk en een groot stuk van den Jura aan zijn broeder Lodewijk.

---

N<sup>o</sup>. 45.

Folker geeft aan het klooster te Werden goederen, waaronder in de Veluwe te Putten, Hotseri, Rentelo, Veenlo, Niutlo, Hornlo, Urthunsula, Drie, Ermelo, Buurlo, Dabbonlo, Wardlo, Orclo, Legurlo, Otterlo, Langlo en Archi; in de Betuwe, in het graafschap van Ansfrid, te Andelst, Ewijk, Elden, Hrineshem en Linterwic; en in Hameland, in het graafschap van Wigman.

7 en 10 November 855.

In nomine Domini Dei æterni et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Ego Folkerus, incertum unicuique huius miserabilis vitę finem et horam pertimescens variosque ac omnimodis sinistros instantis temporis eventus considerans et Salvatoris dicti recordans, quod dicit: «Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quę habes et da pauperibus, et veni sequere me»; omnem huius vitę delectationem quantum humana fragilitas sinit, pro Dei omnipotentis amore pro nihilo ducens, in coenobio Werdinensi, ad beati confessoris Christi memoriam, monachicam elegi ducere vitam. Quapropter, quia unicuique necessarium est ut, quamdiu in hoc seculo vivere licet, de temporalibus rebus sibi æternę beatitudinis premia acquirere studeat, ego quasdam proprietatis mee res, quę mihi iure hereditario in pago Hamulande in comitatu Wigmanni, nec non et in Batuve in comitatu Ansfridi, cum edificiis omnibus et cunctis adiacentibus silvaram et aquarum et paseuarum commodis, cultam et incultam terram cum mancipiis utriusque sexus, coram testibus et nobilium virorum presentia, secundum legem Ripuariam et Salicam, nec non secundum ewa Fresonum, de iure et potestate mea in ius et proprietatem predicti monasterii, in quo et laicalem habitum et secularem conversationem Domino miserante dimisi, pro remedio anime meę et parentum meorum, perpetuo possidendas tradidi et secundum predictas leges vestituram feci; ea videlicet ratione, ut omnes res supradictę ab hac die fratribus, ibidem Deo servientibus, serviant et de his illud prefatum coenobium construat et inluminetur, et memoria progenitorum meorum sive mea in eorum sacris orationibus perpetualiter habeatur.

Si vero ob merita peccatorum qualicumque casu neglectum fuerit vel destructum sepe dictum coenobium, aut prefatę proprietatis meę res sine consensu fratrum alicui in beneficium prestitę fuerint, aut eas prefati monasterii heredes inter se quasi iure hereditario dividere voverint, si hec, inquam, me vivente evenerint, tunc annuente Domino potestatem habeam, cum omnibus rebus ad supradictum monasterium traditis ad aliud coenobium transmigrandi. Sin autem post obitum meum hec evenerint, tum propinqui et heredes mei easdem res et mancipia sine ullius contradictione recipiant, et illas prefato tenore ad monasterium Fuldense sancti Bonifacii perpetualiter tradant. Peracta vero traditione, media pars totius hereditatis inferius nominatę in potestate fratrum eiusdem monasterii deinceps iugiter habeatur. Aliam vero partem, hoc est medietatem totius hereditatis, illum qui hanc posteriorem traditionem fecerit, ad tempus vite sue sibi retinere desidero, et post illius obitum nullus alius de progenie eius sine voluntate monachorum sancti Bonifacii vel attingere presumat, sed omni deinceps occasione sublata omnis subscripta hereditas in prefata potestate, ob recordationem nostri, stabili firmitate permaneat.

Hec sunt nomina locorum prefatę hereditatis.

In pago qui dicitur Felua, in vico qui dicitur Puthem, et in alio vico, qui dicitur Hotseri, mansos dominicales III, [1]itus noster nomine Widuco habet mansum I, Hrodhing et Vulgrim et Berahwini et Ansleth et Godolef mansos IIII, Frithubald I, Hardrad I, Mathalwim et Ovo I, Gerlef et Silef I, Wilrad et Alarad et Evoxold II, Frumari I, Hrodlef et Benno I, et illam comprehensionem que pertinet ad villam, que dicitur Rentilo, Athulef et Ledhrad mansum I et illas comprehensiones, quas habent in saltu qui dicitur Vunnilo, Vunnilef mansum I et comprehensiones quas habet in saltu prenominato, Odbald et Evurgrim I, Liafger dimidium, Thiatlef dimidium, Thiodbold I, Hildirad in villa que dicitur Niutlo I, Ansbraht dimidium in silva que dicitur Hornlo; in Urthunsula Sidhgot et Thiatger mansum I et dimidium cum illorum comprehensione; in villa que dicitur Thri, Geldolf dimidium cum ipsa comprehensione, que pertinet ad ipsam villam; in silva que dicitur Puthem scaras XXVIII; in villa Irminlo in illa silva scaras LX; in villa Thri pastus porcorum XXXV; in saltu qui dicitur Vunnilo, quicquid habuit Herrad et Baldric, et illas comprehensiones, quas habeo in Vunnilo et in illis silvis que dicuntur Burlo, Dabbonlo, Wardlo, Orelo, Legurlo, et in Ottarloun et in Langlo sextam partem dedi. In Archi quicquid illic habeo, tam in pratis quam in comprehensionibus.

In pago, quę [sic] dicitur Flethetti, in villa Hrara [Hlara] mansos dominicales duos, Frithuric I, Athalgot dimidium, Algot I et illam comprehensionem quam possidet Frithubodo; in villa Hreni mansum I, Meginbraht dimidium, Asgrim dimidium, Aio et Thiatgif I et dimidium, Athalvini I; in villa quę dicitur Rimbrahti, Boso duas partes unius mansi; in villa Tiuli Reginhelm similiter, Athalbald similiter, Landgrim similiter; in Hnodi quicquid illic habeo. In silva Hrenhem pastus porcorum xxx.

Item in insula Batue mansos dominicales III, Gerlec dimidium; in Andassale Godolec mansum I. In Ewic Silec . . . unius mansi; in Elti et in Hrineshem, quarum termini communes sunt, Odrad et Weringer duos; in Getvurdh Reginbald et Thiadmar I et dimidium; in Linterwic duos et unam insulam superiorem, quę contra illam villam iacet, communem cum heredibus meis, superiorem vero propriam possideo.

Item commentariolum de hereditate Folkeri, quam habet in Frisia. In pago Kinhem in villa Obbinghem etc.

Hęc igitur traditio facta est coram pluribus et idoneis testibus, in pago cui vocabulum est Flethetti, in villa quę vocatur Hlara, sub die septima idus Novembris; et in pago vocato Batue in villa quę vocatur Hlegilo, sub die III idus Novembris, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCCLV, indictione III, regnante domno nostro Hludowico imperatore iuniore augusto anno xv.

Ego Hildiricus subdiaconus huius traditionis cartam rogatus scripsi et subscripsi.

Hęc sunt nomina testium, qui hanc traditionem secundum legem Ripuariorum fieri viderunt et audierunt.

Signum Folkeri, qui hanc traditionem, coram testibus subterius nominatis, manu propria perfecit et roboravit.

Nomina testium, qui in orientali ripa Hreni fluminis constituti esse noscuntur. Sig. Hildiric. Sig. Odo. Sig. Hrodger. Sig. Engilrad. Sig. Odaccar. Sig. Thiatric. Sig. Vulfhelm. Sig. Athalward. Sig. Walthrabhan. Sig. Thiadrad. Sig. Abbo. Sig. Egilbraht. Sig. Wiger. Sig. Sahsger.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 65, S. 30.

Uit deze en vroegere oorkonden blijkt, dat het stift Werden aanzienlijke bezittingen in Gelderland had. Volgens eene aanteekening van Lacomblet op de medegedeelde oorkonde, verpandde het stift in het jaar 1492 die, welke gelegen waren in de Veluwe en te Randwijk in de Betuwe, genaamd de Proostgoederen van Werden, aan de abdij Abdinghof te Paterborn, waaraan het die verkocht in het jaar 1551, met uitzondering van het collatierecht en een canon uit de goederen te Putten. Het collatierecht

betrof de kerken s. Lutgerii in Selheim upter Gouwe prope Dotinchem, s. Lutgeri in Wichmunde super Islam, in Dornspick super Veluam, s. Lutgeri in oppido Elberch, s. Nicolai in Oistwalde en s. Lutgeri in Halle.

No. 46.

Koning Lothar II geeft aan den paltsgraaf Ansfrid goederen, waaronder vier mansus in de villa Geizefurt aan de Niers, in pagus Hattuariensis.

9 November 856.

In nomine omnipotentis Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Lotharius, divina praeveniente clementia, rex.

Dignum est, ut regalis celsitudo procerum suorum petitionibus tanto libentius annuat et annuendo ad effectum perducat, quando eos viderit ac noverit in suis obsequiis persistere efficaces. Idcirco noverit omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae ac nostrorum, praesentium videlicet et futurorum, industria, quia Hucbertus venerabilis abba nostram deprecatus est magnitudinem, ut cuidam fideli comiti palatii nostri Ansfrido nomine aliquantum ex rebus iuris nostri, quas ipse iure beneficiario detinet, ad proprium concederemus ac per praeceptum nostrum largiremur. Cuius precibus libenter ob utrorumque sincerissimam devotionem et famulatum acquiescentes, hos eminentiae nostrae apices fieri decrevimus, per quos memorato Ansfrido in pago Hattuariensi et in villa quae vocatur Geizefurt, super fluvium Nerse, mansos quatuor cum omnibus suis appenditiis, terris scilicet cultis et incultis, sylvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, nec non et mancipiis utriusque sexus ibidem aspicientibus; seu etiam et in pago Laumensi, in villa Sodeia, super fluvium Geldione, mansum unum cum omnibus ad se pertinentibus, terris scilicet cultis et incultis, sylvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus et regressibus, nec non et mancipiis utriusque sexus ibidem pertinentibus, ei ad proprium tribuimus et de iure nostro in ius ac dominationem ipsius perenniter mansurum transfundimus, quatenus per hanc nostram auctoritatem potissimam habeat ex eisdem rebus vel mancipiis faciendi licentiam, quicquid elegerit vel voluerit, sicut et de reliquis proprietatis suae rebus, remota cuiuslibet inquietudine vel contrarietate, ita tamen, ut nusquam a nostra discedat fidelitate.

Et ut haec nostrae largitionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Hrothmundus notarius recognovi.



Data v idus Novembris, anno, Christo propitio, imperii domini  
Lotharii piissimi regis primo, indictione iv.

Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Codex Laureshamensis diplomaticus, 1, p. 52.

Geizfurt ging 5 October 863 over aan het klooster te Lauresham en was waar-  
schijnlijk Geysfort, door graaf Reinald van Gelre in 1299 aan Derk Loef van Kleef  
afgestaan. Nijhoff, Gedenk., 1, Oork. no. 66, bl. 75.

---

No. 47.

De Denen maken zich meester van de Betuwe en aangrenzende streken.

In het jaar 857.

Alii Danorum emporium quod Dorestadum dicitur vi capiunt totamque  
Batavorum insulam et cetera loca conterminia diripiunt.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., 1, p. 451.

---

No. 48.

Lothar, koning van Lotharingen, geeft het klooster Berg in de Maasgouw  
aan de kerk van Utrecht, ten einde de Kanunniken, door den inval der  
Noormannen verstrooid, daar eene veilige schuilplaats mogen vinden.

2 Januari 858.

In nomine omnipotentis Dei et Domini nostri Iesu Christi.

Lotharius, divina preveniente gratia rex.

Si locis divino cultui mancipatis quippiam muneris confirmamus,  
id nobis proculdubio ad æternam beatitudinem nanciscendam affuturum  
esse confidimus. Igitur comperiat omniū fidelium sanctę Dei  
ęcclesię et nostrorum, presentium scilicet et futurorum industria, quia  
ex relatu Guntharii, sacri palatii nostri summi capellani, et Hungarii,  
venerabilium episcoporum, didicimus, quod Traiectensis ęcclesia, quę  
in honore Christi confessoris Martini constructa esse dinoscitur, bar-  
barica imminente nequicia pene destructa et ad nichilum redacta sit,  
canonicique olim in ea Domino militantes passim per diversa loca  
quidam dispersi, quidam eciam interempti sunt, hoc denique incumbente  
maxima necessitate deprecati sunt celsitudinem nostram, ut memoratę  
sanctę sedi infra regnum nostrum quietum et pacificum locum ad  
consolationem et refugium canonicorum tribueremus. Quorum salu-  
berrimis et sincerissimis suggestionibus, pro amore Domini protectoris

nostri, ob emolumentum eciam ac remedium anime avi nostri Lothowici et pię memorię genitoris nostri Lotharii, quondam augustorum, nec non genitricis nostre Hermingarde, seu pro salute nostra regnique stabilitate libentissimum prebentes assensum, hos clementię nostre apices fieri iussimus, per quos in pago Maso, super fluvium Rure, monasterium in honore sancti Petri constructum, quod Berg nuncupatur, ad prefatam sedem Traiectensem sub omni integritate tradimus et per omnia tempora ad consolationem et tutamentum rectorum eiusdem sedis vel cleri famulaturum conferimus, quatenus presignati servi Dei, nostra percepta liberali munificentia, eos Domini misericordiam pro nostra et predecessorum nostrorum salute liberius exorare delectet.

Et ut hæc nostre traditionis seu pietatis largitio per futura tempora inviolabilis perseveret, manu propria subter eam firmavimus et annuli nostri impressione assignare iussimus.

Signum Lotharii gloriosi regis.

Daniel notarius recognovi, scripsi et subscripsi.

Data III nonas Ianuarii, anno, Christo propicio, regni domni Lotharii gloriosissimi regis tertio, indictione VI.

Actum Prumia monasterio in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis, p. 8, te Utrecht.

Berg, Petersberg, ook S. Odiliënberg, bij Roermond, was door Pippijn gegeven aan den h. Wirow, een der medearbeiders van Willebrord, die er met Plechelmus en Otger leefde en leerde. Locum, remotum a mundi negotiis — s. Wironi concedit ad manendum, quo liberius cum suis inibi coelestes caperet fructus, qui locus ore vulgi Mons Petri dictus. Vita s. Wirow in A. A. S. S. Boll. 8 mei, II, pag. 316. Pippijn bezocht Wirow dikwerf, en in een sompig broek tusschen Echt en Waldfucht is een aarden dam, die in den naam Pepelsbrug de herinnering daaraan nog schijnt te bewaren. Quix, Geschichte der ehemaligen Reichs-Abtei Burtscheid. S. 41, noot \* Gunthar, in de oorkonde genoemd, was aartsbisschop van Keulen, en Hungar bisschop van Utrecht.

---

#### No. 49.

De Denen verwoesten de Betuwe.

In het jaar 859.

Alii quoque eorum [Danorum] insulam Rheni Patavum simili furore invadunt.

Prudentii Trecensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., I, p. 453.

---

Lothar, koning van Lotharingen, geeft, op verzoek van graaf Adalard en zijn vasal Tieto, goederen uit het beneficium van Rorich te Gend in de Betuwe, aan het klooster van Lauresham.

13 September 860.

In nomine omnipotentis Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Lotharius, divina praeveniente clementia rex.

Si locis Deo dicatis aliquod impertiri satagimus, morem sequimur piissimorum regum, idque ad emolumentum animae nostrae pertinere minime ambigimus. Quapropter omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae ac nostrorum, praesentium videlicet et futurorum, noverit industria; quia Adalardus illustris comes et Tieto vasallus noster, fideles scilicet nostri, deprecati sunt clementiam nostram, ut ex rebus iuris nostri ex beneficio Rorici in villa Gannitta ad ecclesiam sancti Nazarii, quae consistit in Lauresham, aliquas res proprietatis iure tribueremus; quorum precibus libenter acquiescentes, hos nostrae serenitatis fieri iussimus apices, per quos ad praefatum sancti Nazarii monasterium in praedicto pago et in praescripta villa Gannitta terram proprietatis nostrae perenniter ad habendum, ob emolumentum animae nostrae, concedimus, et de iure nostro in ius ac dominationem ipsius perenniter mansurum transfundimus, quatenus deinceps per hanc nostram auctoritatem potissimam habeat pars praedictae ecclesiae faciendi licentiam quicquid utile iudicaverit. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas rata stabilisque permaneat, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari praecepimus.

Hrodmundus notarius recognovi.

Data idus Septembris, anno, Christo propitio, regni domini Lotharii gloriosi regis quinto, indictione VIII.

Actum Aslao palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Christe adiuva Lotharium regem.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 53.

Rorik, in deze oorkonde genoemd, is waarschijnlijk die Noorman, aan wien koning Lothar in het jaar 850 Wijk te Duurstede gaf. De Annales Fuldenses bij Pertz, Monum. Script., I, p. 370, verhalen op het jaar 857: Rorik Nordmannus, qui praeerat Dorestado, cum consensu domini sui Hlotarii regis classem duxit in fines Danorum et, consentiente Harico Danorum rege, partem quae est inter mare et Egidorum cum sociis suis possedit. In het jaar 870 was hij terug, want op dat jaar teekent Hinkmar van Reims in zijne Annalen bij Pertz, Monum. Script., I, p. 486, aan: Inde [rex Carolus] ad Rorici Nortmanni colloquium apud Noviomagum palatium perrexit, quem sibi foedere copularit. In de afwezigheid van Rorik schijnt de koning het recht gehad of genomen te hebben om over een gedeelte van zijn beneficium te beschikken.

In het jaar 873 sloot de koning een nader verbond met Rorik, „fel Christianitatis.” Vgl. de Annales Xantenses en Fuldenses, bij Pertz, Monum. Script., II, p. 235 en 386.

## No. 51.

Paltsgraaf Ansfriid geeft goederen in de gouw Hattuaria, in de Odeheimermark, in villa Geizefurt, met voorbehoud van de lijflicht, aan het klooster van Lauresham, mits de abt hem geve de goederen, welke aan dat klooster te Gend in de Betuwe toebehoorden, om die te gebruiken, gedurende zijn leven en dat zijns zoons Hiltiward, tegen eene jaarlijksche betaling van 40 ossenhuiden.

5 October 863.

Si aliquid ex facultatibus nostris ad loca sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio in aeterna retributione profuturum esse confidimus.

Idcirco ego in Dei nomine Ansfriid, Dei gratia comes, cogitans de timore Dei vel futura retributione, pro remedio animae meae seu dominorum meorum, per quos ad me res pervenisse dinoscitur, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Renense, in monasterio cognominato Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, ubi moderno tempore vir venerabilis Theotrohus abbas regulariter praesesse videtur, et veneranda congregatio monachorum die noctuque domino Deo deservire videtur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo, hoc est, quod trado res proprietatis meae in pago Hattuaria, in Odeheimero marca, in villa, quae dicitur Geizefurt, quae sita est super fluvium Nersa, hoc est, mansum indomicatum cum aedificiis atque omnibus utensilibus, habentem hobas III, et hubas serviles XVIII, et sylvam, in quam mittere possumus mille porcos perfecte saginari, et eandem sylvam determinat ab oriente fluvius Lusgochesbach usque in Nerschinam, et a Nerschina usque in Nersam, et a Nersa usque ad sylvam campumque, qui dividit Odeheimero marcam, et quicquid in eadem marca villave habeo proprietatis, exceptis tribus hobis: unam, quam habet Wolfbraht, et in eandem sylvam debet mittere porcos X, alteram habet Thudolf, tertiam Sigeburg, et etiam debent mittere in sylvam uterque porcos X, et nullam aliam utilitatem sive ad exstirpandum, sive in cesura ligni. Unusquisque autem de servis ipsis de sua huba debet mittere in sylvam porcos V. Haec omnia superius comprehensa in ea ratione ad sanctum Dei martyrem Nazarium trado, quatinus has easdem res ad dies vitae meae habeam, et quicquid ad praefatum monasterium pertinet in loco vel villa, quae dicitur Gannida, tam de quaesitis quam de inquaesitis,

seu in quibuscunque ibidem locis aut terris consistant res praefati martyris Christi, quae hactenus servierunt praefato monasterio; de vineis quoque ad carradas quatuor. Spondeo quoque memetipsum in censum, annis singulis in festivitate sancti Martini, coria bovina ad opus fratrum quadraginta persolvere. Haec omnia, ut diximus, sub integritate cum omnibus appenditiis et terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus, item basilica, domibus caeterisque aedificiis, terris, pratis, campis, sylvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis et incultis, mobilibus rebus et immobilibus ac se ipsas moventibus, vel quicquid denominari potest, aut non potest, mancipiis diversi sexus et aetatis numero LXIII. Haec vero omnia superius denominata a die praesente de iure meo in ius et dominium sancti Nazarii rectorumque ipsius monasterii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter possidendum, ea videlicet ratione donationem memoratam atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina iussione vixero, habeam praedictas res in mea potestate et sub mea ordinatione, absque ullius personae aut potestatis contradictione vel impedimento, tam ipsam haereditatem a me traditam, quam illam, quam ab eodem monasterio in praecariam accepi. Post obitum vero meum utraeque memoratae res cum omni integritate ad praenominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiantur, et in eius potestate atque dominio permaneant, fratribus specialiter ad sustentaculum et nulli umquam in beneficium detur; quodsi factum fuerit, haeredes mei illud inde abstrahere licentiam habeant atque inter se dispertiri, excepto, si maior utilitas eidem monasterio per praecariam acquiri possit. Et si aliquis contra hoc nostrae devotionis testamentum resultare voluerit atque illud convellere aut evacuare temptaverit, primitus Christum et sanctum martyrem eius Nazarium nefandis ausibus suis contrarium sentiat, et insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti praedicti monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram I, argenti pondo XII, et nec sic, quod conatur repetere, evindicare possit, sed haec donatio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixam.

Actum publice in monasterio Lauresham, anno incarnationis Dominicae DCCCLXIII, regni Ludowici regis XXVI, sub die III nonas Octobris.

Signum Ansfridi comitis Palatii. Signum Tridolobi. Signum Ruodleichi et aliorum.

Ego Walthere, indignus presbiter et monachus, hoc testamentum conscripsi diemque et tempus, ut supra, notavi.

Prestaria eiusdem Ansfridi comitis.

Diligendo in Christo filio sanctae Dei ecclesiae Ansfrido, venerando comiti Palatii, Thiotrochus, gratia Dei humilis abbas.

Honorabilis tua fuit petitio et fratrum nostrorum decrevit benevolentia, ut res proprietatis tuae in Geizefurt, pro elemosina tua et dominorum regum Lotharii et Lodowici, a te sancto Nazario traditas, simulque res nostras ad Gannita pertinentes, rem quoque proprietatis tuae in villa Sodoia similiter traditam cum rebus sancti Nazarii in villa Baldanis, quae in utroque testamento tuo plenius continentur inscripta, tibi et filio tuo Hiltiwardo ad dies vitae vestrae beneficiaremus, quod, quia rationabile fuit, perfecimus et hanc prestariam vobis conscribi iussimus, ut, quamdiu vixeritis, utrasque res absque omni inquietudine teneatis et excolatis et nihil exinde minuere aut deteriorare, sed potius augmentare et meliorare in omnibus studeatis, et singulis annis ob recordationem, in festo sancti Martini, de primo beneficio XL coria bovina, de secundo tres solidos solvere non neglegatis, post obitum vero vestrum utraeque res melioratae et auctae ad sanctum Nazarium revertantur.

Data prestaria die et tempore, quo supra.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 68.

---

No. 52.

Helmger en zijne dochter Witswind geven goederen te Gend, Huissen en tusschen Dioli en Maandra in de Betuwe, aan het klooster te Lauresham.

In het jaar 864.

Anno eiusdem regis xxv, sub eodem abbate, Helmger et Witswind filia eius tradiderunt in eodem pago in Gannita hubam I, et in Husnin hubam I, et inter Dioli et Maandra hubas duas et mancipia. xx Actum Gannitae.

Codex Laureshamensis diplomaticus I, p. 166.

Deze aanteekening volgt in het register der goederen van het klooster onmiddelijk op die van het jaar 854, zoodat de koning Lodewijk, en de gouw de Betuwe zal zijn.

---

## No. 53.

De Noormannen zijn in de IJselgouw.

In het jaar 866.

Nortmanni mense Iulio mare intrant et pars quaedam ex ipsis aliquamdiu in pago Italiae resedit et libitibus suis, excepta publica Lotharii coniunctione, perfruitur.

Hincmari Remensis Annales, bij Pertz,  
Monum. Script., 1, p. 471.

Het Chronicon Normannorum bij Pertz, a. w., 1, p. 534, zegt op het jaar 869: anno eodem, mense Iulio, Northmanni mare intrant et pars quaedam ex ipsis ad Italiam rediit.

Er is wel geen twijfel aan of voor „Italia” moet gelezen worden „Isala”.

## No. 54.

Verdeeling van het rijk van Lothar tusschen Karel den Kalen, koning van Frankrijk, en Lodewijk, koning van Duitschland, waarbij deze verkrijgt Kessel, de abdij Susteren, St. Odilienberg, het graafschap Teisterbant, de Betuwe, Hattuariën, een gedeelte van de Maasgouw en twee deelen van Friesland, en Karel het overige van de Maasgouw en van Friesland.

9 Augustus 870.

Anno incarnationis Dominicae DCCCLXX, regni Karoli XXXIII, indictione III, VI idus Augusti, inter gloriosos reges Karolum et Hludovicum, fuit haec divisio regni facta, in Procaspide super flumen Mosum.

Et haec portio quam sibi Hludovicus accepit.

Coloniam, Treveris, Utrech, Strastburch, Basulam; abbatiam Suestre, Berch, Niu-Monasterium, Castellum, Indam, s. Maximini, Ephterniacum, Horream. s. Gangulfi, Faverniacum, Polemniacum, Luxoium, Luteram, Balmam, Offonis villam, Meieni monasterium, s. Deodati, Bodonis monasterium, Stivarium, Romerici montem, Morbach, s. Gregorii, Mauri monasterium, Eboresheim, Hoinowa, Masonis monasterium, Hoinborch s. Stephani, Strastburch, Erenstein s. Ursi in Salodoro, Grandivallem, Altam Petram, Lustenam, Vallem Clusae, Castellum Carnonis, Heribodesheim, abbatiam de Aquis, Hoenchirche, Augstchirche; comitatus Testrabant, Batua, Hattuaras, Masau subterior de ista parte, item Masau superior quod de illa parte est, Liugas quod de ista parte est, districtum Aquense, districtum Trectis, in Ripuarias comitatus v, Megenensium, Bedagowa, Nitachowa, Sarachowa subterior, Blesitchowa, Selme, Albechowa, Suentisium,

Calmontis, Sarachowa superior, Odornense quod Bernhardus habuit, Solocense, Basiniacum, Elischowe, Warasch, Scudingum, Emaus, Basalchowa, in Elisatio comitatus duos, de Frisia duas partes de regno quod Hlotarius habuit. Super istam divisionem propter pacis et caritatis custodiam, superaddimus istam adiectionem: civitatem Mettis etc.

Et haec est portio quam Carolus de eodem regno sibi accepit. Lugdunum etc.

Masau superior de ista parte Mosae, Masau superior de ista parte. Liugas etc. Uxeritium, de Frisia tertiam partem.

Pertz, Monum. Leges, I, p. 516.

Vgl. Hincmari Remensis Annales, op het jaar 870, bij Pertz, Monum. Script., I, p. 488.

De verdeeling werd 1 November 878 bevestigd door Lodewijk den Stamelaar en Lodewijk den Sakser, toen zij zich tot onderlinge hulp tegen de Noormannen verbonden. Zie de aangehaalde Annalen van Hincmar op het jaar 878, bij Pertz, Monum., I, p. 509.

---

#### No. 55.

Paus Johannes VIII bevestigt het klooster van s. Vedast bij Arras in zijne bezittingen te Ressen, Wolferen en de beide Rotheim in de Betuwe en 36 mansi, met de bijbehorende bosschen aan de overzijde van den Rijn.

In het jaar 875.

Ioannes episcopus, servus servorum Dei, fratribus monasterii b. Vedasti, quod vocatur Nobiliaeus vel Arrebas, ubi ipse s. Vedastus, confessor Christi, corpore quiescit in perpetuum.

Si utilitatibus servorum Dei pie consulimus locaque Christo dicata apostolicis fulcimus sanctionibus, quo divini cultus servitores inibi Deo vacantes a turbinibus, a variis tempestatibus secularium munitur excursibus, nihil hoc holocausto gratius redemptori nostro credimus offerendum. Qua de re luce clarius patet omnibus ecclesiae filiis, quia carissimus filius noster Carolus rex, adiens limina beatissimorum apostolorum Petri et Pauli honorifice a nobis exceptus, postquam solemniter vota regia persolvisset ad sepulcrum b. Petri, die nativitatis Domini in ecclesia ipsius b. Petri, apostolorum principis, dignitatem imperialem per impositionem manuum nostrarum adeptus est, dehinc non minus sincere quam devote a nobis expetiit, ut b. Petri, apostolorum principis, simulque apostolatus nostri auctoritate decerneremus, privilegium Romanae atque apostolicae sedis astipulatione



roboratum, fratribus iam dicti monasterii confessoris Christi Vedasti, per quod stabili iure ac sine perturbatione possiderent claustrum ac praedictum monasterium et omne quod eis per suum praeceptum concesserat ac Gallicanorum episcoporum decreto muniri fecerat. Huius rei gratia, quia eundem augustum divino contractum amore id fecisse perspeximus, gratanter eius petitionibus assensum praeuimus, decernentes apostolica auctoritate ea, quae hic inserta habentur incon-  
 vulsa manere. Ad matriculam scilicet ecclesiae Maisbod-villam, etc.

Ad cameram vero villas sitas in pago Batua, quem circumfluit Rhenus bicornis fluuius his nominibus: Rehxnam, Ulfrum, una cum altera ibidem posita, Rotheim super fluuium Versiam sitam. Item in capella Rotheim mansus vi. Praeterea etiam ultra Rhenum praelibatum fluuium mansos numero xxxvi pariter cum silvis appendentibus. Deinde etc.

Data per manus Anastasii primicerinii anno primo imperii Caroli serenissimi augusti, et post consulatum eius anno 1, indictione viii.

Martène et Durand, Amplissima Collectio,  
 1, p. 498.

Volgens Jaffé, Regesta pontificum Romanorum, No. 2257, p. 262, is deze bul gegeven in het jaar 875 en niet in het volgende, zoo als Binterim en Mooren meenen. Hij voegt er bij: clausula bullae vitiosa est.

---

### No. 56.

Verdeeling van het rijk van koning Lodewijk II onder zijne drie zonen, Karoloman, Lodewijk den Jonge en Karel den Dikke.

In November 876.

Post haec, convenerunt tres supradicti fratres in loco qui dicitur Sualifelt, et ibi diviserunt paternum regnum. Carolomanus sortitus est Baioariam, Pannoniam et Carnutum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non et regna Scavorum, Behemensium et Marahensium; Hludovicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam et partem regni Lotharii; porro Carolo Alamannia in partem cessit et aliquae civitates ex regno Hlotharii.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum.  
 Script., 1, p. 589.

---

### No. 57.

De Noormannen vestigen zich te Nijmegen; koning Lodewijk tracht vergeefs hen te verdrijven.

In het jaar 880.

Nordmanni in Gallia praedas et incendia exercent, et inter plurima loca et monasteria quae depopulati sunt, etiam Biorzuna, ubi pars maxima Frisionum habitabat, incendio concremarunt; et inde revertentes, Noviomagum vallo firmissimo et muris circundantes, hiemandi sibi locum in palatio regis paraverunt. Quibus rex Hludowicus cum manu valida occurrit et propter hiemis asperitatem et loci firmitatem rebus parum prospere gestis reversus est.

Annales Fuldenses, bij Pertz, Monum. Script. 1, p. 394.

Waarschijnlijk heeft hier en in volgende nummers, die op de Noormannen betrekking hebben, eene vergissing in de jaartallen plaats.

Biorzuna is Birten tusschen Xanten en Rheineberg.

---

No. 58.

Eberhard, zoon van Meginhard, door de Noormannen te Nijmegen gevangen genomen, wordt door zijne moeder Evesa los gekocht.

In het jaar 881.

Per idem tempus Nordmannorum classis Wal fluvium ingressa, Niumaga palatio regio applicuit, ibique castra posuit. Quod factum cum ad notitiam Hludowici perlatum esset, absque dilatione cum exercitu venit et munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo praevaluit, quia palatium ingentis magnitudinis mirique operis hostibus tutissimum praebebat receptaculum. In qua congressione captus est ab adversariis Eberhardus Saxo, filius Meginhardi comitis et captivus ductus; quem postea mater Evesa magno pretio dato incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nordmanni continuo regno eius decederent, cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium una cum munitione exurentes flammis, navibus ascensis, hostia Rheni repetunt.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum. Script., 3  
1, p. 592.

Het verbranden van het palatium te Nijmegen wordt ook, doch op het jaar 882, vermeld in Chronicon s. Bavonis, in Corpus chronicorum Flandriae, 1, p. 497.

Van Spaen, Inleiding, 1, bl. 69, noemt niet Meginhard, maar graaf Wichman als vader van Everhard, hoezeer hij bl. 38 den waren naam geeft. Tadama, Geschiedenis der stad Zutphen, Geslachttafel over bl. 56, volgt deze dwaling.

Hoe de Noormannen te Nijmegen kwamen blijkt uit Sermo de tumulatione ss. martyrum Q uintini et Victorici et s. Cassiani confessoris, bij Bouquet, Recueil, ix,

p. 109: Interim pagani, Curtraium invadentes et Franciam sine rege et principibus vacuum reperientes, usque Peronam Scotorum venerunt eamque igni succenderunt. Quod audiens juvenis rex Ludovicus, animi dolore permotus, fratrem in Burgundia reliquit et in Franciam remeavit. At pagani, successibus sibi prosperis acriores effecti, nullum sibi resistere posse confisi, cum exercitu impio et terribili de Curtraio sunt egressi et per quinquaginta seu amplius millia diffusi usque ad interencionem universa sunt depopulati. Quod cum praefatus rex pro certo comperisset, vallatus Francorum multitudine, suffultus Dei solamine, super eos venit insperate, tantum denique eorum multitudinem dicitur peremisse in villa Seulcort, quantum in Francia alias nunquam credimus cecidisse. Qua de causa et illi qui evaserunt et reliqui, qui Curtraio remanserunt, terrore nimio percussi fugerunt et Batuam petentes cuncta circa Mosam loca atrociter vastaverunt.

Lodewijk de Stamelaar, koning van Frankrijk, overleed in het jaar 879 en werd opgevolgd door zijn zoon Lodewijk III, gestorven in het jaar 882. Het verdrijven der Noormannen uit Frankrijk komt dus met hunne vestiging in de Betuwe en langs de Maas overeen.

---

#### No. 59.

De Noormannen en de Denen richtten groote verwoestingen aan, vallen in de Betuwe en verbranden den burcht te Nijmegen. Keizer Karel de Dikke belegert hen in hunne verschansing te Hasloe of Askloha, tusschen Luik en Maastricht, maakt vrede met hen en geeft hunnen koning Godefried het rijk der Friezen, dat Borik bezeten had, en Gisla, dochter van koning Lothar, tot vrouw.

#### In het jaar 882.

Nortmanni, adiunctis sibi Danis, Franciam et Lotharingiam pervagantes, Ambianis, Atrebatis, Corbeiam, Cameracum, Tarvennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatensium omnemque circa Scaldum fluvium terram, monasteria sanctorum Walarici et Richardi ferro et igni devastant. Inde Wal fluvium ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi incendunt.

Sigeberti Gemblacensis Chronica, bij Pertz,  
Monum. Script., VI, p. 343.

Carolus autem, nomine imperator, contra Nortmannos venit cum multo exercitu usque ad illorum firmitatem; quo veniens concidit cor eius et placitamento Gotafridum cum suis, ut baptisma susciperet, et Frisiam aliosque honores quos Roricus habuerat reciperet, interventione quorundam obtinuit.

Hincmari Remensis Annales, bij Pertz,  
a. w., I, p. 514.

Contra quos Karolus imperator exercitum infinitum congregat eosque

in Haslac obsedit. Godefridus vero rex ad eum exiit, cui imperator regnum Frisonum, quod olim Roricus Danus tenuerat, dedit coniugemque ei dedit Gislam, filiam Hlotharii regis.

Annales Vedastini, bij Pertz, a. w., I, p. 520.

De Annales Fuldenses, bij Pertz, a. w., I, pag. 396, noemen de verschansing Ascloha, en zeggen dat Godfried verkreeg: comitatus et beneficia, quae Rorich Nordmannus in Kinnim — Kennemerland — tenuerat.

---

No. 60.

De Noormannen bezetten en bevestigen Doesburg.

In het jaar 884.

Eodem anno Nordmanni, qui in Chinheim ex Denemarca venerant, adsentiente Godefrido, Rhenum navigio ascendunt et Diusburch occupato, munitionem in eodem loco more solito construunt et in eo tota hieme resident. Contra quos Heinricus dux castra posuit et nullatenus praedas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, maritimis locis se recipiunt.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum. Script., I, p. 594.

Op het jaar 882 vermelden de Annales Fuldenses, bij Pertz, a. w. en d. p. 397: Nortmanni portum Frisiaca lingua Taventri nominatum, ubi sanctus Liobomus requiescit, plurimis interfectis succenderunt. Daar nu in het bovengenoemde jaar de Noormannen uit Chinheim, het tegenwoordige Noord-Holland, kwamen, kan ik gereedelijk met Huygens, Beschrijving van Doesburg, 2<sup>e</sup> uitg., bl. 15, en Dederich, Beiträge zur ältesten Geschichte des clevischen Landes, S. 49, aannemen, dat Diusburch is Doesburg aan den IJsel en niet Duisburg aan den Rijn.

---

No. 61.

Friesen, Destarbenzon genaamd, komen de Saksers te hulp tegen de Noormannen, die verslagen worden.

In het jaar 885.

Nordmanni - - - in Saxoniam praedatum ire pergebant; quibus cum pauci Saxones occurissent et tantae multitudini rebellare timuissent, terga verterunt. At illi longo spatio a suis navibus remoti, fugientes persecuti sunt, quasi eos essent comprehensuri. Interea Frisiones qui vocantur Destarbenzon, quasi a Domino destinati, parvissimis, ut eis est consuetudo, naviculis vecti supervenerunt et eos a tergo

impugnare coeperunt. Quod cum vidissent Saxones qui prius fugerant, reversi sunt, et graviter eis repugnando insistebant, integratum est proelium ex utraque parte contra Nordmannos. Tanta denique in eos Christiani caede bachati sunt, ut pauci de tanta multitudine relinquerentur. Quibus gestis, idem Frisiones eorum naves invaserunt tantumque thesaurum in auro et argento variaque suppellectile repererunt, ut omnes a minimo usque ad maximum divites efficerentur.

Annales Fuldenses, bij Pertz, Monum. Script., I, pag. 402.

Van Spaen, Inleiding, III, bl. 96, is niet overtuigd, dat hier van Teisterbanders sprake is. De mogelijkheid bestaat echter, dat zij den Rijn op en de Lippe of de Roer ingevaren, en van die zijde de Noormannen in den rug gevallen zijn.

---

No. 62.

Godfried, koning der Noormannen, wordt te Spijk vermoord.

In het jaar 885.

Anno Dominicæ incarnationis 885, Hugo rebellare disponens contra imperatorem, legatus ad Godefridum in Fresia occulte dirigit, eo quod illi esset adfinitate coniunctus propter sororem quam in coniugium acceperat, hortaturque, ut in patriam mitteret et auxiliatorum validam manum undique contraheret, et cum omnibus viribus sibi opem ferret, quatenus regnum paternum evindicare armis potuisset; et si id eius industria virtutisque suffragio prosperitatis effectum obtineret, medietatem ipsius regni pro munere pollicetur. His suasionum promissionibus Godefridus veluti veneno infectus, occasionis fomitem inquiri, qualiter ac si iusta ratione a fidelitate imperatoris se subducere praevaleret, statimque Gerolfum et Gardolfum, comites Fresonum, legatos ad caesarem [Lotharium] dirigit, mandatque, si vellet, ut in ea, quam pollicitus fuerat, fidelitate perseveraret, finesque regni sibi commissos ab incursione propriae gentis defensaret, Confluentes, Andrenacum et Sincicha et nonnullos alios fiscos obsequiis imperialibus deditos sibi que largiretur propter vini affluentiam, quae in his locis exuberabat, eo quod terra quam ex munificentia principis possedendam perceperat, minime vini ferax esset. Agebat autem hoc ea animi intentione, ut si petita sibi largirentur, suos in visceribus regni immiscere posset et varios eventus speculari; si autem et denegarentur, nihilominus offensus in sibi prohibitis, quasi iustitia dictante, rationabilius desaevisse posset rebellionis causas suscipere. Quorum

callida machinamenta et factionum conspirationes cum persensisset imperator, cum Heinrico, viro prudentissimo, altiori consilio pertractat, quo ingenio hostem quem in regni extremitatibus introduxerat, extinguere posset, et sciens esse loca inaccessibilia exercitui propter diversarum aquarum innumeros decursus et impenetrabiles paludes, magis in arte quam virtute experiri statuit. Legatos igitur responso suspensos absolvit et ad Godefridum redire permisit, asserens per suos missos de omnibus legationum suarum causis ea responsa redditurum, quae sibi et eidem Godefrido essent decentia, tantum ut in coepta fidelitate perseveraret. Post haec Heinricum ad eundem virum mittit; et ut fraus quae struebatur occultaretur, cum eo Willibertum, venerabilem episcopum Coloniae Agrippinae. Qui [Heinricus] suis satellitibus secreto imperat, ut per Saxoniam properantes, non agmine facto, sed sparsim sibi occurrerent, loco et die quo eis condixit. Ipse cum perpaucis Coloniam venit, et assumpto secum praefato episcopo mox in Batuam proficiscitur. Godefridus audito eorum adventu, illis obviam procedit ad locum qui dicitur Herispich, in quo Rheni fluentia et Wal uno se alveo resolvunt, et ab invicem longius recedentes Batuam provinciam suo gurgite cingunt. Hanc insulam ingredienti episcopus et comes, multa a Godefrido audiunt, multa ex parte imperatoris respondent, dies ad occasum vergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospitia repetunt in crastinum reversuri. Heinricus episcopum hortatur, ut die subsequenti Gislam, uxorem Godefridi, extra insulam evocaret eamque ad pacis studium provocare satageret, interim ipse cum Godefrido causam Everhardi comitis agitaret, cuius rerum possessio ab eo violenter diripiebatur. Deinde persuadet eidem Everhardo, ut de iniustitia quam patiebatur, in medio adsurgens se proclamaret, et cum a ferocis et barbarae gentis homine durius et contumeliosius verbum sibi esset prolatum, absque mora evaginato gladio eum summo annisu in capite percuteret . . . antequam a terra elevari posset. Quid plura? Ab Everhardo primo percussus et a satellitibus Heinrici confossus Godefridus moritur omnesque Nordmanni, qui in Batua reperti sunt, trucidantur.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum. Script., I, p. 595.

Hugo was een zoon van koning Lothar en zijne bijzit Waldrada, en broeder van Gisla, de vrouw van Godfried. Regino verhaalt, p. 593, zijne pogingen om zich meester te maken van het rijk, dat zijn vader bezeten had. Graaf Gerulf zal wel dezelfde zijn, die 4 Augustus 889, en de vader van Waltger, die 9 Juli 914 voorkomt. Graaf Everhard kan dezelfde zijn, die vroeger door de Noormannen gevangen genomen, door zijne moeder werd losgekocht. Zie de n<sup>os</sup>. 58 en 59. Onder Herispich kan wel

niet anders verstaan worden dan die streek, aan den thans onverdeelden Rijn, waarvan een gedeelte nog den naam draagt van Spijkschen polder, die beschermd wordt door de Spijkersche dijken. Zie mijne Bijdragen tot de kennis van Gelderland, bl. 268. Van Spaen, Inleiding, 1, bl. 21, verstaat onder Herispich de tegenwoordige stad Kleef, en Dederich, Geschichte der Römer und der Deutschen am Niederrhein, S. 215, het dorp Rinderen.

---

N<sup>o</sup>. 63.

Koning Arnulf geeft aan graaf Gerulf in diens graafschap tusschen den Rijn en Suithardeshage goederen in Tiel en Asch.

4 Augustus 889.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Arnolfus, divina favente gratia rex.

Notum esse volumus omnibus sancte Dei ecclesie fidelibusque nostris, presentibus scilicet et futuris, qualiter quidam fidelis venerabilis comes noster nomine Gerolfus mansuetudinem nostram deprecatus est, ut ei quasdam res iuris nostri in proprium concederemus, cuius petitioni libenter annuentes, ita fieri decrevimus. Dedimus namque ei inter Renum et Suithardeshagha in comitatu ipsius in locis Nordha et Osprehtashem nominatis silvam unam et terram arabilem unam, in loco qui dicitur Bodokenlo hobam unam, in Alburch quoque hobas duas et in Hornum hobam unam, et in loco Huvi vocato mansam unam, et in loco Theole mansam unam et in Aske mansam unam et quidquid ad easdem hobas et mansas iure legitimeque pertinere videtur, cum curtilibus et edificiis, mancipiis et campis, agris, pascuis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, accessibus et regressibus, quaesitis et inquisitis, cultis et incultis et cum universis appendentiis et adiacentiis, finibus ad prefatas hobas iuste adspicientibus. Et iussimus ei inde hoc nostre auctoritatis fieri preceptum, per quod volumus firmiterque iubemus, ut antetitulus fidelis noster de hiis omnibus ab hodierna die et deinceps omni tempore liberam securamque habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi vel quidquid exinde voluerit faciendi, absque ullius impedimento. Et ut hec concessionis nostre auctoritas firmitus habeatur et per futura tempora verius credatur et diligentius observetur manu nostra subter eam firmavimus anuloque nostro sigillari iussimus.

Signum domni Arnulfi invictissimi regis.

Aspertus cancellarius ad vicem Deotmari archicapellani recognovi et cripsi.

Data pridie nonas Augusti, incarnationis Domini anno octingentesimo octogesimo nono, indictione septima, anno secundo regni Arnulfi, piissimi regis.

Actum Franconofurth in Dei nomine, feliciter. Amen.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,

No. 21, bl. 17.

Van den Bergh, Geographie, bl. 202 en Over den oorsprong en de beteekenis der plaatsnamen in Gelderland, in Nijhoff's Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde, v, bl. 241, houdt Theole voor Tiel en Aske voor het dorp Asch. Moet echter de gift zoo opgevat worden, dat alle plaatsen lagen tusschen den Rijn en Sutharderhagen, — mogelijk de Hillegommerbeek — dan zijn tegen die opvatting bezwaren intebrengen, die ook daarin gelegen zijn, dat het Cartularium van Egmond de plaatsen noemt Tiele en Alke. Op het gezag van Van den Bergh neem ik, even als Bondam, Charterb. N<sup>o</sup>. 40, bl. 42, die echter ook twijfelde, deze oorkonde op, met bijvoeging evenwel der opmerking dat Hirsch, Heinrich II, I, S. 344, noot 1, onder Theole verstaat Tol, westelijk van het Haarlemmermeer.

---

No. 64.

Koning Arnulf geeft aan den kunstenaar Siginand het klooster te Susteren, met bevoegdheid het aan een ander klooster over te dragen.

24 Februari 891.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Arnolfus, divina preordinante clementia rex.

Oportet igitur etc.

Signum domini Arnulfi largissimi regis.

Engilpero notarius ad vicem Teotmari archicapellani recognovi.

Data VII kal. Marcii anno domini incarnationis DCCCXCI ind. VIII, anno vero regni domni Arnulfi regis III.

Actum Regenesburg in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, I, N<sup>o</sup>. 180, S. 137.

No. 65.

Itda, Meginger en zijne vrouw Irinfrid, Brunhold, Walto en Landward geven aan de abdije van Laresham goederen in de Betuwe, in de Watlanero-, Waganleisero- en Duffelmarken, te Leut, Kekerdom, Spaldorp, Bimmen, Niel en Babinheim; te Gend; in de Noordgouw te Hattem en Vaassen; in Hameland te Angeren; te Waganlose; te Doornburg; te Lefna en te Velp.



## In het jaar 891 of 892.

Anno Arnulfi regis v, sub Gerhardo abbate, tradidit Itda in pago Batawa, in Watlarero marca et in Waganleisero marca hubas III; et in Duvelero marca in Lotde hubas III et silvam dimidiam; et in Cachritheim et Spelthorf hubas III; et in Binbinna hubam indomnicatam unam; et in Niol seminare modios xxx; et in Babinheim mansum I, et quicquid in illis locis proprietatis habuit et mancipia xxxiii. Actum in villa Gannita.

Meginger et uxor eius Irinfrid dederunt ecclesiam in Gannita, constructam in honore sancti Martini, et de terra indomnicata ad c modios sementis; et in pago Nortgouwe, in Hatheim hubas duas Brunhold dedit in eadem villa Hatteim hubam unam et in villa Fasna ecclesiam et hubam I. Walto dedit in pago Hamalando, in villa Angrina, hubas II, ecclesiam unam, et in villa Waganlose mansum dimidium; et in villa Doronbure mansum dimidium; et in villa Lefna mansum dimidium; et in villa Pheleppe tertiam partem de huba et mancipia xi.

Landwardus comparavit a quadam foemina nomine Abathild in villa Ganneta tertiam partem de manso, ubi ipsa ecclesia aedificata est, et xv iurnales et quicquid ipsa habuit in eadem marca, et dedit sancto Nazario.

Codex Laureshamensis diplomaticus, I, p. 166.

In de opgave der gouwen heerscht verwarring. Arnulf werd vóór 11 December 887 tot koning verheven.

## No. 66.

Uittreksel uit het Register der goederen van de abdij te Prumen en wel die gelegen zijn te Arnhem, Wilp, Velp, Monnikhuizen bij Arnhem, Dreumel, Vendil, Wamel, Zandwijk, Rossum, Asperen, Wadenoien, Huyve, Wediche, Sennewijnen, Teisterbant en Voorst.

## In het jaar 893.

## De Arneheym.

xcviii. Est in Arneym ecclesia I, que solvit libram I, mansa ledilia VII. Solvit unusquisque ad festivitatem s. Martini denarios xx, de siclo modios II, ligna carradas III, ad Pascha pullum I, ova v, ad Rogationes porcos II, valente denarios v, ad Pentecosten denarios VI, in mense Maio XIII dies, in autumnno similiter. Sunt etiam mansa

dimidia vi, qui medietatem unusquisque solvit, nisi ad Pentecosten denarios vi non solvit; et in Willipe sunt mansus iii unde nullum censum exit, nisi quarta pars annonae et in Velide et Munihsusen sunt mansa v absa.

#### De Tremele.

c. In Tremele sunt mansa iii, cum appendiciis suis. Inde Adalem maior habet mansum dimidium sine censu, ceteri tres solvit unusquisque ad festivitatem s. Martini denarios xx, ad natalem Domini denarios xx, ad festivitatem s. Iohannis denarios vii. Ex manso dimidio exit denarii xxiii. Vendil solvit ad missam s. Martini denarios x, ad natalem Domini denarios viii, in estate denarios x.

Tremele et sequens curia, que appellatur Vamele, site sunt iuxta Numagen, palatium regium, super fluvium, qui der Vayl appellatur et hec curie satis vicine sunt oppido, quod Tyle nuncupatur. He ville omnes satis sunt sibi vicine, ut dictum est in alio folio. Omnes enim inveniuntur iuxta Tyle, quod situm est super fluvium, qui der Vayl appellatur.

#### De Vamele.

ci. In Vamele sunt ii mansus. In Sandewihe ii. In Ratheheim ii. In Asperen mansus et dimidius. In Wadenoy mansus i. In Huyve mansus. In Wediche mansus. In Sinewenne mansus.

#### De Testrebant.

cii. In Testrebant, iuxta Linguini, sunt mansa iii. Solvit unusquisque ad festivitatem s. Martini denarios x, ad natalem Domini denarios xii, in estate denarios xv. Sunt ibi alia mansa iii et dimidius. Solvit unusquisque ad festum s. Martini denarios xx, ad natalem Domini denarios xii, in estate denarios xii. Ex his mansis solvit dimidius mansus denarios xxii.

Testrebant sita est ex alia ripa fluminis eiusdem. Cito investigare poteritis omnia, si diligentiam adhibueritis.

#### De Vuorst.

ciii. De ecclesia, que est in Vuorst exeunt solidi xxx. Sunt ibi mansa xviii. Solvit unusquisque de sielo modios xvi, de ordeo modios xvi, ad vindemiam de sielo modios ii, de ordeo modios iii, ad Rogationes denarios vi. Duas xv noctes. Sunt in Deventre haistaldi iii, unusquisque eorum solvit denarios xii.

Cesarius, vroeger abt van Prumen, schreef in het jaar 1222, ten verzoeke van den toenmaligen abt, over: *Librum antiquum a. 893, mirabili tamen et quodam inaudito grammaticae stilo ob antiquitatis reverentiam permanente illesum*. Hij voegde er ophelderingen bij, geschreven met eene kleinere letter tusschen de regels, ter zijde van of onderaan de bladzijden.

Ik deel er datgene uit mede, wat Gelderland betreft. De ophelderingen van Cesarius zijn binnenlijns gedrukt.

Vroeger meende ik (Hof te Voorst, uitgegeven door de Koninklijke Akademie van Wetenschappen, bl. 20, noot 3) dat Dushurgh, in het Register vermeld, Doesburg aan den IJssel was en Embrike de tegenwoordige stad van dien naam op de grenzen van Gelderland. Ik kom daarvan terug en houd de plaats voor Duisburg aan den Rijn en Embrike voor een daarbij gelegen dorp.

Cesarius teekende bij Retersdorf aan: *Retersdorpt est supra Renum, iuxta Draczenviles, quam tenet comes Clevensis ab ecclesia. Tenet etiam apud Vuorst, iuxta Denventre, decimam eiusdem curtis, que est satis optima.*

---

N<sup>o</sup>. 67.

Zwentibold, koning van Lotharingen, geeft opnieuw aan den kunstenaar Siginand het klooster te Susteren, om het bij zijn dood na te laten aan de abdij te Prumen, die het in precario bezat.

5 Juni 895.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Zuentipoldus, Divino nutu rex.

Antecessorum nostrorum etc.

Signum Zuentipoldi invictissimi regis.

Engelbertus notarius ad vicem Ratbodi archicancellarii recognovi.

Data nonas Iunii, anno incarnationis Dominice dcccxcv, ind. xiii, anno i domni Zuentipoldi regis.

Actum apud monasterium s. Goaris confessoris, in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, I, N<sup>o</sup>. 137, S. 202.

Zwentibold bouwde het klooster de Susteren, door de Noormannen verwoest, weder op. De s. Zuentiboldo rege Susterneni, in AA. SS. Boll. 13 Aug. III, p. 138.

---

N<sup>o</sup>. 68.

Zwentibold, koning van Lotharingen, laat, ten verzoeke van Engelbold, bisschop van Utrecht, Odburg, een hoorige van de kerk te Elst; vrij.

In het jaar 896.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Zuentibolchus, divina preveniente clementia rex.

Cum fidelium nostrorum petitiones ad effectum perducere curamus, omnino animos eorum erga nostram utilitatem reddimus promptiores. Ideo noverit omnium sanctę Dei ecclesię fidelium, futurorum videlicet et presentium, nostrorum universitas, quam quidem fidelis noster, nomine Egilboldus, episcopus, aures pietatis nostrę adiit, humiliter deprecens, ut unam e familię iure ecclesię sancti Martini in Elste, Odburg videlicet, liberam ac ingenuam fecissemus. Nos quoque petitioni eius acquiescentes, datis postea in mutationem, ut lex Salica docet, duobus mancipiis prefatę ecclesię prius, et postea, secundum legem Francorum, denarium eius excutientis et sic eam servitutis vinculo liberavimus et ingenuitatis ei confirmationem tribuimus. Hos quoque eminentię nostrę apices ei fieri atque conscribi iussimus, per quos notamus atque firmissime precipimus, ut memorata Elburg ingenua sit et sub ingenuitatis nomine secura atque illesa omni tempore firmiter permaneat ita, quasi ab ingenuis parentibus creata vel nata.

Et ut nostrę confirmationis autoritas inviolabiter obtineat, firmitatem anuli nostri impressione subter signari iussimus.

Signum domni Zuentibolchi regis.

Walterus notarius, ad vicem Fretboldi archiepiscopi summique capellani, recognovi.

Actum Niumaga regali palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 17, te Utrecht.

Odilbald, bisschop van Utrecht, stierf, volgens de Beka, Chronica, p. 31, anno Domini 900, quarto idus Decembris. Dan laat hij Egilbold optreden en zegt van hem: parvo tempore gubernavit, en vervolgens: ad decem menses regens, vii kalendas Octobris feliciter obdormivit. Regino, een tijdgenoot, Chronicon, bij Pertz, Monum. Script. I, p. 609, zegt, dat Odilbald opgevolgd werd door Radbod, die in het begin van Augustus 900 zijn bestuur aanvaarde. In de chronologie is dus geene plaats voor Egilbold. Op deze gronden stelt Moll, Kerkgeschiedenis, I, bl. 265, Egilbold niet onder de bisschoppen van Utrecht en meent dat hij dezelfde is als Odilbald. Verwisseling van namen was toen niet vreemd. De oorkonde hierboven verandert in den naam van de hoorige Od in El. Ik heb nog een anderen grond. Koning Zwentibold gaf 24 Juni 896, ten verzoeke van bisschop Odilbald, aan de kerk van Utrecht vrijheid van tol te Deventer en te Tiel. Dit geschiedde, evenals de bovenstaande vrijlating, te Nijmegen; Waltger komt als notaris voor in de beide oorkonden, die een bijna woordelijk gelijkkluidend slot hebben. Ik meen dus te mogen stellen, dat beiden ongeveer van denzelfden tijd zijn, en verschil hierin van Bondam, Charterboek, No. 43, bl. 47, die, een bisschop Engilbold aannemende, de oorkonde tot het jaar 900 brengt.

Zwentebold, koning van Lotharingen, geeft aan de kerk van Utrecht in Deventer en Tiel dezelfde vrijheden van tollēn, geschot en andere lasten, als zijne voorouders gegeven hadden aan de inwoners van Wijk te Duurstede.

24 Juni 896.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Zuentibolchus, gratia divina rex.

Cum petitionibus sacerdotum iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos muniri gratia non diffidimus. Quapropter noverit industria seu utilitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, qualiter Odilbaldus Traiectensis ecclesię veteris venerabilis episcopus, quę est constructa in honore sancti Martini confessoris et aliorum Dei sanctorum, obtulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domini et parentis nostri Ludowici piissimi, augusti, in qua erat insertum, qualiter dominus et genitor suus Karolus, bonę memorię clementissimus imperator, et avus suus Pippinus rex et antecessores eorum, ad ipsam ecclesiam concessissent omnem decimam de mancipiis, de terris et de theloneis, vel de negotiis et de omni re, undecunque ad partem regiam fiscus teloneum accipere vel exigere videbatur, et ut homines eiusdem ecclesię sub mundiburdio et tutione ipsius ecclesię consisterent; nec non in ripis Dorestado, ut nec bannum, nec fredum, nec coniectum, quod ab ipsis giscot vocatum esse comperimus, contingere aut exactare presumeret. Et quisquis ex negotiatoribus in eorum ripas intrare voluisset, nullam eis contentionem ex hoc fecissent, nec mansiones in eorum domibus sine permissu eorum accipere auderent, nec eorum res dum vixerint auferre, aut post mortem eorum contingere, nec ullo modo eis in aliqua re calumpniam generare quis presumeret, qualiter presul ipsius ecclesię, liberius eidem clero et populo sibi subiecto alimoniam ministrare et luminaria in ipsa sede concinnare atque gentiles, qui ad Christianitatem convertuntur, alere et docere possit. Hęc rogavit celsitudinem nostram dictus episcopus, ut ob nostrę mercedis augmentum illi concessissemus, ut ipsam legem, quam in Dorestadio antecessores nostri, reges videlicet et augusti, antecessoribus suis, presulibus scilicet et episcopis, ad iam nominatam sanctam Traiectensem ecclesiam concesserunt, in omnibus huic sanctę Traiectensi sedi, ob amorem Dei sancti Martini, in Daventre scilicet et Tiale universisque aliis locis in ipso episcopatu consistentibus, concessissemus. Cuius petitioni libenti animo aurem accommodare placuit et per hanc nostram auctoritatem confirmare,

ut, sicut in Dorestadio, in terris sancti Martini residentibus, vel cum navibus adripantibus, aut ibi commanentibus, nec teloneum, aut coniectum seu mansionaticum, aut fredus a ministerialibus nostris exigatur, sic in Davenra villa et Thile omnibusque aliis locis in terris et possessionibus eiusdem Traiectensis ecclesie consistentibus et commanentibus. De cetero ab exactoribus nostris non expetentur, sed hæc omnia, ob mercedis nostre augmentum et æternam remunerationem, in ius et dominationem iam dictæ Traiectensis ecclesie redeant, ut sanctus Martinus, in cuius veneratione ista contulimus, pro nobis dignetur intercedere, ut veniam peccatorum nostrorum mereamur habere. Et quicumque hanc donationem infringere aut immutare per malivolentiam temptaverit, in iram omnipotentis Dei et sancti Martini se incurrere sciat.

Et ut verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subtus hoc confirmavimus et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domini Zuentibolchi gloriosissimi regis.

Waldgerus notarius, ad vicem Radbodi archicancellarii, recognovit.

Data VIII kalendas Iulii, anno incarnationis DCCCXC, indictione XIII, anni vero regni domini Zuentibolchi II.

Actum Niumaga palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 17, te Utrecht.

Het jaar 890 komt niet overeen met de 14<sup>e</sup> indictie, die viel in het jaar 896, het tweede der regeering van Zwentibold, die den 11 mei 895 koning van Lotharingen werd. De oorkonde behoort dus tot het jaar 896 gebracht te worden.

## N<sup>o</sup>. 70.

Zwentibold, koning van Lotharingen, geeft aan graaf Folcbert, uit de goederen der abdij Chevremont bij Luik, de villa Ren en ontvangt daarentegen uit de goederen van Folcbert in de gouw Betuwe, in het graafschap van Dodo, de kerk en eene curtis indominicata in de villa Herwen.

11 Juli 897.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Zuendeboldus, divina ordinante providentia rex.

Comperiat omnium sancte Dei ecclesie nostrorumque fidelium industria, quia [qualiter] nos dilecto nostro comiti Folcberto quandam villam ex nostra abbatia, Capremons dicta, Ren nuncupata, cum omni integritate in proprium donavimus. Econtra vero donavit ille nobis ex sua proprietate in pago Battawi, in comitatu Dodonis, in

villa Harawa ecclesiam et curtem indomicatam et LX mansos ac mancipia omnia ibi manentia et illuc accedentia. At nos pro mercedis nostre augmento ad ipsam abbatiam, in vicem exinde ville Ren ablate, istas memoratas res in proprium tradidimus cum universis apenditiis earum, silvis et campis, pratis et pascuis, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, exitibus et redivibus, aquis aquarumve decurribus, farinariis et piscationibus, ut deinceps perpetuis temporibus sine alicuius inquietatione vel contradictione illuc omnes iste denominate res pertineant. Iussimus autem hoc nostre auctoritatis preceptum inde conscribi, per quod volumus firmeque iubemus, ut ex utraque parte rata ac competens receptio, nemine molestiam ullam ingestente, ulterius inconvulsa perseveret.

Et ut hoc melius credatur et diligentius per futura secula ab omnibus fidelibus nostris observetur, hec scripta manu nostra subdus roborantes, anulo nostro insigniri iussimus.

Signum domini Zuenceboldi gloriosissimi regis.

Egilbertus cancellarius, ad vicem Herimanni archicapellani, recognovi.

Data v idus Iulii, anno incarnationis Dominice dcccxcvii, indictione xv, anno vero III Zuenceboldi regis.

Actum in villa Bilefurte dicta feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 79, S. 42.

Volgens aanteekening 2 van Lacomblet, heeft de ruiling geen gevolg gehad. Keizer Otto I schonk 1 Augustus 972 de abdij Chevremont aan het Mariastift te Aken, dat in het bezit van Ren — Grand-Reng — gebleven is.

#### No. 71.

Hertog Everhard, de zoon van Meginhard, wordt door Waltger, den zoon van Gerulf, gedood.

In het jaar 898.

Per idem tempus Eworhardus dux, filius Meginhardi, a Waltgario Fresone, filio Gerulfi, cum venatum pergeret, dolo trucidatur; ducatus, quem tenuerat, Meginhardo fratri ab imperatore committitur.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum. Script.  
I, p. 608.

Waltger, Walter of Walcher was de broeder van Theodorich of Dirk I, graaf van Holland. Kluit, Hist. critica, I, p. 25, noot 72, 73, en Van den Bergh, Stamtafel van de graven van Holland, achter het 1e dl. van het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, waar echter de afstamming uit Gerulf twijfelachtig wordt gesteld. Vgl. Van Spaen, Inleiding, III, bl. 254. Sommige schrijvers geven aan deze broeders tot

oom Hagano, die te Xanten woonde. Een Haganus komt met hen voor in de oorkonde van 19 Maart 916; de graven Hagano en Waltger in die van 7 November 921, en Karel de Eenvoudige gaf de kerk te Egmond aan graaf Dirk, op verzoek van graaf Haganus. Oorkondenboek van Holland en Zeeland, 1, no. 26, bl. 20.

---

No. 72.

Zwentebold, koning van Lotharingen, verbant hertog Reginar, die naar Durfos vlucht en daar door den koning vruchteloos belegerd wordt, waarop hij de hulp inroept van koning Karel den Eenvoudige, die naar Aken en Nijmegen oprukt.

In het jaar 898.

Eodem anno Zuendibold Reginarium ducem, sibi fidelissimum et unicum consiliarium, nescio cuius instinctu, a se repulit et honoribus, haereditatibus, quas in suo regno habebat, interdictis, eum extra regnum infra XIII dies secedere iubet. Ille, adiuncto sibi Odacro comite et quibusdam aliis, cum mulieribus et parvulis et omni suppellectili in quendam tutissimum locum, qui Durfos dicitur, intravit, ibique se communivit. Quod cum rex cognovisset, coadiuto exercitu, castrum expugnare conatus est, sed minime praevaluit propter paludes et multiplices refusiones, quos in praedicto loco Mosa fluvius facit. Rege ab obsidione recedente, praefati comites Carolum adeunt et eum cum exercitu in regnum introducunt. Zuendibold, quamvis sero intelligens se circumventum, cum paucis fuga delabitur. Carolus recto itinere Aquis venit, deinde Nuimagam perrexit.

Reginonis Chronicon, bij Pertz, Monum. Script. 1, p. 608.

Reginar was graaf van Henegouwen en Hasbanien. Durfos wordt door sommigen gehouden voor Dordrecht. Vgl. J. H. v. B[olhuis] in de Bijdragen van Nijhoff, 1, bl. 199. Anderen, zooals Pertz, a. p. noot 14, en Dümmler, de vertaler van Regino, S. 98, noot 2, Doveren of Doeveren in het land van Heusden, aan de Maas.

---

N. 73.

Karel de Eenvoudige bevestigt het klooster van st. Armand in zijne bezittingen, waaronder de villa Heringen, in de Molengouw.

17 Maart 899.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Karolus, gratia Dei rex.

Divinorum beneficiorum memores inter alias praecipuam religionis curam gerere, etc.



Res quoque, quas Rodo, filius Rodonis eis dedit ---- in pago Moila villa Heringa, etc.

Signum Karoli gloriosissimi regis.

Heriveus notarius, ad vicem Fulconis archiepiscopi et cancellarii, recognovit.

Data xvi cal. Aprilis, indictione ii, anno vii regnante Karolo serenissimo rege.

Actum Remis civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

Impetratum est mediante domno Hucbaldo monacho.

Binterim und Mooren, die Erzdiöcese Köln  
iii, N. 12, S. 35.

Heringen ligt tusschen Venlo en Wachtendonk.

#### N<sup>o</sup>. 74.

Opgave van eenige bezittingen der abdij Werden, waaronder in Gelder.

In het einde der ix eeuw.

Curtis Frimareshem.

Ad fundum, qui est ad Frimarishem, pertinent dominicales mansi hi. Ad curtem dominicalem suum seliland. Ad Rumulohon similiter. Ad Astarlohon suum seliland. Ad Ascmeri dominicalis mansus i. Ad Suabdem i, excepto kyriclande.

Ad curtem dominicalem in Frimareshem xxx mansi, ad Rumolon xx mansi, ad Astarloon xii mansi, ad Aseburg x mansi, in Hattorpe vii mansi, in Murse v et dimidius, in Ostarhem viii mansi, in Ascmeri viii, nonus in Bobbonberga, in Berghem viii mansi, in Tuntileshem i mansus, in Fenikinne ii mansi, in Urdingi i mansus, in Anheri ii mansi, in Gelleron i et dimidius, in Palutho i et dimidius, in Lendinghem dimidius mansus, in Halon dimidius, in Bladrikeshem i. Hi sunt mansi, qui ad Frimareshem pertinent, quos imperator Karlus Hildigrimo episcopo, Hildigromus vero sancti Liudgeri monasterio contulit.

Lacomblet, Archiv für die Geschichte des  
Niederrheins. B. ii, S. 217.

Friemersheim, aan den linker Rijnvoer, tusschen Dusseldorp en Duisburg, was reeds eene bezitting van Werden in het jaar 898. Lacomblet, Urkundenbuch, i, No. 80, S. 43.

N<sup>o</sup>. 75.

Koning Konrad I bevestigt op verzoek, onder anderen van graaf Waltger de giften, door zijne voorzaten aan de kerk van Utrecht gedaan.

9 Juli 914.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Conradus, divina auxiliante clementia rex.

Cum petitionibus sacerdotum iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, etc.

Cuius [Radbonis episcopi] petitioni, quam per Udonem consanguineum nostrum Waltgerumque comitem nobis obtulerat, etc.

Signum domini Conradi serenissimi regis.

Salomon cancellarius, ad vicem Pigrimi archicappellani, recognovi.

Data VII idus Iulii, anno incarnationis DCCCCXIII, indictione secunda, anno vero regni Conradi gloriosissimi regis tertio.

Actum apud Willinaburgh, in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber Catenatus, p. 68, te Utrecht.

N<sup>o</sup>. 76.

Koning Karel de Eenvoudige bevestigt, volgens de uitspraak van een generale placitum te Herstal gehouden en waar graaf Waltger tegenwoordig was, aan de abdij te Prumen de gift van het klooster te Susteren.

19 Maart 916.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Karolus, divina propitiante clementia rex.

Si utilitas s. Dei ecclesię etc.

Habito generali placito apud Haristallium in conventu totius regni, tam episcoporum quam comitum et procerum, ac iudicum diversarum potestatum omniumque conventu nobilium cunctorum fidelium nostrorum, quorum nomina hęc sunt: Rotgarius archiepiscopus, Herimannus archiepiscopus, Dado episcopus, Stephanus episcopus, Widricus comes palatii, Richwinus comes, Gislebertus, Matfridus, Beringarius comites, Theodericus comes, Reinherus comes, Erleboldus comes, Rudolfus comes, Otto comes, Curardus comes, Walcherus comes, Sigardus comes, Letardus comes, Fulbertus, Waltharius, Hagano, Everwinus, Equinus, Witlegius, Hadeboldus, Widricus, Gerbernus, Odilbertus, Vulmarus, Farbertus, Eurycidus, Rutboldus, Lubertus, Wichingus, Amalricus, generali iudicio decretum et determinatum est, etc.

Signum Karoli regis gloriosi. Domnus rex fieri iussit.

Ratbodus notarius hanc noticiam scripsit, vice Rütgeri archiepiscopi summiq; cancellarii, et subscripsit.

Data XIII kal. Februarii, ind. IIII, anno XXII regnante domno rege Karolo, redintegrante XVII, largiore vero hereditate indepta v.

Actum Heristallium palatium, in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, I, N<sup>o</sup>. 159, S. 222,

---

N<sup>o</sup>. 77.

Koning Hendrik I bevestigt de vrijheden der kerk van Utrecht, onder andere ook te Tiel.

Tusschen de jaren 919 en 931.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia rex.

Cum petitionibus sacerdotum iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos muniri gratia non diffidimus, etc.

Hanc itaque autoritatem, ut tam nostris quam successorum nostrorum temporibus inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subtus firmavimus et sigilli nostri impressione iussimus roborari.

Signum domini Henrici invictissimi regis.

Simon notarius.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 9<sup>o</sup>, te Utrecht.

Deze oorkonde, overeenkomende met die van 24 Juni 896, heeft geene dagteekening. Simon, die er als notaris in voorkomt, bekleedde die betrekking in de jaren 919—931. Stumpf, die Reichskanzler, II, S. 3. Koning Hendrik was den 30 Juni 930 te Elst. Stumpf a. w. N<sup>o</sup>. 27, S. 5. Mogelijk heeft toen de bevestiging plaats gehad.

---

N<sup>o</sup>. 78.

Koning Karel de Eenvoudige geeft, volgens uitspraak zijner getrouwen, onder welke graaf Waltger, aan de kerk van Trier terug de abdij van st. Servaas te Maastricht.

13 Juni 919.

Carolus, divina propitiante clementia rex Francorum.

Vir venerabilis Rutgerus, Treverensis archiepiscopus, plangendo adiit celsitudinem nostram, etc.

Haec sunt nomina eorum, qui praefatum contulerunt iudicium, videlicet episcoporum: etc. Sed comitum: Matfridus, Sigardus, Otto

Fulbertus, Christianus, Erkengerus, Isembardus, Hugerus, Ecfrius, Ermenfridus, Walterus, item Walterus; nec non et scabinorum: etc.

Rathbodus notarius, praecipiente domino rege Carolo, hanc notitiam scripsit.

Data idibus Iunii, indictione VIII, anno XXVII regnante rege Carolo, redintegrante XXII, largiore vero hereditate indepta VII.

Actum Heristal palatio.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 255.

N<sup>o</sup>. 79.

Verdrag tusschen Hendrik I, koning van Duitschland, en Karel, koning van Frankrijk, ten overstaan, onder anderen namens den laatste, van graaf Waltger.

7 November 921.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Divina propitiante clementia, anno Dominicae incarnationis DCCCXXVI, anno vero regni domini et gloriosissimi regis Francorum occidentali-um Karoli XXIX, reintegrante XXIV, largiore vero hereditate indepta X, indictione IX; anno quoque regni domni et magnificentissimi regis Francorum orientalium Heinrici tertii, etc.

Episcopi ex parte domni regis Karoli.

Herimannus etc.

Baldricus, Traiectensium episcopus.

Haec nomina comitum: Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, Waltkerus, Isaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus.

Episcopi ex parte regis inclyti Heinrici etc.

Pertz, Monum. Leg. I, p. 567.

Na het overlijden van den Duitschen koning Lodewijk, het Kind, ultimus Carolorum, in het jaar 911, huldigden de landvorsten van Lotharingen den Franschen koning Karel. Hierover ontstond een oorlog tusschen hem en Lodewijks opvolgers Konrad en Hendrik, den Vogelaar, die eindigde met het verdrag hierboven aangeduid. Doch in welk jaar? Sigebert van Gembloux spreekt van het verdrag bij het jaar 923, de Annalista Saxo bij het volgende. Zie die schrijvers bij Pertz, Monum. Script. VI, p. 300 en 542. Het verdrag zelf noemt het jaar 926, met de 9<sup>e</sup> indictie, die overeenkomt met het jaar 921, waarop de regeeringsjaren ook wijzen. Dit meen ik als het ware jaar te mogen stellen. Zie Waitz, König Heinrich der Erste, S. 52. Het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I, N<sup>o</sup>. 24, bl. 18, neemt in het opschrift twee jaartallen aan, 921 en 926.

Bij het verdrag deed koning Karel geen afstand van Lotharingen, dat eerst later en bij gedeelten onder koning Hendrik gekomen schijnt te zijn. Flodoard zegt in zijne Annales op het jaar 925, bij Pertz, Monum. Script. III, p. 376: Henrico cuncti se Lotharienses committunt.

N<sup>o</sup>. 80.

De Noormannen, die de benedenstad van Nijmegen verbrand hadden, worden door die van het kasteel aangevallen en gedeeltelijk verdreven.

In het jaar 925.

Nortmanni usque ad Noviomagum praedatum veniunt et suburba succendunt. Castellani, cum suburbanis egredientes, Nortmannos repellunt, sternunt, quos poterant, partem suburbium liberant.

Flodoardi Annales, bij Pertz, Monum. Script.  
III, p. 139.

N<sup>o</sup>. 81.

Hertog Gysalbert, rector der kerk te Maastricht, ruilt goederen met de kerk van st. Peter te Trier, ten overstaan van de graven Waltger en Theodorich.

In het jaar 928.

In nomine Dei æterni et salvatoris nostri Ihesu Christi summi pastoris.

Gysalbertus, gratia Dei dux rectorque s. Traiectensis ecclesie, cunctis huius ecclesie domnique s. Servatii fidelibus, presentibus atque futuris, cognitum esse volumus, qualiter etc.

Signum Wothiberti, qui vestituram attulit. S. Walgeri comitis, S. Thiedrici comitis, S. Christiani comitis, S. Folcoldi comitis, S. Godefridi, S. Gerolfi, S. Razoni, S. Hugoni, S. Reginoldi, S. Burigrichi, S. Giselbarti, S. Godefridi, S. Ingibrandi, S. Ansfrithi, S. Waltgeri, S. Arnoldi, S. Nithardi abbatis, S. Fridericii diaconi, S. Herulfi prepositi, S. Saravardi, S. Herimari custodis, S. Stephani presbyteri, S. Arnoldi presbyteri, S. Gerardi presbyteri, S. Sigiberti presbyteri, S. Helmerini presbyteri, S. Walteri presbyteri, S. Odrici presbyteri, S. Geroldi presbyteri, S. Regenhardi diaconi, S. Sfogili diaconi, S. Warneri diaconi.

Sigibertus, s. Servatii alumnus, scripsit et subscripsit.

Actum in Traiecto, anno Domine incarnationis DCCCCXVIII, anno vero v domni Henrici serenissimi regis super regnum quondam Lotharii, indictione i.

Beyer, Urkundenbuch, I, N<sup>o</sup>. 169, S. 233.

In het jaar 928 viel de eerste indictie, doch niet het 5<sup>de</sup>, maar wel het 10<sup>de</sup> der regeeringsjaren van koning Hendrik.

## No. 82.

Gerberg, de zuster van keizer Otto I, geeft Echt aan de kerk van st. Servaas te Maastricht.

## Tusschen de jaren 928 en 939.

Est vestra in regione villa dicta vulgo Ettha, Mosae fluvii in littore sita infra Traiectum, versus septentrionem sinum, distans ab eodem Traiecto non amplius atque VII et uno, ut dicunt, miliario. In hac siquidem villa idem vir Domini Servatius habet ecclesiam, sibi a quadam matrona dicta Gerberia antiquitus collatam. Etc.

Erat --- matrona quedam dicta Gerberia, imperatoris soror Ottonis, et hec Giselberti uxor, omnium Lotharie principum eo tempore nobilioris atque ditioris.

Iocundus, Translatio s. Servatii, cap. 78, bij Pertz, Monum. Script. XII, p. 123.

Iocundus richtte zijn werk aan sanctae Traiectensis ecclesiae fratribus.

Gerberg, dochter van koning Hendrik I en zuster van keizer Otto I, trouwde in het jaar 928 met Giselbert, hertog van Lotharingen, die in het jaar 939 overleed. Annales s. Maximini Trevirensis op het jaar, bij Pertz, Monum. Script. II, p. 213. Luidprandi Antapodosis, lib IV, cap. 28, bij Pertz, a. w. III, p. 325.

## No. 83.

Koning Otto I bevestigt de vrijheden der kerk van Utrecht ook te Tiel.

2 Januari 938.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina annuente elementia rex.

Cum petitionibus sacerdotum etc.

Poppo cancellarius, ad vicem Rodberti archicappellani, recognovi.

Data III nonas Ianuarii, anno Domini DCCCXVIII, indictione XI, anno regni Ottonis II.

Actum Tulehem, in Dei nomine feliciter.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis, p. 19, te Utrecht.

Deze oorkonde komt in de hoofdzaak bijna woordelijk overeen met die tusschen de jaren 919—931.

Balderik, bisschop van Utrecht, geeft aan den zoon van graaf Reinier en aan zijne zonen Balderik en Rodolf in precario Rura, Liethorp, Linne, Sulethheim, Flodorp, Ascalon, Malicalieol en Curnelo, en ontvangt daar tegen eene curtis in Willere met de kerk te Bochem en de halve kerk te Fischelo.

24 Juni 943.

Baldricus, gratuita pietatis Dei clementia sanctę Traiectensis ꝑcclesię humilis presul, nobilissimę probatęque Deo sacrate pacis locum factum in Domino Iesu continuum ęternęque iocunditatis ineffabile tripudium. Opere precium fore omnibus constat, devotioni fidelium Christianorum rationabiliter consulendo, aliquas res sanctę ꝑcclesię eis pro tempore regaliter commendare, uti in posterum eidem bene aucte et in melius uberrime restauratę recipi queant, absque alicuius fraudis imminutione fideliter pleniterque ꝑcclesię cuius restauratę, cum omni restauratione et augmentatione. Huius rei gratia comperiatur omnium fidelium Christi industria, tam presentium quamque futurorum, qualiter vos, accedentes ad meę auctoritatis presentiam, petistis humiliter seu devote, quatenus vobis usufructuario concederem quasdam res sancti Martini mei episcopi proprias, hoc est de abbazia vocabulo Hereberc, una cum monasterio in honore beati Petri dedicato, mansos servitiales numero LXV in fundis coniacentes, ita nuncupantibus: Rura, Liethorp, Linne, Sulethum, Flothorp, Ascalon, Malicalieol, Curnelo, simul cum mancipiis CCCLXXXIII. Ego autem precatui vestro rationabili iuxta utilitatem ꝑcclesię meę annuere dignum ducens, consensu clericorum atque laicorum sancti Martini, per manus advocati mei Folberti, per licentiam senioris mei regis, [onbeschreven] eo utique tenore, ut eisdem quiete fruamini quamdiu vixeritis, atque post discessum vestri de hac luce filius vester nomine Baldricus, in vita nichilominus sua, nec non insuper post eum Rodulfus frater suus eatenus, donec metam humani contigerit ęvi, quotannis de respectu denariis XII persolutis ad ꝑcclesiam sancti Martini, si tamen in festivitate ipsius Traiecti, quę contingit III idus Novembris. Deinde vos, in recompensatione meriti huius, tradidistis per manus advocati mei supradicti, ad prefatam abbatiam sancti Martini de alode iuris vestri curtem unam in villa vocabulo Willere sitam, ad quam respicit ꝑcclesia una cum dote, que posita est in fundo nomine Buochem, et etiam medietas alterius ꝑcclesię sitę in villa nuncupante Fischelo mansique servitiales numero XLV, una cum mancipiis c nonaginta. Preterea, ut liberius salubriusque rebus sancti Martini potuissetis frui, nec non etiam pro ablutione peccaminum genitoris nostri

[sic] Raineri comitis et insuper Nevelungi senioris vestri, xxxiiii mansis legaliter in redibitione ususfructuarii sancto Martino traditis, xii mansos, qui supersunt, divino instinctu commoniti sponte tradidistis, eo utique tenore, ut fratres [onbeschreven] monasterio beati Petri iii in iam dicto quiete quandoque potiantur, pro quibus etiam [onbeschreven] filiique vestri supranominati usu fuerunt [onbeschreven] xii necesse est singulis annis persolvant ad ipsum sancti Petri monasterium in festivitate, videlicet eiusdem quę evenit viii kal. Martii. Hoc igitur totum eo iure factum est, ut, rebus utrimque traditis vel acceptis, tam vos quam prefati liberi vestri quiete vita comite fruamini, velut paucis prelibatum est. Hęc autem precaria simul cum traditione legali acta est in presentia mei, qui hanc notitiam fieri iussi et manu propria firmavi, necnon etiam coram idoneis testibus, quorum nomina subter habentur annotata.

Actum Traiecti, viii kal. Iulii, anno viii regni Oddonis gloriosissimi regis, ab incarnatione autem Domini dccccxliiii, indictione i.

Signum Baldrici gloriosissimi presulis, signum Ragenboldi prepositi, signum Sigboldi decani.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 8, te Utrecht.

---

Nº. 85.

Koning Otto I geeft, wat Waltger en zijn zoon Rakbot van hem in beneficium in de gouw Lake en Isla bezeten hadden, aan de kerken van st. Marten en st. Marie te Utrecht.

17 Juli 944.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina clementia rex.

Nosse cunctos sanctę Dei ecclesię nostrique fideles ambimus, carissimum fratrem nostrum unacum carissimo preceptore illius domino Baldrico, sanctissimo Traiectensis ecclesię episcopo, nostram supplicasse regalitatem, quo, quia a domino vel genitore nostro, pie memorie Henrico rege, ad prefatam collatum est ecclesiam, ibidemque famulatu Salvatoris nostri et beatissimi confessoris eius Martini, in cuius etiam honore prefate presulatus urbis habetur dedicatus et suppedidatus, quasdam fisci regalis proprietates illuc donaremus, quorum obsecrationi pro eterna obtemperantes remuneratione, in eleemosina prelibati germani fratris nostri, usibus fratrum prememoratę pontificalis cathedrę, in



duobus monasteriis inibi Deo famulantium, unum in honore sancti Martini dedicatum, alterum vero sancte Dei genitricis omniumque sanctorum, totum, quod pago Lake et Isla hactenus habuimus, quod Waltgerus et postea filius eius Racbotus ex nostra parte in beneficium habuerunt, cum omnibus illic legaliter pertinentibus agris, mancipiis, pratis, pascuis, sylvis aquarumve decursibus, terris cultis et incultis, piscationibus cunctisque quesitis et inquirendis, hoc precepto iure perhenni in proprium donavimus, manu nostra signato et anuli nostri impressione roborato.

Signum domini Ottonis serenissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Fritherici archicappellani, recognovi.

Data XVI kalendas Augusti, anno Domini DCCCXLIV, anno domini Ottonis VIII.

Actum in Renin, in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 18, te Utrecht.

Köpke, Köning Otto I, s. 57, vergist zich, wanneer hij Renin — ons Renen — in België zoekt.

#### No. 86.

Koning Otto I geeft te Elten aan Megingos, leenman van zijn broeder Hendrik, terug een predium, hem bij vonnis ontnomen.

1 Augustus 944.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina propitiante clementia rex.

Noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, industria, qualiter nos, per interventum dilectissimi germani fratris nostri Heinrici, cuidam vassallo illius, Megingoz nominato, predium legali iudicio illi ablatum nobisque fiscatum, denuo eidem in proprium donavimus cum omnibus illic iure pertinentibus, mancipiis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis. Iussimus quoque hoc preceptum inde conseribi, per quod volumus firmiterque iubemus, quatenus predictus Megingoz ipsam proprietatem perpetualiter teneat atque possideat.

Et ut hoc nostrae concessionis preceptum firmiter permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus annuloque nostro iussimus insigniri.

Signum domini Ottonis invictissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Fridurici archicancellarii, recognovi.

Data kal. Augusti anni incarnationis Domini DCCCCLXIII, indictione 1, anno domini Ottonis serenissimi regis VIII.

Actum in Eltton, in Dei nomine. Amen.

Van Spaen, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 3, bl. 11, achter het 2<sup>de</sup> deel der Inleiding, naar het oorspronkelijke.

Ik neem deze oorkonde op, ten eerste, omdat er uit blijkt dat Elten, — Eltton — voordat er de abdij gesticht werd, eene plaats was, waar de Koning verblijf kon houden, ten andere om het verband dat zij met eene volgende van 18 Januari 987 en het overlijden van een Megingos in het jaar 1001 hebben kan.

Stumpf, die Reichskanzler, II, n<sup>o</sup>. 116, S. 13, stelt 18 Juli als de dagteekening, daar de Koning den vorigen dag te Renen was. Hij vermeldt, dat de oorspronkelijke oorkonde te Idstein is; ten tijde van Van Spaen was zij te Vilich.

Megingos was waarschijnlijk betrokken in den opstand en de samenzwering van Hendrik tegen zijn broeder koning Otto, die in het jaar 941 met eene volledige verzoening eindigde. Den 19<sup>den</sup> September van het jaar der oorkonde gaf de koning aan Biling, een anderen leenman van zijn broeder, ook een predium terug. Köpke, König Otto I, S. 57, die zich vergist, als hij Eltton in België zoekt.

---

No. 87.

Koning Otto I geeft aan de kerk van Utrecht den wildban in de gouw Drente, in het graafschap van Everhard.

26 November 944.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Otto, divina favente clementia rex.

Noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum, industria, qualiter nos, interventu dilecti fratris nostri Henrici, venerabilis etiam Baldrici Traiectensis eccliesię p̄sulis voluntati obtemperantes, ex hoc in antea presenti regię auctoritatis precepto interdicimus, ut nullus comitum aliorumve hominum in pago Thriente vocato, quod est in comitatu Everhardi, cervos, ursos, apros, bestias insuper, quę Teutonica elo aut seelo appellantur lingua, venari absque prelibatę pastoris eccliesię permissu presumat. Volumus quoque firmiterque regalis edicto munificentię precipientes iubemus, ut in eodem pago et universis finibus eius, adusque adiacentes cęteras regiones prefatę Traiectensi eccliesię ius servetur forestense, utpote nobis et nostris.

Ac ut hęc traditionis nostre concessio firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem veriusque per succedentium curricula temporum ab omnibus credatur, inviolabiliter servetur ac incorrupta iugiter per-

duret, manus nostrę scripto illud firmavimus et anuli nostri impressione iussimus corroborari.

Signum domni Ottonis serenissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Fritharici archicapellani, recognovi.

Data vi kalendas Decembris, anno Domini DCCCXLIII, indictione i, anno domni Ottonis invictissimi regis VIII.

Actum in loco, qui dicitur Walahusan, in Dei nomine.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 21 vo., te Utrecht.

Deze oorkonde komt in Liber donationum, p. 20, nog eens voor, met het jaartal 943, zooals zij uitgegeven is door Heda, Historia, p. 83, waar echter het recognovi van den kanselier ontbreekt. Zij wijkt echter, behalve in eenige kleinigheden, die den vorm betreffen, van de bovenstaande zeer af, wat den inhoud aangaat. Zij heeft in regel 7 van mijne uitgaaf, in plaats van Thriente, Forestensi; in regel 8, achter het woord ursos, capreas; en in regel 13 volgen op pago aut in sylva de woorden: que nuncupatur Fulnaho. Door deze veranderde lezingen vervallen de moeilijkheden, welke het stuk opleverde. Vgl. Van den Bergh, Geographie, bl. 175. Het is niet aan te nemen, dat koning Otto juist een jaar later op denzelfden dag en op dezelfde plaats de gift herhaald zoude hebben. Daarom gis ik, dat de schrijver van het Liber donationum, zich bij het boeken der oorkonde bl. 20 vergist hebbende, haar later andermaal en goed heeft opgenomen. Zij komt geheel overeen met de bevestiging van koning Hendrik, van den 24<sup>en</sup> April 1006.

De eerste indictie komt niet overeen met het jaar 944, waarin de tweede viel.

In de jaren 881 en 893 komt een Everhard voor, vermaagschapt aan Geldersche geslachten; in de aangehaalde bevestigingsoorkonde van 24 April 1006 de Geldersche graaf Balderik. Op deze gronden meen ik de oorkonde te moeten opnemen.

---

### N<sup>o</sup>. 88.

Bredevoort betaalt jaarlijks 8 onzen en Lichtevoord 4 onzen en 9 denariën zilver aan het klooster te Fulda.

In Maart 945.

Descriptio redditus terrae Fresonum sub Hadamaro abbate.

Hadamarus abbas [Fuldensis] — — percurrens omnia prefati monasterii predia, quae ab imperatoribus et regibus ceteris fidelibus a prisco tempore beato Bonifacio fuerant contradita, usque ad Fresones indagandos pervenit. Accersito itaque Gerberto, Regenberti prefecti filio, inquisitionem de omnibus sancti Bonifacii locis, in illius partibus iacentibus, fecit. Cumque per nuncios suos et per se ipsum omnes census investigaret, regressus Fuldam ducensque secum Gerbertum, convocari fecit omnem fratrum congregationem ante altare sancti Bonifacii, ibique eidem Gerberto advocacionem in haec verba dedit, ut per singulos

annos inde libras xxxv argenti purissimi probatissimorum denariorum aut pallia cana de persolvat, et hoc in arbitrio abbatis pendeat, utrum eligat denarios aut pallia. Et sic eundem Gerbertum in communionem fratrum suscipi iussit.

Facta est haec conventio anno viiii Ottonis serenissimi regis, mense Martio.

— — —  
In Breitenfurt viii uncias, Dipingheim — — Lihdanfurt iii uncias et viiii denarios.

Dronke, Traditiones et antiquitates Fuldenses, S. 67.

Ik maak geen bezwaar met Dronke Breitenfurt voor Bredevoort te houden, en meen dat Dipingheim is Diepenheim en Lihdanfurt Lichtenvoorde. Deze plaatsen kunnen gezegd worden in dezelfde streek te liggen, doch niet in Friesland. Dit kan hier evenwel geen bezwaar opleveren, want in eene andere afdeeling van het stuk, dat ten opschrift heeft: Descriptio eorum, qui de Fresia bona sua s<sup>to</sup> Bonifacio traderunt, komen plaatsen voor in de Maas- en andere gouwen.

---

N<sup>o</sup>. 89.

Koning Otto I bevestigt, volgens de uitspraak van een generale placitum te Nijmegen gehouden, aan de abdij te Prumen het klooster te Susteren.

1 Juni 948.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina auxiliante clementia rex.

Si utilitates s. Dei ecclesię etc.

Signum domni Ottonis invictissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Ruotberti archicapellani, recognovi.

Data kal. Iunii anno Domini dcccxlviij, indictione vii, regnante pio rege Ottone anno xiiii.

Actum Niumaga, in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, I. n<sup>o</sup>. 185, S. 250.

---

N<sup>o</sup>. 90.

Koning Otto I geeft aan het klooster Epternach terug de villa Rindern in de Duffel, in het graafschap van Irinfrid.

4 Augustus 948.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina opitulante clementia rex.

Noverint omnes fideles nostri, tam presentes scilicet quam et futuri, qualiter nos, per interventum dilecti ducis Herimanni, villam, quae

dicitur Rinera in pago Tubalowe, in comitatu Irinvridi comitis, ad monasterium s. Willebrordi in loco, qui dicitur Efternacha constructum, provendae clericorum inibi Deo militantium iniuste sibimet ipsis ablatam, silvis, agris, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursionibus, piscationibus, quaesitis et inquirendis cum omnibus iuste et legaliter illuc pertinentibus, pro remedio animae nostrae debitorumque nostrorum donare decrevimus.

Et ut hoc nostrae auctoritatis preceptum verius credatur firmissimumque per succedentia tempora teneatur, manu nostra subtus confirmavimus et annuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Ottonis serenissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Fredurici archicancellarii, recognovit.

Data II nonas Augusti, anno incarnationis Domini DCCCCXLVIII, anno domini Ottonis serenissimi regis XI, indictione III.

Actum in loco, qui vocatur Ticzacha.

Beyer, Urkundenbuch, t. n<sup>o</sup>. 189, S. 251,  
naar het oorspronkelijke.

Stumpf, die Reichskanzler, n. n<sup>o</sup>. 150, S. 15, stelt de dagteekening op 4 Augustus 947, in welk jaar het 11<sup>de</sup> der regeering van koning Otto valt.

### N<sup>o</sup>. 91.

Koning Otto I geeft aan het klooster te Engeren bij Herfort een goed te Agilmare in de Veluwe, in het graafschap van Linger.

15 April 950.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente clementia rex.

Noverint omnes fideles nostri, tam praesentes quam etiam futuri, qualiter nos ob amorem Dei omniumque sanctorum, rogatu dominae ac matris nostrae Mathildae, venerabilis reginae, in elemosina domini ac genitoris nostri Heinrici serenissimi regis, illius quoque, ut et nostra, monasterium, quod ipsa in honorem sanctissimae Dei genetricis Mariae sanctique Dionisii martiris, in loco Angari nuncupato, construxit, in nostram recepimus tuitionem; hoc sancientes, ut nullus episcoporum aliquam super illud monasterium exercent potestatem; venerabilem quoque praepositum, Adelgerum nomine, cum consilio episcoporum Dudonis, Hildeboldi, Drogonis ceterorumque fidelium nostrorum, congregationi, inibi Deo servienti, praeferentes, praecipimus, ut ipsa iam congregatio praefata libere Deo serviat, nulli

alii subiecta nisi suo praeposito. Insuper etiam inter se liberam eligendi praepositum ulterius potestatem concessimus. Usui namque praelibatae congregationis quasdam res nostrae proprietatis contulimus in locis subnotatis: Agilmari in pago Velue, in comitatu Lingeri [Liugeri?] comitis; Bobbontenini in pago Logni, in comitatu Albonis; Hoianusini in pago Aikesfelt, in comitatu Wychardi comitis; cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis, illic legaliter aspicientibus, curtibus, aedificiis, familiis, mancipiis, agris, pratis, silvis, molendinis, piscationibus, viis et inviis, mobilibus et immobilibus. Iussimus quoque hoc praeceptum nostrae largitionis conscribi, regiae auctoritatis nostrae praecepto firmiter iubentes, ut nullus iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate, ullam ingrediendi aliquidve exercendae potestatis iudiciariae in villis aut aliquibus locis, praefatae collatis ecclesiae, aut in futuro conferendis, habeat potestatem, nisi advocatus, quem praepositus praefati monasterii ad hoc opus elegerit, manu nostra subter firmatum anulique nostri impressione roboratum.

Signum domni Ottonis serenissimi regis.

Bruno cancellarius, ad vicem Wicfridi archicapellani, recognovi.

Data XVII kal. Maii, anno Dominicæ incarnationis DCCCL, indictione VII, anno vero domini Ottonis invictissimi regis XIII.

Actum Quintilingaborch, in Dei nomine feliciter. Amen.

Falke, Codex traditionum Corbeiensium, p. 746.

Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 49, bl. 59, noot c, kon, evenmin als Van Spaen, Inleiding, iv. bl. 142, bepalen, welke plaats Agilmar was. Asch van Wijck, Proeve over den ouden loop der Eem, bl. 21, verstaat er onder het Engelmeertje aan den voet van den Amerongschen berg. Van den Bergh, Geographie, blz. 91, is van hetzelfde gevoelen. Het is echter wat zonderling, goederen in een meertje te geven. De Veluwe wordt dan ook grooter, dan men gewoonlijk aanneemt. Er is echter eenige reden om te twifelen aan de juistheid of echtheid der oorkonde. Falke ligt namelijk onder de verdinking van stukken, die hij voorgaf uit de archieven van Corvei afkomstig te zijn, verdicht te hebben. Wigand, Traditiones Corbeienses, heeft daarenboven bewezen, dat in die van Falke vele fouten zijn. Men mag dus twifelen of de naam, zoo het stuk al echt is, wel juist is geschreven.

Stumpf, die Reichskanzler, II, n<sup>o</sup>. 186, S. 18, twijfelt evenwel aan de echtheid niet.

## N<sup>o</sup>. 92.

Koning Otto I geeft aan de kerk van Utrecht een klooster te Tiel, met de kerken en goederen daaraan door Waltger, zijn zoon Radbodo en Atto geschonken.

20 April 950.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Oddo, divina favente clementia rex.

Notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus scilicet et futuris, qualiter nos ob amorem Dei nostręque remedium animę, monasterium, in loco Tiala constructum, cum nova atque lapidea, in eodem loco, civitate, omnibusque ꝑcclesiis, prediis, familiis, mancipiis, silvis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis, omnibusque ad prefatum monasterium vel ad ꝑcclesias, a Waldgero et filio eius Radbodone, nec non et Attone, et illorum antecessoribus, ad iam dictum monasterium in proprium concessas, iure pertinentibus, ad episcopalem sedem Traiectensem, in honore sancti Martini constructam, cui nunc venerabilis Baldricus episcopus preest, insuper etiam salictum, iuxta supradictam civitatem Tiele situm, iure perenni in perpetuum donavimus. Iussimus quoque inde hoc presens preceptum conscribi, per quod volumus firmiterque iubemus, ut nullus successorum nostrorum, videlicet regum, aliquid de his, nostro dono collatis, prelibatę Traiectensis sedis ꝑcclesię auferre habeat potestatem, manu nostra subtus firmatum annulique nostri impressione roboratum.

Signum domni Oddonis serenissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Wigfridi archicapellani, recognovi.

Data XII kalendas Maii, anno Dominicę incarnationis DCCCL, indictione VII, anno vero regni Oddonis regis XV.

Actum Quidelingeburg, in Dei nomine feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 10v<sup>o</sup> te Utrecht.

Er zijn er, die in den zesden regel voor civitate, welk woord alle Hss. hebben, lezen willen ecclesia. Zie Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 50, bl. 59. Ik vind daarvoor geen grond. Civitas kan de beteekenis van urbs episcopalis hebben, welke dat woord wel eens heeft. Om het klooster kon zich ook eene van steenen gebouwde stad gevormd hebben.

### N<sup>o</sup>. 93.

Koning Otto I geeft aan de kerk van Utrecht zijne bezittingen in villa Muiden met den tol, vroeger aan Waltger in beneficium afgestaan, en land te Ek aan den Rijn, vroeger door Hatto, graaf in Lona, bezeten.

21 April 953.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina propitiante clementia rex.

Noverit omnium fidelium nostrorum, presentium nec non et futurorum, solertia, quod nos intervenientibus Brunonis nostri dilectissimi germani et Baldrici venerabilis episcopi nostri consentientes, quasdam res iuris

nostri ad ecclesiam sancti Martini, quæ est constructa in loco Treht vocato, ubi prefatus episcopus Baldricus preesse dinoscitur, in proprium concessimus, id est, quicquid in villa Amuda habere videbamus, telonium quoque ad eandem villam iuste pertinens, quod Waldgero iam olim in beneficium concessum habuimus, [ad prelibatum ecclesiam perpetualiter in proprium donavimus,] omnem vero piscationem, quam in Almere ad nostram regalitatem habuimus pertinentem, iure perenni illuc relaxavimus, insuper etiam terram, quam Hatto, comes in Lona, habuit, firmiter illuc delegamus; quin etiam quicquid in utraque parte fluminis habere dignoscebamur, quod dicitur Feht, cum omni integritate transfundimus, terris, silvis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, et stagna et lacus, quæ ex eodem flumine Feht derivantur. De cætero terram, quam Hatto in loco Eki habere videbatur et ad nostrum regale ius iudiciario more pro sui ipsius commisso fiscata erat, ad sepe dictam ecclesiam tradidimus, quæ etiam sita est super ripam fluminis Reni; prelibato quippe concedimus episcopo licentiam in prescripto loco, Teht nominato, monetam faciendi, et ut nullus comes neque alia persona quælibet iudiciaria potestatem habeat theloneum vel aliud quodlibet debitum sive quesitum ex ipsa moneta exigendi nostræ serenitatis regia autoritate omnino interdiciemus, sed quicquid inde exigendum erit ad integrum episcopo predictæ urbis et ecclesiæ eidem potestative in posterum habendi concessimus.

Et ut hæc nostræ concessionis autoritas firmiter veriusque a fidelibus nostris in Dei nomine habeatur, manu propria nostra subter eam firmavimus annuloque nostro sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis invictissimi regis.

Brun cancellarius, ad vicem Rotberti archicapellani, recognovi.

Data XI calendas Maii, anno Domini DCCCLIII, indictione VI, regnante pio rege Ottone anno xv.

Actum Quiddilenburg, in Domino feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 11<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Wat tusschen [ ] staat, is op den kant geschreven.

---

N<sup>o</sup>. 94.

Koning Otto I geeft aan het klooster te Maagdenburg een predium, toebehoorl hebbende aan zijne moei Vota, gelegen in en om Deventer in de gouw Hameland, in het graafschap van Wichman.



30 December 953.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, Dei gratia rex.

Omnibus fidelibus Dei nostrique cupimus innotescere, praesentibus scilicet et futuris, ut nos, pro remedio animae nostrae coniugisque nostrae Edgidae omniumque parentum nostrorum, necnon pro stabilitate et incolomitate regni nostri, omne predium cum cunctis ad hoc iure pertinentibus, situm in loco Davindre et infra urbem et extra, in pago, qui dicitur Hamalant, in comitatu Wigmanni, quod nobis nostra amita, mulier Deo nobisque devota, nomine Vota, tradidit, ad monasterium Madegaburg constructum in honore sancti Petri, principis apostolorum, sanctorumque Mauricii et Innocentii martirum dedicatum, donavimus, quatenus coenobitę in prefato loco Magedaburg commorantes, omni curarum molestia destituti, Deo placiti existant famulatores, nostri omnisque Christiani instantes ad Regem regum sint deprecatores.

Et ut hec nostrae auctoritatis traditio stabilis et indissolubilis per praecedentium curricula temporum [perm] aneat, iussimus presentem hanc conscriptionem conscribi anulique nostri impressione corroborari manaque propria subtus hoc firmavimus.

Signum domni Ottonis invictissimi regis.

Brun cancellarius, ad viam [sic] Friderici archicapellani, recognovi.

Data III kalendas Ianuarii, feria v, anno Dominice incarnationis DCCCLIII, indictione v.

Actum Franconofurt palatio, regnante pio rege Ottone anno xvii.

Naar het oorspronkelijke te Berlijn, met  
opgedrukt zegel.

Het afschrift dezer oorkonde is mij, door tusschenkomst van den heer Van den Bergh, archivaris des rijks, verstrekt door den heer geheim-regeeringsraad Duncker, directeur der Pruisische staatsarchieven.

Het jaartal der oorkonde moet, volgens onze tijdrekening, 953 zijn, daar toen het jaar met Kerstmis begon.

Waar de letters perm tusschen haakjes zijn ingevoegd, is in het perkament een gaatje door eene muis gebeten.

Vota of Ota was eene zuster van koning Hendrik den Vogelaar, en dus moei van vaders zijde van koning Otto. Zij was gehuwd met Zwentebold, koning van Lotharingen, en kan daardoor goederen bij Deventer verkregen hebben.

## N°. 95.

Koning Otto 1 geeft 30 casa in en 11 mansa om Deventer, in het graafschap van Wichman, en 8 in de villa Tunegurum, in het graafschap van Everhard, aan het klooster te Maagdenburg.

2 Juli 956.

In mine [sic] sanctę et individę Trinitatis.

Otto, Dei gratia rex.

Noverint fideles nostri, presentes scilicet et futuri, quod nos propter // remedium anime nostre et dilectissime coniugis et omnium, quas conservare debemus in nostra oratione vel elemosina, in proprium donavimus xxx casa in urbe, que vocatur Daventria, et undecim mansa circa urbem in comitatu Wiemanni comitis ad domum sancti Mauricii Magetheburg, ad auxilium fratrum stipendii, et viii in villa, que vocatur Tunegurum, in comitatu Everhardi comitis, cum omnibus [sic] appenditiis, mancipiis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, silvis, quesitis et inquirendis.

Et ut iam dicta auctoritatis oratio firma permaneat, iussimus hoc preceptum conscribi et anuli nostri impressione muniri.

Signum domni Ottonis invictissimi regis.

Liutulfus cancellarius, ad vicem Brunonis archicapellani, recognovit.

Data vii nonas Iulii, anno incarnationis Domini dcccclvi, indictione xiiii, regnante pio rege Ottone anno xxi.

Actum in Daventria feliciter.

Naar het oorspronkelijke te Berlijn, met opgedrukt zegel.

Ik heb dit afschrift verkregen op dezelfde wijze, als dat van de vorige oorkonde.

In de dagteekening is vii nonas stellig verkeerd voor vi nonas.

Bondam, Charterboek, bl. 62; Van Spaen, Inleiding, I, bl. 45; Forstemann, Ortsname, S. 1414, nemen aan dat Tunegurum in Hameland lag. De oorkonde geeft daartoe geene aanleiding. Tongeren in de Veluwe wordt ook wel voor deze plaats gehouden. Vgl. Van den Bergh, Geographie, bl. 181. Dederich, Alpertus von Metz, S. 153, verstaat er onder: curtis Triburi in pago Saxonico Westfala in comitatu Herimanni, voorkomende bij Falke, Traditiones Corbeienses, p. 320. Eene oorkonde van 26 November 943, bij Heda, Historia, p. 83, geeft grond tot de veronderstelling, dat hier sprake is van Tongeren, bij Raalte in Overijsel.

---

N°. 96.

Lijst der goederen van de s. Martenskerk te Utrecht, waarin voorkomen Beusichem, Rijswijk en Rumpst.

## Omstreeks het jaar 960.

Commemoratio de rebus sancti Martini Traiectensis, quae olim a fidelibus traditae sunt.

In Dorstade ecclesia, quae vocatur Ubkirica, cum omnibus appendiciis, terris, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, omnia haec cum insula, quae iacet iuxta ecclesiam sancti Martini, circumquaque inter Renum et Loccham et insulam quoque iuxta Buosichem, quae prior Riswich, haec omnia sancti Martini. De vico, etiam supranominato, decima pars sancti Martini.

In villa Riswic ecclesiae cum terris ad eandem pertinentibus et tres mansi alii.

In Rugrum sancti Martini totum. In Rumpst similiter.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
1, n<sup>o</sup>. 33, bl. 23.

N<sup>o</sup>. 97.

Theodorich, bisschop van Metz, is afkomstig uit de Saksische gouw Hameland.

## In het jaar 964.

Igitur virum vitae memorabilis et memoriae venerabilis Deodericum, ex pago Saxoniae Hamalant oriundum, comite Everhardo patre et Amalrada matre accipimus progenitum. Etc.

Matrem scimus Mathildis reginae fuisse sororem. Etc.

Hae vero erant filiae Thiodrici ducis, quarum fratres erant Windukin, Immed et Reinbern.

Sigebertus, Vita Deoderici, 1, bij Pertz,  
Monum. Script., 1v, p. 464.

Theoderich werd in het jaar 964 bisschop van Metz. Zijne moeder Amalrada stamde af uit het geslacht van Widukind, den krachtigen tegenstander van Karel den Grooten. Haar vader was Theoderich, hare moeder Reinhilde, van vaders zijde uit een Deensch, van moeders zijde uit een Friesch geslacht. Eene zuster van Amalrada, Mathilde, was de vrome vrouw van koning Hendrik 1, eene andere, Friederuna, van Wigmann, een zoon van graaf Billung, die in het jaar 936 het leger van keizer Otto verliet, omdat deze niet hem, maar zijn broeder Herman tot legerhoofd tegen de Wenden had aangesteld. Van eene vierde zuster Bia is niets bekend. Haar broeder Ruotbert was aartsbisschop van Trier, een ander, Lantbert, de vader van Ansfried, eerst graaf in Teisterbant en daarna bisschop van Utrecht, en de derde, Ansfried xv comitatum comes. Vgl. Vita Mathildis reginae, bij Pertz, Monum.


Script, iv., p. 285, Thietmari Chronicon bij Pertz a. w. III, p. 747, Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit, I, S. 247, 814, Wilmans, die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen, S. 438.

Widukind, Imed en Reinbern of Reginbern waren geene broeders, zoo als Sigebert opgeeft, van de bovengenoemde zusters, maar van haren vader Theodorich. Zie Widukind, Res gestae Saxoniae, bij Pertz a. w. III, p. 431.

Imed is waarschijnlijk de eerste man van Adela en de vader van bisschop Meinwerk geweest.

Om den band, die verschillende Geldersche geslachten vereenigde, ben ik hier wat uitvoerig geweest en deel daarom ook mede hun stamtafel, grootendeels volgens Wilmans a. w. en pl. Zie ook Hirsch, Heinrich II, I, S. 348, noot.

Men gelieve echter in het oog te houden, dat het bezwaarlijk is dergelijke stamtafels op te maken, zonder eenigermate op gissingen te steunen.



### N<sup>o</sup>. 98.

Bruno, aartsbisschop van Keulen, vermaakt aan de kerk van s. Pantaleon aldaar de villae Hengelo en Wessem, aan de Maas.

Vóór 11 October 965.

Testamentum domni et in Christo venerandi Brunonis archiepiscopi, feliciter.

Bruno, servus Christi, filiis suis Coloniae Deo militantibus.

Quae in animum induxi etc.

Cuppam auream, sigillum et scutellam Graecam, quae penes nos sunt, beato Pantaleoni etc.

Villas, quas aecclesiae nostrae adquisivi, Langalon iuxta Renum,

Wetebetti, Heingelon, Lidron, Wishem, quam Mosa alluit - - - - trado.  
Detur etc.

Ruotgerus, Vita Brunonis archiepiscopi Coloniensis,  
cap. 48, bij Pertz, Monum. Script., iv, p. 274.

Bruno overleed op den dag boven vermeld.

---

N<sup>o</sup>. 99.

Keizer Otto I bevestigt de ruiling van de curtis Gelmen in de Haspengouw, door het Mariastift te Aken gedaan, tegen goederen van graaf Immo, waaronder in de Molengouw Erkelens, Hostrich, Berg, Richolferod en Wazzalar.

17 Januari 966.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus.

Noverit omnium Dei nostrorumque fidelium industria, qualiter nos, pro remedio anime beate memorie patris nostri domini Heinrici regis, pro statu regni nostri, pro incolumitate nostra dilectequae coniugis nostre Adalheilde, imperatricis auguste, dilectique filii nostri Ottonis regis, ad capellam, quam dive memorie Karolus imperator augustus, ob culmen et fastigium sui imperii, in honorem salvatoris Domini nostri Iesu Christi eiusque genitricis sancte Marie, in palatio Aquisgrani construxerat et ad victum ceterasque utilitates fratrum inibi Deo servientium, curtem Galmina nominatam, que quondam Rudolphi erat, sed ob infidelitatem eius, quam in nostrum imperium exercuerat, in nostrum ius diiudicata, sitam in pago Haspengewe, in comitatu Werenharii, cum omnibus ad eam pertinentibus, concessimus, quam postmodum fidei nostro comiti Immoni iure concambii possidendam condonavimus; econtra vero prenominate comes Immo eidem capelle et usui fratrum, inibi Deo servientium, ex sua proprietate contulit quidquid in pagis et locis subtus nominatis aliquo iure possiderit, hoc est in pago Lühgowi, in comitatu Richarii, Furon, Curcella; in pago Mulengewe, in comitatu Eremfredi, Herclinze, Hostrich, Berge, Richolferod, Wazzalar; in pago Avulgowi, in comitatu Eberhardi, Linberge, Rameresdorf, Dullendorf, Breitenbach, Zeizendorf, cum omnibus ad ea loca pertinentibus, curtilibus, edificiis, mancipiis, agris cultis et incultis, vineis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, pratis, pascuis, silvis, exitibus et redditibus, et cum omnibus utilitatibus. Hanc eius traditionem etiam nostro corroboravimus precepto, [et] eidem prefate capelle et usui fratrum,

inibi Deo servientium, ecclesiam in villa, que dicitur Thura, cum omnibus ad eam pertinentibus perpetualiter possidendam dedimus.

Nos etiam etc.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti.

Luitolfus cancellarius, ad vicem Willehelmi archicapellani, recognovit.

Data XVI kal. Februarii, anno Dominicae incarnationis DCCCCLXVI, indictione VIII, anno regni Ottonis regis XXXI, imperii vero III.

Actum Aquisgrani palatio, in Dei nomine feliciter.

Lacomblet, Urkundenbuch 1, n<sup>o</sup>. 107, S. 63.

In eene kroniek van Erkelens, uitgegeven in de Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, insbesondere die alte Erzdiözese Köln, v<sup>es</sup> Heft, S. 44, komt voor: 789. Item fundus huius oppidi de Ercklens datus est ecclesiae Aquensi a Carolo primo Romanorum imperatore anno D. 789, wat met de bovenstaande oorkonde in strijd is.

#### N<sup>o</sup>. 100.

Keizer Otto I bevestigt de abdij te Nivelle in het bezit harer goederen in Teisterbant.

24 Januari 966.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus Romanorum ac Francorum.

Quoniam regum vel imperatorum constat etc.

Honolfus, pro anima genitricis sue Helisquindae, mansam unam in comitatu Testrebantensi super fluvio Huoltena. Etc.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti.

Liutolfus cancellarius, ad vicem Willelmi archicapellani, recognovi.

Datum nono kal. Februarias, anno Dominice incarnationis DCCCCLXVI, indictione IX, anno regni domini Ottonis XXXI, imperii vero III.

Actum Traiecto, in Domino feliciter. Amen.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
1, n<sup>o</sup>. 38, bl. 27.

#### N<sup>o</sup>. 101.

Keizer Otto I geeft de helft van het eiland Urk aan het klooster van s. Pantaleon te Keulen.

In Februari 966.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus Romanorum et Francorum.

Cum nostrae condignum censeatur serenitati honestatis quorumcunque benigniter obsequi rogatibus, sed praecipue ecclesiarum religionibus nostra munificentia roboranti, pateferi decernimus omnium industriae fidelium nostrorum, tam praesentium quam et futurorum, quia nos salubri petitione amabilis coniugis nostre Adalheidae equivocique nostri et coimperatoris augusti, reverendi etiam Wilihelmi Mogintini archipraesulis, suppliciter attacti, cuiusdam insulae medietatem in Almere, que Ureh vocatur, et ultra amnem Nakala quicquid interiacet usque Vunningam, quod Gardolfus iam quondam comes visus est tenuisse in comitatu Ekberti comitis, pro animarum nostrarum remedio et regnorum incolomi statu, ad monasterium s. Pantaleonis in suburbio Coloniae situm, usui fratrum ibidem Domino servientium, nostre imperiali potentia auctoritatis in proprium ac perpetuum usum concessimus firmiterque donavimus, cum omnibus eiusdem appenditiis, pratis, pascuis, piscationibus, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, mobilibus et immobilibus, quaesitis et inquirendis, et cum omnibus iuste legaliterque ad haec pertinentibus, eo videlicet rationis tenore, ut iamdicti fratres eisdem rebus liberrimo deinceps perfruantur arbitrio, aut habere aut commutare vel quicquid eis placuerit exinde facere. Concessimus etiam, quocumque terrarum per nostra regna homines illorum pro necessitate vel utilitate ab eis fuerint transmissi, nusquam theloneo constringantur, nec illud solvere a quodam cogantur, sed inde liberi vadant nulloque inquietante redeant.

Et ut hec nostre donationis auctoritas firmior cunctis credatur, hanc inscriptionem fieri iussimus anuloque nostro signatam manu propria subtus eam firmavimus.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti.

Liudulfus cancellarius, ad vicem Wilihelmi archicapellani, recognovi.

Anno regni domini Ottonis xxxi, imperii autem v.

Actum Novimagio, in Domino feliciter. Amen.

Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit.  
Jahrg. 1863, Mai, S. 166.

Keizer Otto gaf den 4<sup>en</sup>, 6<sup>en</sup> en 16<sup>en</sup> Februari oorkonden te Nijmegen, zoodat aan te nemen is, dat deze omstreeks dien tijd uitgevaardigd werd.

De verklaring, dat de gift geschiedt: petitione equivoci nostri et coimperatoris

augusti, maken de oorkonde eenigszins verdacht. Stumpf, die Reichskanzler, II, no. 401, S. 35.

N<sup>o</sup>. 102.

Keizer Otto I geeft aan zijn vazal Ansfried de markt en de munt te Kessel, in de Maasgouw, en den tol, die te Echt geheven werd.

7 October 966.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente clementia rex.

Noverint omnes fideles nostri presentes et futuri, qualiter nos, interventu nostri fidelis Conradi ducis, mercatum et monetam cuidam vasallo nostro, Ansfried nominato, in loco, qui dicitur Casallo, sito in pago Moselano, in comitatu Rudolphi, singulaque ea, quae ad haec necessaria sunt, in proprietatem donaverimus et telonium, quod hactenus in villa Ehti sumendum fuit, illo praefato Ansfriedo in supradicto loco, videlicet Casallo, suscipiendum tradidimus, quo ipse eiusque ventura posteritas potestatem habeat in praedicto loco Casallo, sine ullius contradictione, mercatum agendi usumque monetae possidendi teloniumque illic sumendi, quod prius in praefata Eht villa sumebatur.

Iussimus et hoc presens preceptum conscribi annulique nostri impressione corroborari.

Signum domini Ottonis serenissimi regis.

Henricus cancellarius, ad vicem Willigisi archicapellani, recognovi.

Datum anno Dominicae incarnationis DCCCLXVI, indictione septima, nonis Octobris, anno XXV regni Ottonis piissimi regis.

Actum Magdeburg, in Dei nomine feliciter. Amen.

Lünig, Reichsarchiv, Part. spec. contin. II,  
dritte Fortsetzung. (Th. 10<sup>b</sup>.) S. 921.

De oorkonde is opgenomen in eene van keizer Ferdinand I van 28 Juli 1559, waarbij de privilegiën van het stift Thorn bevestigd worden, en is verbeterd volgens Von Meiller in Notizenblatt. Beilage zum Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen. Erster Jahrgang, 1851, S. 227.

Zij is, wat den vorm aangaat, verdacht. In het jaar 966 viel de 9<sup>e</sup> indictie, en na 7 Augustus het 31<sup>e</sup> regeeringsjaar van Otto, die 2 Februari 962 keizer werd en nog koning genoemd wordt. Pagus Moselanus zal ook de Maasgouw moeten zijn.



N<sup>o</sup>. 103.

Keizer Otto I geeft aan het nonnenklooster te Eltert, door graaf Wichman aan den oever van den Rijn gesticht, wat deze in beneficium bezat in territorium Urk, in de gouw Salon, en in de graafschappen Naardingerland en Hameland.

29 Juni 968.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus.

Noverint omnes fideles nostri, presentes scilicet et futuri, qualiter nos quasdam res nostri imperatorii iuris, interventu dilectae coniugis nostrae Adeleidae et Theoderici venerabilis Metensis ecclesiae episcopi, condonavimus ad quoddam monasterium sororum Deo sacratarum, quod Wichmannus comes, in littore Reni, in comitatu Hamelant, cuius nomen loci Eltena, et a fundamento usque construxit, et religioso Deo sacratarum collegio, multis suarum opum facultatibus ditavit. Cuius meriti et nos participes fieri desiderantes, contulimus eidem ecclesiae, quicquid idem Wichmannus comes beneficii, nos vero praedii, in territorio Urck, in pago Salo, habere visi sumus, in quibuscunque rebus fuisset, mancipiis utriusque sexus, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et redivibus, quaesitis et inquirendis, ac quicquid praenominatus comes in comitatu Nerdincklant beneficii, nos vero praedii, ad eam diem habuimus; quicquid item in comitatu Hamelant rerum fuit aut prediorum aut ad fiscum pertinentium. Horum omnium usum et possessionem liberam collegio monasterii praenominati contulimus, concessimus et constituimus, ut abatissa eius monasterii liberam deinceps habeat potestatem possidendi, dispensandi et quicquid sibi collibitum fuerit, dummodo in res monasterii et sororum sit, inde faciendi.

Et ut hoc auctoritatis nostrae praeceptum firmum ac stabile permaneat, hanc chartam conscribi et annuli nostri impressione signari iussimus, quam et propria manu subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis, magni et invictissimi imperatoris augusti.

Poppo cancellarius, vice Huperti archicapellani.

Data III kal. Iulii, anno Dominicae incarnationis DCCCCLXVIII, indictione XI, anno autem regni domni Ottonis XXXIII, imperii vero VII.

Actum Pistoriae, in nomine Domini Iesu Christi. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 110, S. 65.

Van Spaen, Inleiding I, bl. 62, zegt: Deze Wichman was graaf in Hameland, of eerder aan de oevers van den Rijn (comes in littore Rheni), volgens den stich-

tingsbrief van Elten in het jaar 968. Dit komt mij voor niet juist te zijn. De woorden in littore Rheni slaan op de stichting, niet op den stichter, wiens betrekking of titel, evenals eenige regels later, door het woord comes achter zijn naam wordt aangeduid. In de oorkonden van 22 Juni 1082 en 28 December 1085 wordt de abdijs te Elten, omschreven als gelegen in pago Hamaland iuxta Rhenum.

Over de afstamming van graaf Wichman en over de vraag, of hij graaf in Hamaland, of van Gent in Vlaanderen, of wel ter beider plaatsen, is geweest, is zeer veel geschreven. Zie Van Spaen, Inleiding i, bl. 37—419; Dederich, Römer und Deutschen am Niederrhein, S. 252, 307, en zijne aantekeningen op Alpertus von Metz, S. 152 en 157; Waitz, Ueber den Grafen Wichman von Hamaland, achter Dönniges, Kaiser Otto I, S. 219; Wilmans, Kaiserurkunden I, S. 429.

In het Necrologium van Elten, uitgegeven door Kist, Nieuw Archief voor kerkelijke geschiedenis, II, staat bl. 71: xviii iduum [Martii] obiit Megenhard, pater Gerberch, Item eadem die memoria Gerberch, patris comitis Wichmanni. In de plaats van Gerberch, een vrouwennaam, zal gelezen moeten worden Gerberth, een mannennaam. Verwisseling van de letters c en t was tijdens het overschrijven van het oude Necrologium in het einde der xiv eeuw zeer mogelijk. Bl. 83: xii [Iunii] obiit Wichmannus, comes, fundator ecclesie Altinensis; bl. 88: viii kal. [Augusti] obiit Wichmannus, filius comitis Wichmanni — — — et iacet sepultus in parvo sepulchro prope sepulcrum comitis Wichmanni. Daar de dochters van Wichman over zijne giften aan het klooster twisten, is aan te nemen, dat deze zoon nog jong vóór hem is overleden en van de vroegere begraafplaats te Gent naar Elten is overgebracht. Bl. 79: x kal. [Octobris] obiit Lutgardis abba, filia Wichmanni comitis. Behalve deze had Wichman nog eene dochter, Adela, over wie later. Bl. 96: Idus [Octobris] Lutgardis uxor Wichmanni comitis — — — Et iacet sepulta in eodem sepulcro, in quo iacet abba Ermgardis, scilicet inter altare s. Iohannis et sepulcrum Wichmanni comitis. Ook dit lijkt kan van Gent, waar Lutgardis den 29 September 961 overleed, naar Elten overgebracht te zijn. Deze mededeeling uit het Necrologium is noodig, omdat Van Spaen er een gebrekkig uittreksel van had en daarop zijne bewijsvoeringen bouwde.

De zaak is nog niet helder. Toen Adela, de dochter van Wichman, ten tweede male wilde trouwen, omtrent het jaar 990, wordt zij gezegd eene vrouw van 60 jaren geweest te zijn. Vita Meinweri episcopi, bij Pertz, Monum. Script, XI, cap. 132, pag. 132. Is dit zoo, dan kan haar vader de graaf van Gent niet geweest zijn, daar deze omstreeks het jaar 953 trouwde. Ik herinner mij niet deze bedenking tegen de identiteit der beide Wichmans ergens aangetroffen te hebben.

#### No. 104.

Keizer Otto I bevestigt de giften, door graaf Wichman aan het klooster te Elten gedaan, van Elten, Fornon, Voorthuizen bij Emmerik, Emmerik, Kleverham, Lijmers, Rinderen, Renkum, Bingerden, Groesen, Hosla, Duiven, Lienden, Lede, Thornas, Tuil en Nasnacheli.

3 Augustus 970.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente clementia Romanorum imperator.

Notum esse volumus, quod pro animae suae remedio Wichmannus comes in Domino fidelis, nostrae imperiali maiestati supplicavit [ut quandam

suae hereditatis partem?] per nostri praecepti paginam ad ecclesiam, in honorem Salvatoris et sancti Viti martiris consecratam, in monte, qui dicitur Altina, constructam, et sanctimonialibus in eodem loco devote famulantibus, concedere atque donare dignaremur. Cuius petitioni, propter divinum amorem assensum praebentes, ad ecclesiam Salvatoris et sancti Viti martiris, in praedicto monte Altinensi constructam, et sanctimonialibus, in eodem loco Deo famulantibus, ipsam hereditatem, quam Wichmannus comes, ipsis donavit, per paginam nostri praecepti concedimus atque donamus, id est curtem Heltnon, et Fornon, et Voirt-husen, et Embrick, et Hamma, et Liemerscha, et Rijnharen, et Redinghem, et Bingart, et Grese, et Hosla, Thumna, Liendna, Leyla, Thornas, Thuli, Nasnacheli, et quaecunque in his quatuor comitatibus, scilicet <sup>Honesca</sup> Hervesta, <sup>Fivelga</sup> Famelga, Merime mirme, Midage, praedictus comes Wichmannus habere videbatur, sive a nobis illi datum fuisset, et omnia, quae praedictis videntur pertinere curtibus, cum ecclesiis, aedificiis, mancipiis, terris cultis et incultis, agris, campis, pascuis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, molendinorumque locis, piscationibus, venationibus, quaesitis et inquirendis, viis et inviis, exitibus et reditibus, mobilibus et immobilibus rebus omnibusque pertinentiis et adiacentiis, quae dici vel nominari possunt, iure legitimeque pertinentibus, ut iam praediximus, ad praefatam ecclesiam Salvatoris et s. Viti martiris, in praedicto monte Altinensi aedificatam, et sanctimonialibus in eodem loco Deo devotissime famulantibus, quatenus melius illas delectet omni tempore pro nobis atque stabilitate regni nostri misericordiam Domini attentius exorare.

Et ut haec auctoritas concessionis nostrae atque donationis firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque, praesentibus et futuris, verius credatur atque diligentius conservetur, manu propria subscripta eam firmavimus et annuli nostri impressione signari iussimus.

Signum domini Ottonis magni et invictissimi imperatoris augusti.

Lugerus cancellarius, ad vicem Roberti episcopi archicapellani, recognovi et subscripsi.

Data III nonas Augusti anno dominicae incarnationis DCCCCLXX, indictione XIII, anno regni serenissimi regis Ottonis XXXV, imperii vero sui VIII.

Actum in Apulea ad civitatem, quae dicitur Bunii, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 112. S. 67.

De spelling der namen is zeer bedorven. Uit latere oorkonden en hetgeen Lacom-

blet, a. p. uit andere stukken mededeelt, heb ik haar in het opschrift zoo goed mogelijk trachten te herstellen.

N<sup>o</sup>. 105.

Keizer Otto II geeft aan zijne bruid Theophanu, als huwelijksgift, de *curtis imperialis Tiel*.

14 April 972.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus.

Creator et institutor omnium ab aeterno Deus etc.

Noverit igitur omnium sanctę Dei ęclesię nostrorumque fidelium, praesentium ac futurorum, industria, qualiter eidem dilectissime sponse nostre [Theophanu] dote legitima, more maiorum nostrorum, quedam, tam infra Italicos fines quam et in Transalpinis regnis nostris, habenda et iure perpetuo concedimus possidenda: Histriam Italię provinciam, cum comitatu Piscaria; trans Alpes: provincias Walacra Wigle, cum abbacia Nivelles, quattuordecim milibus eo pertinentibus mansis. Imperatorias quoque curtes nostras propria maiestate dignas: Bocharde, Thiela, Herivurde, Dullede, Nordhuse, eo quod avię nostrę domne Mahthildis semper semperque augustę, quoad sibi divinitus vixisse dabatur, fuisse dinoscitur. Ea per hanc nostri precepti paginam eidem sanctissime et dilectissime Theophanu sponse nostrę concedimus, donamus penitusque largimur, et de nostro iure et dominio in eius dominium iusque transfundimus et delegamus, una cum castellis, casis, servis et ancillis, terris, campis, vineis, pratis, silvis, montuosa planitiemque [sic] tenentibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus omnibusque rebus ad easdem curtes sive provincias, vel abbatiam in integrum pertinentibus, quatinus iure proprietatis ea omnia habeat, teneat firmiterque possideat, sitque sibi potestas donandi, vendendi, commutandi vel quicquid exinde iuste decreverit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Quod si quis hoc nostrę dotis preceptum infringere temptaverit, obnoxium se nostrę noverit maiestati, compositurus, insuper eidem sponse nostre dilectissime Theophanu nostrisque heredibus auri optimi libras mille.

Quod ut verius credatur diligentiusque in tempora futura servetur, manu propria roborari et anuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

Signum invictissimorum domni Ottonis magni et pacifici.

Item signum domni, perenniter augustorum.

Willisus cancellarius, ad vicem Ruotperti archicapellani, recognovi.

Data XVIII kalendas maii, anno dominicę incarnationis DCCCLXXII, indictione XV, imperii sanctissimi genitoris nostri Ottonis XI, nostri vero V.

Actum Rome, ad sanctos Apostolos feliciter.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
I, n<sup>o</sup>. 47, bl. 31.

De curtis imperialis Herivurde, in deze oorkonde genoemd, is niet, zoo als Kluit, *Historia critica* II, pars 1, p. 33, en volgens hem Bondam, *Charterboek* I, p. 66, en Van den Bergh, a. p. van het Oorkondenboek, veronderstellen, de Geldersche plaats Heerewaarden, maar Herford.

#### No. 106.

Keizer Otto II neemt, op verzoek van graaf Wichman en zijne dochter Lutgarde, het klooster te Elten in zijne bescherming, geeft het de bevoegdheid de abdis te kiezen, immunitet en den tol van de vischvangst in de gouw Salland en in den IJsel, de Katentol genoemd.

14 December 973.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina clementia Romanorum imperator augustus.

Si locis Deo dicatis nostrae imperialis potestatis benivolentiam impenderimus, hoc nobis ad aeternae remunerationis praemia capescenda profuturam fore liquide credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, tam praesentium quam futurorum, cognoscat industria, qualiter Wichmannus comes cum eius filia Lutgarda, venerabili abbatissa ecclesiae scilicet in honorem sancti Viti martiris Christi constructae in loco, qui dicitur Eltton, quondam pii genitoris nostri in nostram attulere praesentiam scripta, in quibus continebatur, quomodo praedictam ecclesiam ex eius benivola concessione construxisset et suo praedio ad id, quod eius gratia de suo sibi concessisset, praecatusque est mansuetudinem nostram, ut eidem ecclesiae scripto nostro hoc confirmaremus, eamque sub mondiburdii nostri defensione susceperemus. Nos vero ob amorem Dei et remedium animae pii genitoris nostri caeterorumque nostrorum antecessorum, nec non et pro nostrae mercedis augmento, paternos mores sequentes et benignitati eius consentientes, ita factum decrevimus. Suscepimus eam in eo tenore sub mondiburdio nostro, quo etiam caetera monasteria, Quindellingenboreh, Essendia videlicet

et Gandersem, ita ut Dei ancillae inibi servientes, cum consensu et convenientia Traiectensis ecclesiae episcopi, eligendi inter se abbatisam potestatem habeant concessimus. Ad hoc ergo iubemus, ut nullus iudex publicus, vel quislibet ex iudiciali potestate in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones iam dictae ecclesiae, quas nunc infra ditionem regni nostri legibus possidet, vel quae deinceps in iura eius divina clementia voluerit augeri, ad causas iudiciario more audiendas, vel freda exigenda, mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiae contra rationem distringendos, nec ullas redibitiones vel inusitatas occasiones requirendas, ullo usquam tempore ingredi audeat, vel ea, quae supra mentionata sunt penitus exigere praesumat, nisi advocatus, quem abbatissa elegerit ad utilitatem eius et consoriorum, ibi Deo sanctoque Vito martiri Christi famulantium. Quidquid vero fiseus noster exinde sperare potuerit aut thelonii de piscatione in pago Salon et in fluvio Ysla, quod vulgari nomine Habledol dicitur, totum nos, pro aeternae remuneratione praedictae ecclesiae, ad stipendia sanctimonialium in ea Deo sanctoque Vito servientium donavimus et largiti sumus. Et ipsa abbatissa cum omnibus rebus suis nostro fideliter pareat imperio et sub nostris consistat mondiburdio et defensione, quatenus ipsam sororesque eiusdem loci pro nobis melius exorare delectet.

Et ut nostrae concessionis auctoritas pleniorem in Dei nomine optineat firmitatem et a sanctae Dei nomine ecclesiae fidelibus nostrisque melius credatur et diligentius observetur, hoc praesens praeceptum conscribi et annuli nostri impressione sigillari iussimus, quam et propria manu subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis imperatoris augusti.

Willigisus cancellarius, ad vicem Roperti archicapellani, recognovi.

Data XVIII kalendas Ianuarii anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXIII, indictione II, anno vero regni domini Ottonis XIII, imperii vero XII [VI].

Actum Novimagi.

Lacomblet, Urkundenbuch, No. 115. S. 70.

Volgens deze oorkonde werd de Habetol, andere lezingen Hachtol, Cathentol, Cotertol, geheven van de vischvangst in de gouw Salon — Salland — en in den IJsel. Lacomblet zegt in zijne aantekeningen op deze oorkonde: Hachtol von Hag, Gehänge zum Fischfange, gibt einen guten Sinn und Kathen scheint damit gleichbedeutend. Wat hiervan zij, zeker is het dat de tol veranderde of onttaardde in een tol op goederen, die geheven werd aan het Katerveer op den IJsel bij Zwolle. Matthaeus, Analecta, ed. sec. III, p. 468, deelt de tollijst mede.

N<sup>o</sup>. 107.

Keizer Otto II bevestigt de gift door koning Otto I gedaan aan de kerk te Utrecht van de bezittingen en den tol te Muiden, vroeger aan Waltger in beneficium afgestaan, en land te Ek aan den Rijn, vroeger door graaf Hatto bezeten.

6 Juni 975.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Otto, divina preveniente clementia imperator augustus.

Noverit omnium fidelium etc.

Folemarus cancellarius, ad vicem Willegisi archicapellani, recognovi.

Data VIII idus Iunii, anno Domini DCCCCLXXV, indictione III, anno vero regni Ottonis XIII, imperii VII.

Actum in Erpesfort.

Liber donationum ecclesie maioris

Traiectensis, p. 19, te Utrecht.

De inhoud is gelijk aan de oorkonde van 21 April 953. Bij eene oorkonde van denzelfden dag, geheel opgenomen in het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, n<sup>o</sup>. 51, bl. 34, gaf de keizer aan de kerk te Utrecht den tol te Muiden, quale prius Walger in eodem comes exigebat loco.

---

N<sup>o</sup>. 108.

Keizer Otto II geeft aan de kooplieden van Maagdenburg vrijdom van tollē, behalve te Mainz, Keulen, Tiel en Bardonwijk.

26 Juni 975.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Otto, divina favente clementia imperator augustus.

Noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam // futurorum, industria, qualiter, ob interventum Magadburgensis ecclesię archiepiscopi Adalberti et ob cęterorum nostrorum fidelium instinctum, mercatoribus, Magadaburg habitantibus, tam ipsis quam posteris suis, tale ius concessimus, quale noster pius genitor suis temporibus concessit habere, id scilicet, quod ubique in nostro regno, non modo in christianis sed eciam barbaricis regionibus, tam eundi quam redeundi, licentia sit sine ullius molestia et ne ab aliquo cogantur vectigalia persolvere urbibus, pontibus, aquis, viis et inviis nostra imperiali auctoritate penitus interdiximus, his locis exceptis: Mogontia, Colonia, Tiela, Bardonwike, et nec plura vel maiora exigantur vectigalia, quam moris illorum erat persolvere. Et ne aliquis nostrę invidię causa pontes destruere aut aliquod impedimentum in viis facere velit, hoc banno nostro sibi a nobis vetitum sciat, sed insuper, ne alicui hoc irritum videatur aut hoc, quod superius interdictum est, dissolvere presumat,

eum, quicumque huius audacię existit, decernimus camerę nostrę decem talenta auri persolvere, omni dubietate postposita.

Et ut hoc nostrę auctoritatis p̄ceptum firmum et stabile permaneat, iussimus hanc cartam conscribi anulique nostri impressione signari, quam et manu propria subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis imperator augustus.

Folemarus cancellarius, ad vicem Willigisi archicapellani, recognovit.

Anno Dominicę incarnationis DCCCCLXXV, indictione III, anno vero regni domni Ottonis XV, imperii autem VIII.

Data VI kalendas Iulii.

Actum Magadeburg, in Dei nomine. Amen.

Naar het oorspronkelijke te Berlijn, met opgedrukt zegel.

Dit afschrift heb ik verkregen op dezelfde wijze als van n. 94.

### N<sup>o</sup>. 109.

Keizer Otto III te Ketil geboren.

In het jaar 980.

Facta latialiter confessione -- [Otto II] VII idus Decembris [983] ex hac luce subtractus est --- Huius inclita proles, nata sibi in silva, quae Ketil vocatur, in die proximi natalis Domini ab Iohanne archiepiscopo Rawennate et a Willigiso Magociacense in regem consecratur Aquisgrani.

Thietmari Chronicon, bij Pertz, Monum.

Script. III, p. 767.

Lappenberg, die de uitgaaf van Thietmar voor de verzameling van Pertz bezorgde, teekent aan: Silva Ketil, ubi hodie villa parochialis Kessel iuxta fluvium Niers ad arcem Gemep, in districtu Cleviensi. Hij grondde zich waarschijnlijk op de plaats in Vita Norberti, bij Pertz, a. w. XII, p. 671: Genepe iuxta silvam Ketela. Giesebrecht, Kais. Otto II, S. 63, plaatst Kettelwald in de omstreek van Nijmegen. Op den linker-oever van de Maas tusschen Venlo en Roermond ligt het land van Kessel, omstreeksch het jaar 1326 door den graaf van Gelre gekocht, waarin het Ketilwoud gelegen kan hebben. Konig Hendrik IV bevestigde den 21<sup>en</sup> September 1062 eene gift aan het s. Servaasklooster te Maastricht, gedaan in silva Ketela. Butkens, Trophées de Brabant, I, Preuves, p. 27.

### N<sup>o</sup>. 110.

Inkomsten van de abdij te Werden te Bommel, Wel, Buren, Gellikum, Aalst en Malsen.

Omstreeks het jaar 983.

In Bomilo solventes homines: Rikiza, Reinger, Aldgoldus, Aldburg, Reinmar, Reingard, Azikin, Avin, Meinzo, Liudikin, Reinger in



Witli, Modrikin, Oswar, Rentet, Enga, Abbo, Evarbald, Alvold, Geltet, Lela, Frithumar, Azikin, Sigitet, Alvun.

Tetta III denarios. Immekin II d. Thiadwi II d. Ravantet VI d. Notha III d. Megina III d. Wiftet III d. Sigizo II d. Abbo II d. Adal-  
 mum II d. Reinsuindis II d. Waldin III d. Linzo VI d. Alfgard II d. Fokko II d. Williburg III d. Liudikin III d. Liudbald V d. Hid-  
 dikin II d. Hobba II d. Wentet II d. Willigard II d. Witta II d. Liaftet II d. Liavuni II d. Teta II d. Bovo V d. Alfsuind III d. Fokka III d. Hotta III d. Benno VI d. Willikin VI d. Tiadna II d. Aia II d. Lubbiko VI d. Haddo VI d. Werinza III d. Buna III d. Liaftet VI d. Heligin III d. Doda II d. Uiuva III d. Blitholf VI d. Heia II d. Vulvikin VI d. Abba III d. Odmund II d. Blitholf VI d. item Blitholf ... d. Wiltet III d. Oda II d. Gebba III d. Meintet II d. Bettikin II d. Rendet VI d. Agga II d. Alaka II d.

In Walli I mansus XVIII d. In Alburg Engilbald XX d. In Halt-  
 non et in Aiteron XXX d. In Burion IIII d. In Gallingham XX d. In Lare XX d. In Hasbenni X d. Adalmond XX d. In Alisti III d. In Vannion II d. In Arkloa II d. In Hasibenna III den.

— — — —  
 In officio Reingeri.

In Eiteron I plenum mansum V siclos, XIII hofstedi. In Walli XVIII den. In Hasbenni XVI den. In Ganderon X den. In Alburg X den. In Alaste V den. In Gallingham XX den. In Burion VI den. In Malsnon III den. In Asperon XX den. In Attinghem XVI den. In Arkalon III.

Index redituum monasteriorum Werdinensis et  
 Helmonstadenensis, uitgaaf van Creelius, p. 28.

— — — —  
 N°. 111.

Koning Otto III geeft immuniteit en de vrije verkiezing van de abdis aan het klooster te Vilich, aan de Sieg tegenover Bonn, door Megingoz en zijne vrouw Gerberga gesticht.

18 Januari 987.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

.Otto, divinae largitatis munere rex.

Omnis fidelium nostrorum cuiuscunque conditionis cetus quocumque locorum situs pro maioris auctoritatis causa cognoscat, qualiter quidam nobilis vir nomine Megingoz, cum religiosa coniuge sua Gerbirga, nostram presentiam adierunt et quoddam monasterium, quod de proprio patrimonio suo pro æternæ vitæ premio et memoria sui in isto seculo,

iam prius pii patris nostri Ottonis imperatoris augusti auctoritatis consensu, in loco, qui Vilike dicitur, construxerunt, in nostras manus tradiderunt, rogantes, pro illius loci stabilitate et defensione, de omni seculari servitio illud nostra regali potentia liberari ac muniti; quorum piis petitionibus assentientes et consilium carissimę nostrae genetricis Theophanu imperatricis augustę et principum nostrarum complurium, Wiligisi videlicet sanctae Mogontiocensis ecclesię archiepiscopi, Hildibaldi sanctę Wormacensis ecclesię episcopi, Notakarii sancte Leodicenses ecclesię episcopi et Adalberonis sancte Wirdunensis ecclesię episcopi, Henrici, Cūnonis, Thietdrici ducum et aliorum plurimorum comitum ac iudicum imitantes, ad legem et ad regularem ordinem ceterorum monasteriorum in nostro regno degentium, scilicet Quilingeburg, Ganderesheim, Asnithe, libertatem dedimus et ab omni inquietudine secularis districtiois iugo absolvimus, ea ratione ut nullus episcopus, comes, iudex aut advocatus in exequendis causis idem aut illius locis servos stringere vel aliquod servitium inde exigere aut placitum in memoratę ecclesię prediis agere, aliquam potestatem habeant, nisi quę divina sunt, et quantum ipsius loci abbatissę placeat et ut sorores sanctę congregationis inibi Deo militantes, in futura tempora in libero arbitrio habeant, quem advocatum et quam abbatissam inter se eligant, maxime si in illius boni viri et matronę supradictę, quorum bona voluntate ille locus divino mancipatur servitio parentela, ad id officium idonea inveniatur, sin autem alias queratur.

Et ut hęc nostrę donationis libertas firma stabilisque permaneat, hoc privilegium, inde conscriptum, nostri sigilli impressione iussimus propria subternotando manu corroborari.

Signum domini Ottonis invictissimi regis.

Hildebaldus episcopus et cancellarius, vice Willigisii archicapellani, notavi.

Data xv kal. Februarii, anno Dominicę incarnationis DCCCCLXXXVII, indictione xv, anno autem tertii Ottonis regnantis IIII.

Actum Andernacha, in Christo feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 125,  
S. 74, naar het oorspronkelijke.

Bij de woorden: memoria sui in den 7<sup>en</sup> regel ontbreekt iets, dat aangevuld kan worden uit de Vita s. Adalheidis, primae abbatissae Vilicensis, dochter van Mengingos, overleden 1015, en waarschijnlijk tusschen de jaren 1056 en 1072 geschreven door Bertha of Bertrada, te vinden in A. A. S. S. Boll, 5 Febr. I, p. 714. Na vermeld te hebben, dat Godfried, een zoon van Megingoz en Gerberga, in den oorlog tegen

de Bohemers gesneuveld was, zegt de schrijfster: *Omnium rerum, quae huic filio defuncto distributionis sorte ceciderunt, Deum fecerunt heredem — — — Tunc in loco, quae Vilika dicitur, templum honorabile Domino erexit a fundamentis illud decenter praediorum vel mancipiorum cumulans supplementis.* Het woord filii zal dus ingevuld moeten worden. Keizer Otto II ondernam twee veldtochten tegen Boleslav II, hertog van Bohemen, in 975 en 976. Hij overleed 7 December 983. In die tusschenruimte werd het klooster gesticht.

Omtrent de stichters van het klooster schrijf ik, daar Megingoz tot de eerste graven van Gelre wordt gerekend, nog het volgende uit het aangehaalde *Leven af. Pater eius [Adelheidis] comes illustris, Megengoz cognominatus, sapientia, nobilitate, divitiis, exceptoque regimine et praenomine regni ut rex, suo tempore magnus inter principes habebatur et nominatus. Mater vero, Gerberg nuncupata, aequae illi nobilissimo germine propagata, filia exstitit ducis cuiusdam, nomine Godefridi, tunc temporis magni et incomparabilis viri.*

---

No. 112.

Adela, weduwe van Imed, en Luitgarde, abdis te Elten, dochters van graaf Wichman, stichter van het klooster te Elten; de eerste doet de andere vergiftigen, vermeestert het klooster, wordt er op last van keizer Otto III uitgedreven, hertrouwt met graaf Balderik, die op haar aanstoken het klooster andermaal veroverd en met boete gestraft wordt.

In de jaren 990—996.

Apud Germanos, qui circa Rhenum incolunt, duo ditissimi, Wicmannus et Baldericus, summis opibus inter se de potentatu contendebant. Set Wicmannus gratia et amicitia regis multorumque Germanorum nitebatur; alter Coloniensis sacerdotis itemque Gerhardi Mosellensis potentis viri auxilia sibi concibat. His rebus confirmati contumeliosum existimabant, nec alter alteri in ullo negotio cedebat. Interdum etiam pace inter eos facta dolo potius, quam ut ullius verae amicitiae fidem servarent, studebant. Set Baldericus ditissimi et longe nobilissimi Wicmanni, cuius maiores magnam partem Germaniae et maxime circa littora oceani imperia tenebant, filiam duxit uxorem; Wicmannus vero aliquos annos post praefecti Godefridi, avunculi Balderici, filiam in matrimonium sumpserat. His rebus et hic in Gallia et ille in Germania praedia et aedificia multa ex dotis iure sibi adquisierant.

Erat antea tempus, cum Baldericus suae uxoris ullam spem potiundi ne quidem existimaret, propterea quod habebat sororem nomine Liutgardam, abbatissam Eltnensis montis, qua nolente, nullam contumeliam suo generi degeneri connubio inferre audebat. Videbatur enim ille secundum quorundam opinionem, quamvis loco nobilitatus, genere tamen . . . . . Is etiam et quidam Godizo, Richizonis filius, vir magnarum opum, qui inter se in illo spatio temporis societatem et

fidem firmaverant, in clientelam Liutgardae se devoverant eiusque obsequiis et imperiis obtemperarant. Erat enim Godizo consanguineus harum sororum, et primum ad amicitiam alterius se abdicavit eique studium suum et auxilium praestiterat; set cum animi eius levitatem et mores faciles animadverteret, ab eius familiaritate se removit et ad domnae Liutgardae clientelam se contulit. Qui post hinc biennium ob plerasque iniurias, quas Adela sorori domnae Liutgardae inrogabat, adiuncto sibi Balderico, castellum illius subito inrumpens praeda et incendio consumpsit; ipsa vero, comperto eorum adventu, paulo ante mediam noctem cum paucis profugit.

Set praeterea res ista vehementer est admiranda, has sorores parentibus clarissimis ortas tam diversas a se esse potuisse, ut, quot reprehensiones in una notarentur, tot in altera virtutes praedicarentur: nisi hoc cogitationibus nostris opponamus, mirum non fuisse, eo quod et primus parens noster itidem dissimiles filios genuerit, quorum alter crudelissimus parricida alterum mitissimum invidia occidit. Nostro vero silentio illa praeterrmittenda [non] sunt, quae de Adela dicebantur, quot erat clamosa in voce, lasciva in verbis, veste composita, animo dissoluta, et quod instabilitatem mentis nutibus oculorum praeferebat. Nos vero scimus, eam ad opera multa esse sollertem, magno ingenio, et numerosas cubicularias ad varietatem textilium rerum instructas habere, et in pretiosis vestibus conficiendis paene omnes nostrarum regionum mulieres superare; haec sola humanitas in ea nota est.

At vero Liutgardis longe dissimilis huic. Nam moribus honestis erat celeberrima, virtutibus omnibus ultra quam credi potest praeclarissima, hospitalitate ita adsueta, ut in adventu hospitem maxime delectaretur; itidemque si quando abessent, quod tamen raro contigit, quandam quasi moestitiam in vultu praeferebat. Prudentiam in ea laudari non est necesse, cum non solum ex palatio ad eam, set etiam ex longinquis regionibus magnus numerus hominum ad suarum rerum capiendum consilium confluxisset. Erat enim in ea cum summa scientia, tum verissima facultas suorum consiliorum expediendorum. Omnibus affabilis, omnibus extitit benigna, multa etiam dando maximam gloriam adeptam est; unde et contigit, ut omnes eam maximo honore celebrarent. Pauperes eam quasi matrem etiam ex peregrinis locis sine intervallo frequentabant, quorum neminem sine solatio a se abire permisit. Mira res, ut fragilitas foeminei sexus tantis vexationibus ne quidem ad horam gravaretur, set potius, quod est mirabilius, ut dixi, delectaretur. Unde frequenter inter nos collocti, dum in eius gloria aestimaremus tantam humili-

tatem, fateor nos iam tunc divinasse, id quod verum erat, illa extincta nullam in his regionibus sui consimilem tam illustri vita esse futuram. Patrimonium quoque omne, quod sibi hereditatis parte successerat, ecclesiae, cui ipsa praeerat, contulit. Id soror eius factum graviter ferens traditionem illam saepius rescindere moliebatur; set cum id efficere non posset, in vitae illius necem cogitabat et, consilio cum quibusdam pestiferis inito, illam veneno, ut fertur, extinxerunt. Nos eam rem, pro magnitudine sceleris parem nobis compertam, existimationi vulgi ruminandam relinquimus: set illi, qui venenum confecerant, capti atque oculis dampnati sunt. Post mortem eius, cum omnes ubique orbitatem tantae mulieris cum luctu et planctu deplorarent, soror illius locum furibunda invadit, et omne patrimonium, quod soror pia intentione ecclesiae contulit, ad suam potestatem retorsit. Set non multo post ex praecepto Ottonis tertii imperatoris cum dedecore expulsa, his adversitatibus praevideri cogitabat, et consilio cum suis accepto, cum post virum priorem sine occultatione turpiter vixisset et cupienti sui copiam non negasset, postquam vidua lasciva, secundum dictum sancti apostoli, diu luxuriata fuisset, illum, de quo supra diximus, Baldericum duxit maritum, cum vivente sorore neuter copulam alterius ne mente quidem concipere auderet. Nec multo post, instigante illa, cum armata manu montem Eltnae subito occupat. Cum oppidani repentino metu percussi fuga salutem quaerent, in monasterio se abdiderunt; expugnatoque monasterio et iaculis altaribus traiectis, unum, quem sibi inimicum existimari voluit, captivum duxit. Set cum id regi compertum foret, graviterque hoc factum ferret, delictum Balderici deprecatorum auxilio pecunia expiatum est.

Alpertus, de Diversitate temporum, 1, cap. 1, 2  
en 3, p. 5—8 der uitgave van Dederich.

Het jaar 990 neem ik aan als dat, waarin Luitgarde vergiftigd zou zijn, op grond eener aantekening vroeger te Elten bewaard. Kist, Necrologium van Elten, bl. 53. Zie echter Dederich, Römer und Deutschen am Niederrhein, S. 261. Den 18<sup>den</sup> December 996 besliste keizer Otto in de geschillen over de goederen aan het klooster gegeven. Tusschen deze jaren vallen de voornaamste feiten, in het opschrift vermeld, doch die moeielijk juist chronologisch te bepalen zijn.

Die feiten openen de rij der gruweldaden van Adela, door Thietmar van Merseburg, Chronicon, lib. VII, cap. 33, bij Pertz, Monum. Script. III. p. 851, eene tweede Herodias genoemd; feiten die, volgens Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit, II. S. 150, 3<sup>e</sup> Aufl., aantoonen bis zu welchen Grade man das Gesetz zu verhöhnern und des Kaisers zu Spotten wagte — — — und die einen so tiefen Blick in das Sittenverderbniss der höheren Stände zu jener Zeit werfen lassen, dass wir derselben hier ausführlicher gedenken müssen. Es ist ein düsteres Bild, das wir entrollen.

Omtrent Imed, den eersten man van Adela, en hunne kinderen, vermeldt de Vita

Meinwercki, cap. 2, bij Pertz, a. w. xi, p. 107: Germania post Scitiam inferiorem, sumens initium a flumine Danubio, desinit in Reno; terra dives et populosa, questuosa pariter et belluosa. Haec maiore sollertia, divisione distincta bifaria, superiorem habet terminum iuxta septentrionalem oceanum, inferiorem circa Renum, finem sui faciens in mari, quod Galliae Britanniaeque praetenditur litoribus, ex quo quoque versus omnium terrarum patet exitus. Ad huius Germaniae septentrionalem tractum Traiectensis diocesis est terminus, locus navium et vectigalium commeatibus questuosus, magnorum et nobilium virorum gloria, quam in defensione gentis suae et patriae magnanimiter adepti sunt, insignis et famosus. De quorum nobili prosapia ortus est Imed in eadem provintia, qui, virtutis et probitatis maiorum suorum factus heres legitimus et strenuus, comitatum suo tempore in eiusdem provinciae administravit partibus. Qui tantae nobilitatis lineam propagari nominisque sui memoriam et posteritatis gloriam cupiens nobilitari, cum multiplici divitiarum apparatu ac possessionum praediorumque reditu nobilem duxit uxorem de terra Saxoniae, Athelam nomine; de qua processu temporis genuit Thiedericum et Meinwercum, Glismod et Azelam. Thiedericus autem paternae dignitatis et facultatis heres designatus; Meinwercus in ecclesia beati Stephani protomartiris, in civitate Halverstadensi, ad clericatus officium a parentibus est oblati; Azela vero castitatis emulatione agnum secutura, sanctimonialium cetui in ecclesia preciosi martiris Viti Eltene associatur; Glismod autem, tricesimum fructum pudicitiae matrimonialis adeptura, cuiusdam nobilis principis in Baioaria matrimonio copulatur.

Op gezag van Adam van Bremen, Gesta Hammenburgensis ecclesiae pontificum, geven sommigen nog eene dochter aan Imed, Emma genaamd. Hirsch, Heinrich, II, S. 305. De plaats luidt, bij Pertz, Monum. Script., VII, p. 333: In diebus illis [1037] nobilissima senatrix Emma obiit, uxor quondam Liutgeri comitis (et soror Meginwerki, episcopi Padarburnensis), sed iam, etc. Wat tusschen ( ) staat komt in den oudsten codex, die in tijd dicht bij het oorspronkelijke staat, niet voor. Het Chronicon breve Bremense, bij Pertz a. pl., p. 391, heeft bij het vermelden van het overlijden van Emma die bijvoeging niet.

Men weet niet wanneer Imed, wiens graafschap in de Veluwe en meer bepaald bij Renkum gezocht moet worden, overleden is. Stellig moet dit vóór het jaar 983 geweest zijn. Van Spaen, Inleiding, I, bl. 121, 126.

Tegen het tweede huwelijk van Adela was niet alleen hare zuster, maar ook haar zoon Meinwerk. Vita Meinwercki, cap. 132, bij Pertz a. w. p. 132. Daar blijkt ook — welk woord men in den 19<sup>en</sup> regel van het boven medegedeelde uit Alpert, in de plaats van het uitgelatene, achter voege, het zij vilis, mediocris of civilis, — dat Balderik, hoezeer rijk, krachtig en machtig, geen standgenoot van Adela was. Hij had eene zuster, die, weduwe zijnde, met twee zonen gevestigd was om een burcht, die Kleef geweest kan zijn.

Over Balderik en Adela deel ik slechts mede wat meer rechtstreeks tot Gelderland betrekking heeft. Die het echtpaar geheel wil kennen, leze Alpert, met de aantekeningen van Dederich, en Tietmar, en raadplege het aangehaalde werk van Dederich, Van Spaen, Inleiding, I, bl. 103—165, waar ook over Gotfried en Godizo gehandeld wordt, Giesebrecht a. w. en pl., Hirsch, a. w. II, S. 345.

Het schijnt hier de geschiktste plaats te zijn het geslachtsregister der personen, die eene hoofdrol speelden, in te voegen. Ik doe het, onder voorbehoud als vroeger bij n<sup>o</sup>. 97. Die stamtafel sluit zich aan dezen aan. Emma heb ik er geene plaats in durven geven.

Meginhard.  
Ux. Evesa.

Everhard. † 898.

Meginhard.

Ux. N.

|  
Gerbert.

Ux. N.

|  
Wichman, stichter der  
abdij Elten.

Ux. Lutgarde.

Wichman. Jong †. Adela. † 1017. Lutgarde, abdis  
te Elten. † 990.

|  
Mar. 1

Imed.

Theoderich. † 1014.

Meinwerk, bis-  
schop van Paderborn.  
† 1036.

Glismod,  
Mar. Ritingi, een  
Beijersch vorst.

Adela, non te Elten.

Mar. 2

Balderik. † 1021.

---

N<sup>o</sup>. 113.

Ansfrid, bisschop van Utrecht, geeft aan de kerk van s. Marten aldaar goederen bij Wesemaal en Tongerlo in Westle en Veluwe.

Tusschen de jaren 995 en 1010.

v nonas Maii. Inventio s. crucis. Obiit Ansfridus episcopus, qui contulit ecclesiae beati Martini et nobis bona apud Wesemael et Tongerlo in Westle et Velue, cum eorum appendiciis, pro quo dantur hic xx solidi de Reynaarscoop et fiet compulsatio.

Necrologium ecclesiae s. Salvatoris te Utrecht,  
in Historia episcopatus Ultraiectensis, i. p. 65.

Gedurende de genoemde jaren was Ansfrid bisschop van Utrecht.

---

N<sup>o</sup>. 114.

Paus Gregorius v bevestigt het te Vilich door graaf Megingos en zijne overledene vrouw Gerberga gestichte klooster, stelt het onmiddellijk onder den pauselijken stoel, geeft het 't recht de abdis te kiezen en over zijne bezittingen te beschikken.

24 Mei 996.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Gregorius, qui et Bruno, sanctae catholice et apostolicae Romanae ecclesiae gratia Dei episcopus.

Desiderium, quod ad religiosum propositum etc.

Scriptum per manus Petri regionarii, notarii et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Maio et indictione VIII.

G. manu Gregorii papae Benevalete. † Otto tercius, Dei gratia imperator augustus sign. † Willigisius Moguntinus archiepiscopus sign. † Hartwig Saltzburgensis archiepiscopus sign. † Hildebaldus Wormacensis episcopus, precepti auctor sign. † Wideraldus Argentinensis episcopus sign. † Ruopertus Spirensis episcopus sign. † Notgerus Leodinensis episcopus sign. † Haimo Verdunensis episcopus sign. † Lanpertus Constantiensis episcopus sign. † Gotiscalus Frisingensis episcopus sign. † Ciprianus Pataviensis episcopus sign.

Anno incarnationis Dominicae DCCCXCVI, indictione VIII, anno pontificatus domni Gregorii summi pontificis et universalis quinti papae in sacratissima sede beati Petri apostoli primo, regni vero domni Ottonis tertii anno XIII, imperii autem I, mense Maio, VIII kal. Iunii.

Actum Rome feliciter.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 156, S. 77,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 115.

Frethebold geeft aan de kerk te Utrecht de curtis Here en wat hij te Ine en Ukele, in het graafschap Teisterbant, bezit, en bevestigt dat vier dagen later te Driel cum ramo et cespite.

20 September 996.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Opere precium duximus, que sequuntur, scriptis inserere, ne posteris lateret, quod prior eius faceret. Qua propter desideramus notum esse cunctis sanctę Dei ecclesię fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod quidam miles, nobili parentum prosapia genitus, nomine Fretheboldus, amore Dei salubriter instigatus, nil dubitans cum transitoriis acquirere perennis vite gaudia, omnem sui iuris hereditatem, quam habuit infra comitatum, Testrebant nuncupatum, cum omnibus ad ea pertinentibus, exceptis tribus mansis et mancipiis in eis manentibus, quin et viginti, que erant sue curtis mancipata servituti, pro anime sue suorumque parentum remedio, tradidit et donavit sancto Martino, suo speciali patrono, ad stipendialem videlicet usum fratribus, Traiecto sub castris Christi commorantibus; ea scilicet ratione, ut pontificalis cathedre fratres curtim ex integro in Here cum edificiis, mancipiis, agris,



pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, et quicquid in Ine habuit, et id totum, quod de ecclesia, in Ukele structa, suę subiacuit potestati, semotum haberent: cetera, que supersunt rebus in omnibus, cultis et incultis, utriusque monasterii fratres, ibidem Deo servientes, equa et pari communiter dividerent inter se divisione. Post decessum vero huius vite prepositi monasteriorum eius anniversarium non immemores preterirent, ecclesiis pro eo luminaria presentando, cibo potuque fratres letificando quotannis. Dominus autem presul Anfridus, pia memoria recolendus, pro huiusmodi traditionis remuneratione, ut firmior et stabilior esset huiusmodi traditio, concessit ei singulis annis de sua parte dari XII libras in beneficium, dum viveret. Quin etiam addidit, ut, si ipse, vel eius, quod absit, successor, hec concessa neglexerit, ipse prefatus miles de suo, quod dedit, faciat, ut velit.

Anno Dominicę incarnationis DCCCXCVII, indictione X, anno vero tertii Ottonis regnantis XIII, imperii autem eius I, XII kalendas Octobris et in quinta feria.

Actum est in Traiecto in presentia domini pie recordationis Anfridi presulis, sui que presulatus anno secundo, coram testibus, quam pluribus, quorum quorundam hic subnotantur nomina: Vulphere, Godefrit, Wiroe, item Godefrit, Erolf, Bovo, Ribrant, Humezo, Lanzo, Ansfrid, Gerbolt, Engis, Hildebold, Adalhard, Atto, Poppo, item Poppo; quin et his multo plures.

Mox post hec subsequenti III die, ut firmiter et stabilius esset, infra terminum predicti comitatus, in villa quoque Thrile nuncupata, eisdem prenominatis testibus et aliis nonnullis astantibus, sine alicuius retractatione, cum ramo et cespite, iure rituque populari, sancitum est rationabiliterque firmatum, ut huiusmodi traditio intacta et inconvulsa permaneat, feliciter in Christo. Stipulatione subnixa.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 22 v<sup>o</sup>, te Utrecht.

Op de gronden door Bondam, Charterboek, bl. 21, noot q, aangevoerd, neem ik het jaartal 996 en niet 997 aan.

De plaatsen zullen in de omstreek van Driel gezocht moeten worden.

---

### N<sup>o</sup>. 116.

Keizer Otto III beslist de geschillen tusschen Adela met haren man Balderik en het klooster te Elten over de goederen, door haren vader, graaf Wichman, aan dat klooster gegeven, en waarbij aan het klooster worden toegekend Elten, Furnon en Voorthuizen bij Emmerik; de helft van Emmerik, Kleverham, Arnhem, Renkum, Appel-Ternika, Herveld, Lienden, Tuil, Malsum onder Didam,

Brummen, Oldburgen, Ra, Hunnepe, Delden, Putten, Triendum, en vier deelen van de bosschen Steenrewald, Moffet, Wicheimulo en Suboirt, waartegen Adela ontvangt de curtes Rindern, Helikanbeli, Linthuizen en Reclø. De keizer bevestigt verder de giften door zijn vader aan het klooster gedaan.

18 December 996.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente clementia, Romanorum imperator augustus.

Si loca vel monasteria, a religiosis personis ac Deo devotis constructa, nostra imperiali auctoritate corroborare conamur, hoc procul dubio et ad praesentis nostri regni statum, et ad aeternae beatitudinis praemium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnibus in Christo fidelibus nostris, scilicet praesentibus et futuris, notum esse volumus, quomodo temporibus avi nostri, piae memoriae domni Ottonis imperatoris augusti, Wichmannus comes pro animae suae remedio suorumque parentum, in quodam loco, Alltenis dicto, monasterium et sanetimonialium congregationem in honorem Domini nostri Iesu Christi et sancti Viti amplifico benignitatis conamine construxit, nec non magnam certae proprietatis suae partem, cuius nomina infra tenentur, simul et beneficii, quod dilectus avus noster primum ei concessit in beneficium, postea pro servitute sedula sibi condonavit in proprium, ad idipsum licenter contradidit monasterium, suamque ipsius filiam, nomine Lutgardam, caeteris monialibus praeconstituit abbatissam. Succedente vero tempore, cum idem Wichmannus comes semet ad vespervas mortis inclinasset penitusque naturae concessisset, altera suae procreationis filia, nomine Adela, quandam proprietatis iam traditae partem exposcens dicensque, quod pater eius, secundum Saxoniam legem, absque eius consensu et licentia nullam potuisset facere traditionem, totam patris sui donationem perduxit in errorem. Huius itaque seditionis perturbatio usque ad tempus dilecti patris nostri perdurabat, ipseque noster caritativus pater eandem contentionis cladem extinguere pro viribus insudabat, et hoc, quoad ipse vitam finivit, minime ad unguem usque perduxit. Exacto autem longi temporis intervallo, cum eiusdem monasterii abbatissa, praetitulati videlicet Wichmanni filia, universae carnis viam tunc intraret, aliaque in ipsius locum imperialis nostrae potestatis iure accederet, in palatio nostro, quod dicitur Novimago, nostrum iussimus fieri colloquium, ibique saltem huiuscemodi seditionis fecimus finem. Baldericus enim, praedictae maritus Adelaë, pro nostra voluntate, exhortatione simul et petitione, id ipsum monasterium sua propria suaeque coniugis manu in nostrum publice contradidit mondiburdiu, et, sicut mos est laicorum, cum festuca, ab eodem

semet exiit praedio, ea ratione, ut nos nostro regali imperio ac descriptionis praecepto tale libertatis arbitrium eidem monasterio perpetualiter condonarem, quale caeteras monialium congregationes, videlicet Essendiae, Quidelingeburgh et Gandersem, habere cognovimus. Insuper Baldericus omnia eiusdem monasterii praedia, quae prior abbatissa duntaxat in sua habuit potestate et investitura, ad reliquias sancti Viti, in praesentia nostra nostrorumque plurimorum fidelium, concessit radicitusque contradidit, quorum nomina hic sunt inscripta: Heltnon, Furnon, Voerthusen, cum omnibus utilitatibus ad ea loca iuste et rite pertinentibus; Embrica media pars, aequè divisa; in Hamme media pars; Arnhem media pars; Redinghem media pars; Appel-Ternika media pars; Hervelt dimidia pars; Lienden dimidia pars; Thule dimidia pars; Malsme dimidia pars; Brummen dimidia pars; Olbruch dimidia pars; Rathe dimidia pars; Hunnepe dimidia pars; Thelden dimidia pars; Triendum media pars; Putten in loco construct [sic] dimidia pars. Ad haec quatuor partes foresti, Steenrewalt, Moffet, Wicheimulo et Suboirt. In his quatuor forestis cervum et cervam venandi nullus habeat licentiam, nisi verbo et consensu abbatissae, et, si cervus et cerva effugiat de his forestis, eos in alias silvas sequi sit licentia abbatissae nunciis, et in foresto, in quo Eltena est constructa, singulis annis inter cervos et cervas duodecim ferae tribuantur abbatissae. Ut autem huius donationis veritas firma et inconvulsa permaneat, posterior abbatissa, nomine Lutgarda, praelibatae Adalae maritatae quatuor curtes, nomine Rijnhare, Helikanbela, Linthusen, Reelo, cum omnibus utensilibus ad ea pertinentibus, in proprium tradendo ad ea [adeo?] recompensavit, quatenus post hoc, sicut praediximus, pacis et amicitiae pignus eo permaneat tenacius. Hanc igitur idem Baldericus traditionem grata et hilari fronte recepit, nec non de fidelium nostrorum, scilicet Willigisi archiepiscopi, Hildebaldi episcopi et Heggebordi marchionis caeterorumque multorum fidelium consilio, sicut idem Baldericus donando postulavit, eidem monasterio potestative concessimus, ut a modo, sicut cetera monasteria supradicta, libero perenniter perfruantur arbitrio. Praeter haec quidquid praedii divus imperator augustus Wichmanno in proprium donavit, praecipue quae dicuntur in Nardinclant, Urck, Barbuogot, Otwinis praedia; insuper in Frisonibus, quidquid abbatissa in quatuor comitatibus, videlicet Hunesco, Fualgo, Merme, Micheta tributaria munificentia avi nostri recepisset, nos nostrae descriptionis praecepto ad utilitatem abbatissae et sororum ibidem Deo sanctoque Vito famulantium largimur et concedimus cum omnibus utilitatibus

in supradicta, sicut et in ista proprietate, areis, aedificiis, terrisque cultis et incultis, agris, pratis, campis, piscinis, silvis, piscationibus, molendinis, ecclesiis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, cunctisque appendiciis, quae dici possunt; nec non fiscum et teloneum de piscatione in pago Salon et in fluvio Isla, qui vulgari nomine Hachdol dicitur, et quod dilectus genitor noster eidem monasterio concessit, eodem modo pro aeterna remuneratione nos contradimus. Et nos adhuc volumus nostro imperiali praecepto cunctis nostris in Christo fidelibus firmiter iubemus, ut in eodem monasterio, vel locis ad id pertinentibus, nullus dux, comes, vel vicecomes, nullus marchio, vel quilibet schuldatio, vel alia iudiciaria persona, ullum habeat placitum, nec parafredos, nec paratas faciendas, nec aliquod exigatur servile servitium, priusquam eiusdem abbatissae servus, in cuiuscunque habitet comitatu alterius comitis, non eat [ad] placitum, sed ad eius solummodo, quemcunque abbatissa sibimet eligere velit advocatum. Ceterum pro animae nostrae expiaculo eidem largiti sumus monasterio, ut post haec perpetualiter, cum eiusdem monasterii abbatissa morbo consumpta moriatur, sanctimoniales inter se unam, quamcunque velint, simul cum consensu Traiectensis episcopi, in cuius positae sunt dioecesi, absque mortalium omnium contradictione licenter eligent. Et ut huius monasterii status ab adversariorum omnium incursione maneat intactus, sicut Wichmannus comes instituit, de eodem monasterio ad limina sancti Petri, principis apostolorum, Romam argenti quotannis libra deferatur. Postremo ipsa videlicet abbatissa cum omnibus rebus suis nostro semper pareat imperio et sub nostro consistat mundiburdio, quatenus ipsam sororesque eius pro nobis iugiter exorare melius delectet.

Et ut haec nostrae concessionis auctoritas obtineat firmitatem et a sanctae Dei ecclesiae fidelibus nostrisque melius credatur et diligentius observetur, hoc praesens praeceptum inde conscribi et annuli nostri impressione sigillari iussimus, quod et propria manu subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis imperatoris augusti.

Hildebaldus episcopus cancellarius, vice Willigisi archiepiscopi, recognovi.

Data xv kal. Ianuarii, anno Dominicae incarnationis dccccxvi. indict. x, anno autem tertii Ottonis regnantis... imperii vero iii.

Actum in palatio Noviomagi. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 127, S. 77.

De plaatsen zijn door de bedorven spelling zeer moeilijk te bepalen; over de bosschen is veel gegist. Zij worden in de Veluwe gezocht, doch in het Zutfensche werden ook bosschen met herten gevonden. De oorkonde zelf bewijst het. Dit kan tot nieuwe gissingen aanleiding geven en Steenrewald doen plaatsen bij Steenderen.

Het beweren van Bondam, Charterboek 1, bl. 75, noot pp, dat de abdis van Elten niet Lutgarde is, maar Adela, de kleindochter van Wichman, is ongegrond. In het Necrologium van Elten, in Nieuw archief voor kerkelijke geschiedenis, II, bl. 93 staat: ix kal. [Septembris] obiit Lutgardis abba.

---

No. 117.

Keizer Otto III, die aan Notker, bisschop van Luik, reeds gegeven had hoorigen van den hof te Heerewaarden te Maren, Kessel en Hedikhuizen, geeft nu ook dien hof met alle hoorigen en predia.

9 April 997.

In nomine sanctae Trinitatis.

Otto, Romanorum imperator augustus.

Notum fieri volo omnibus, tam futuris quam presentibus, qualiter, consultu et iusta petitione domni Silvestri pape, primum quidem familiam in Marsna et in Casella necnon et in Hittinchusen, que ad Heriwarda respiciunt, nunc autem ipsum caput Heriwarda cum omnibus familiis et prediis fidei nostro Notkero, Leodiensium episcopo concessi, in recompensationem videlicet servicii avo patrique meo et mihi exhibiti et devotionis, quam in eo pre omnibus promptam ad exequendam voluntatem meam et iusticiam semper repperi; ea scilicet ratione, ut fratres in monasterio sancti Iohannis, in insula ab eo ante civitatem noviter constructo, ad remedium anime mee et ipsius, pro cuius amore exhibui, redditibus eiusdem loci in perpetuum sicut propriis utantur, quatinus hiis utendo meique memoriam habendo ab ipso, cui cuncta debemus, exaudiantur et veniam delictorum mihi impetrare mereantur. Et hanc concessionem sic in futurum, sic per imperialem nostram sententiam esse volumus immobilem, ut si quis eam lacessere temptaverit et conatus eius iudiciaria potestate deprimatur et id quod querit nullatenus adipiscatur. Ut autem secundum votum nostrum inconvulsa permaneat, more antecessorum nostrorum, sigilli nostri impressione subsignari iussimus.

Signum domni Ottonis invictissimi imperatoris augusti.

Hildebaldus episcopus et cancellarius, vice Willegisi archiepiscopi, recognovi.

Datum v idus Aprilis, anno Dominice incarnationis DCCCXCVII, indictione x, anno autem tercii Ottonis regnantis XIII, imperii vero II.

Actum Aquisgrani palatio.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
n<sup>o</sup>. 71, bl. 44.

De bijvoeging, dat de gift geschied is consultu et iusta petitione domni Silvestri pape, maakt de oorkonde, wat den vorm betreft, verdacht. Silvester toch werd eerst

paus in April 999. Heerewaarden werd echter eene bezitting der Luiksche kerk. Haar bisschop Balderik II was er in 1018 ziek en overleed er waarschijnlijk den 29<sup>sten</sup> Juli. Gesta episcoporum Cameracensium, bij Pertz, Monum. Script. VII, p. 471

N<sup>o</sup>. 118.

Keizer Otto III geeft aan een klooster, op den Luisberg bij Aken te stichten, Ommeren, Deest en Maurik, hem door de weduwe Alda opgedragen.

27 October 997.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Otto, divina favente elementia, Romanorum imperator augustus.

Quanto imperiali dignitate cunctis videmur gradibus preeminere, tanto in omnibus operibus bonis debemus pre omnibus pollere, atque dum tempus habemus cunctis viribus elaborare, quatinus cum iam operandi tempus non erit sed premii perpetualem mereamur retributionem accipere. Quapropter omnium sanctae Dei aeclesiae nostrorumque fidelium, presentium ac futurorum, noverit universitas, quomodo nos, pro quodam monticulo Luovesbere dicto, iuxta nostrum Aquisgranense palatium sito, dedimus ad monasterium sancti Salvatoris in Brumia situm plenum atque iustum concambium, quia ipsi monasterio predictus pertinebat monticulus. Qualiterque cuncta illa predia, quae Alda, quaedam vidua, nostro iuri tradidit, quae sic nominantur: Veldericke, Leidon, Umeron, Dhestes, Maldericke, cum omnibus suis pertinentiis, ad prefatum monticulum Luovesbere nominatum concedentes monasterium, in eo loco sub honore sancti Salvatoris et beatissime Coronae martiris, pro Dei amore atque nostrae animae et parentum nostrorum nec non pro illius iam dictae viduae Aldae remedio animae, construere atque congregationem monacharum, sub sancti Benedicti viventium regula, ordinare statuimus. Concedimus itaque ad ipsum monasterium nostram capellam imperialem in Ingeleheim sitam, cum omnibus suis decimationibus et pertinentiis, eo tenore, ut ipsa capella ceteraque loca superius dicta ad prefatum monasterium in honore sancti Salvatoris et sanctae Coronae martiris construendum cum omnibus suis pertinentiis perpetualiter pertineant. Sitque id ipsum monasterium in monticulo Luovesbere construendo [sic] cum congregatione monacharum atque cum omnibus sibi concessis et concedendis sub nostra imperiali ditione et sub honore sancti Salvatoris et sanctae Coronae martiris tutum, defensum atque perpetua libertate munitum.

Et ut haec nostra auctoritas firma et stabilis omni tempore perseveret, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari iubentes, propria manu, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum domini Ottonis invictissimi imperatoris augusti.

Hildebaldus episcopus et cancellarius, vice Willigisi archiepiscopi, notavit.

Data vi kal. Novembris, anno Dominicę incarnationis dccccxvii, indictione xi, anno autem tertii Ottonis regnantis xiiii, imperii vero secundo.

Actum Aquisgrani in palacio, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, no. 130, S. 81, naar het oorspronkelijke.

Koning Hendrik II gaf den 7<sup>den</sup> Juli 1005 de goederen, door zijnen voorganger voor het klooster op den Luisberg te stichten bestemd, vermeerderd met andere, aan het s. Adalbertsstift te Aken. Lacomblet a. w. 1, no. 143, S. 88. Deze teekent op die oorkonde aan, dat het stift, niet in staat zijnde de veraf en in vreemd gebied geleene goederen en inkomsten, ook gedeeltelijk door overstromingen in Holland verloren gegaan, te beheeren, den 9<sup>den</sup> September 1623 aan de orde militiae Christianae in leen gaf: omnia iura, dominia, possessiones — — — sita in provinciis Hollandiae et Zelandiae in Stryen, Umere, Walecre, Diest, Waldricken, Puthe, Moldecke, Goslar et Trutmanniae tractu aliisque pagis, partim adhuc inundatis, partim recenter vindicatis, partim ab aqua praeservatis.

Leidon is wel eens voor Ter Leede gehouden. Quix, Geschichte der Stadt Aachen, I, S. 43, teekent in noot 5 aan: Das predium Leidon, die jetzige Pfarre Schleiden, unweit Aldenhofen, war die wichtigste Besizung der Alda, und überwiegte die andern zusammen.

#### N<sup>o</sup>. 119.

Everger, aartsbisschop van Keulen, verkrijgt van Notker, bisschop van Luik, Gladbach en Reithe bij ruiling tegen Tegelen, Lobberich en Venlo.

Kort voor het jaar 999.

Tum vero devotum episcopus vovit votum, in pristinum statum locum sanctum velociter restaurandum et ad suam diocesim ab episcopo Leodiensi mutuandum, et quidquid ipsius ecclesie prediorum nondum fuisset dispersum, vel quid ipse posset undecunque precario vel quoque pacto colligere, sancto Vito donandum sine retractione. — — —

Interea non secus ac voverat reparando monastario pontifex instabat, quod quia festinato perficere studuit, cum nullo ornatu, sicut est hodie, perfecit. Sed et parochiam non distulit mutuare pro duabus ecclesiis, id est pro Gladebach et Reithe, donans tres: Tegelon, Ludebracht et Vennelon. Verum quoniam non multo post supervixit, pauca predia colligere potuit.

Chronicon Gladbacense, cap. 20 en 21, bij Pertz, Monum. Script. iv, p. 77.

Gero, aartsbisschop van Keulen, zond eenige personen uit om eene plaats te zoeken, waar een klooster ter eere van den h. Veit gesticht konde worden. Zij vonden er eene in het Wupperdal, doch de dood van keizer Otto II belette den bouw. De afgezondenen trokken verder. Multa — zoo zegt het verhaal — pretereuntes, ultra terminum diocesis [Coloniensis] appropriaverunt Molensium fines. In ipsis ergo finibus mons erat incultus, nemorum densitate opacus, ecclesie veteris vix ostendans ruinas et habitationes iam dudum pene neglectas. Daar, te Gladbach, werd in het jaar 972 het klooster gesticht en door Gero rijkelijk begiftigd. Zijne opvolgers Warinus en Everger waren het niet gunstig, omdat het buiten hunne diocese lag. De laatste verplaatste de kloosterlingen naar Keulen, en zond den proost van s. Peter, om de reliquieën van den h. Veit en anderen, die in het klooster gebleven waren, van daar te halen. Een droom deed hem daarop terugkomen en hij beloofde en deed, wat boven is vermeld.

De aartsbisschop Everger overleed in het jaar 999.

### N<sup>o</sup>. 120.

Keizer Otto III geeft aan de kerk van Utrecht het rechtsgebied over de villa Bommel, in het graafschap van Hunerik, in de gouw Teisterbant, met den tol, de munt en de gruit, en wat Poppo in ministerium had in de villa Arkel.

11 April 999.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Otto, superna favente clementia, Romanorum imperator augustus.

Si locis, divino cultui mancipatis, alicuius honoris seu proprietatis supplementum prebere studuerimus, in nostre anime et carnis felicitate nobis divinitus remunerari procul dubio credimus. Quapropter optamus, ut omnibus nostris fidelibus, presentibus atque futuris, notum sit, qualiter nos, ad remedium anime nostre parentumque nostrorum, nec non interventu et supplicii rogatu Anfridi, sanctę Traiectensis ecclesię venerabilis episcopi, et Franconis, reverendi presulis nostri, predictę sedi Traiectensis ecclesię, in honorem sancti Martini confessoris constructę, dedimus, largiti sumus et omnino concessimus omnem districtum super villam Bomele, et super cuncta, que ad eandem villam pertinent, videlicet publice rei subiecta, teloneum vero, monetam, et negotium generale fermentatę cervisie, quod vulgo grutt nuncupatur; immo quicquid in iam dicta villa ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est, in comitatu Hunerici comitis, in pago, Teisterbantia dicto, situm; atque eundem districtum cum moneta, banno et teloneo, et totius publice rei functione, prelibato cenobio sancti Martini confessoris penitus in proprium tradidimus. Insuper sibi donavimus, quicquid Poppo, filius Walgeri, habuit in



ministerium in eodem comitatu et in villa Arclo, proprietario iure habendum, tali ordine, ut prefatus Anfridus, venerabilis presul, sui que successores easdem res, per nostram confirmationem traditas, teneat, disponat, ordinet et perfruatur, nostra omniumque nostrorum perpetualiter remota contradictione.

Et ut hæc nostrę autoritatis pagina firma permaneat, hanc manu nostra propria corroboravimus et sigillari precepimus.

Signum domini Ottonis cesaris invictissimi.

Heribertus cancellarius, vice Willegisi archiepiscopi, recognovi.

Data III idus Aprilis, anno Dominicę incarnationis DCCCXCVIII, indictione XII, anno tertii Ottonis regnantis XVI, imperantis III.

Actum in Romano palatio felici manu.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 23, te Utrecht.

Er bestaan oude koperen munten te Bommel geslagen, zoodat onder moneta niet het recht van geldwissel, maar van geldslaan verstaan zal moeten worden. Vgl. Ypey en Feith, Oudheden van het Gooregt in Groningen, bl. 269 vlg.

Graaf Hunerik wordt in andere afschriften van de oorkonde genoemd Uroch, Unroch en komt elders voor onder de namen Hunroch, Humroch, Unroh en Wroch.

---

Nº. 121.

Keizer Otto III geeft aan de kerk te Aken de curtis Tiel in het graafschap van Unroh, in de gouw Teisterbant.

6 Februari 1000.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto tercius, servus Iesu Christi et Romanorum imperator augustus, secundum voluntatem Dei Salvatoris nostrique liberatoris.

Notum sit omnibus fidelibus nostris, presentibus atque futuris, qualiter nos, ob Dei omnipotentis amorem et ob remedium anime nostre parentumque nostrorum, cardinalibus et canonicis et cunctis fratribus sacro ecclesie Aquisgranensis sancte, in honore sancte Dei genetricis Marie et sancte resurrectionis constructe, ubi nostra sedes ab antecessore nostro, scilicet Karolo famosissimo imperatore augusto, constituta atque ordinata esse dinoscitur, dedimus quasdam iuris [nostri] curtis Tiele et Nerestein dictas. Igitur Tiele situm est in comitatu Unrohi comitis et in pago Testerbant, ast Nerestein adiacet in comitatu Amichonis comitis ac etiam in pago Nahgowi sitas [sic], atque easdam curtis cum omnibus utensilibus, areis, edificiis, utriusque sexus mancipiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis et vineis,

pascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus seu redditibus, ceterisque omnibus, que adhuc dici aut inveniri possint, suprascripte Aquigranensi ecclesie ad usum et expensam eorundem canonicorum in proprium tradidimus eo tenore, ut si aliquis nostrorum successorum, regum seu imperatorum, easdem curtes de iam dicta ecclesia tollere presumpserit, in tremendo iudicio ante extremum iudicem nobiscum stet rationem reddendo et ab ipso perpetuum suscipiat anathema.

Signum domni Ottonis cesaris invictissimi.

Et ut hec nostra traditio firmior sit in perpetuum, hanc paginam manu propria corroborantes sigillari iussimus.

Heribertus cancellarius, vice Willigisi archiepiscopi, recognovit.

Data viii idus Februarii, anno Dominice incarnationis M, indictione XIII, anno tertii Ottonis regni XVI, imperii III.

Actum Radespone.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 132, S. 82.

Na vermeld te hebben dat Tiel, blijkens de oorkonde van 14 April 922 in het huwelijksgoed van Theophana begrepen, door haar overlijden in het jaar 991 weder aan de kroon gekomen was, vervolgt Van Spaen, Inleiding, III, bl. 353: en men kan de gift begrijpen, die keizer Otto III den 12<sup>den</sup> October 997 [998] van den hof en plaats te Tiel, hem eigendommelijk toebehoorende, aan O. L. Vrouwe kerk te Aken deed, welke gift den 6<sup>den</sup> Februarij 1000 vernieuwd werd. — In Codex diplomaticus, achter het 11<sup>de</sup> Deel der Inleiding, no. 6, bl. 17, deelt hij den giftbrief van 997 mede. Lacomblet a. p. zegt in noot 2 op de boven medegedeelde oorkonde: Schon zwei Jahre früher hatte er [der Kaiser] dem Stifte Tiel geschenkt, daarbij steunende op hetzelfde stuk, waarop Van Spaen bouwde. Quix, Geschichte von Aachen, I, S. 44, merkt op: Am 12 October [998] schenkte Otto III — — — an den auf dem Hochmünster errichteten Altar die curtis Tile unweit Lüttich. Van Spaen, dem das Tiel bei Lüttich unbekannt gewesen zu sein scheint, bezieht die beiden Urkunden Ottos von den Jahren 998 und 1000 in Gau Teisterbant und hält die von 1000 für eine Bestätigung der von 998.

Ik wende mij om opheldering tot den heer Kändler, Stads-Archivaris te Aken, die mij een volledig afschrift zond der oorkonde van 998, en wel, zooals hij onder dagteekening van 31 October 1868 schreef: aus der besten Quelle, die sie haben können. Ich besitze nämlich — — — Liber privilegiorum oder Chartularium des hiezigen Münsterstifts — — — aus dem Ende des 12 oder dem Anfange des 13 Jahrhunderts. Ich bemerke Ihnen nun noch — zoo schrijft hij verder — was in meinem Chartular zur Seite bemerkt steht. Bei der Urkunde von 998 steht in sehr alter, verblaster Schrift zur Seite geschrieben: Lanstul. In der Urkunde von 1185 von Heinrich V [waarbij Godfried, hertog van Lotharingen, het rijksleen Tillice te Herstal aan het Mariastift te Aken teruggeeft, bij Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 494, S. 347] steht in der Ueberschrift: Tiliz, zur Seite: Herstall; in der Schenkungs-Urkunde von 1000 steht in der Ueberschrift: de Tila et Herstein, zur Seite ist geschrieben: Herstein sive Herstall.

Lijst der goederen der abdij van s. Vaast, bij Arras, in de Betuwe te Ressen, Wolferen, Rothem, Doornik, Reit, Barla, Angeren, Loenen, Zylich, Balveren, Valburg, Rinissem, Welie, Hien, Legele, Oosterhout; in Teisterbant bij Buren en in Emmerik.

xi<sup>e</sup> eeuw.

Ego frater Richerus monachorum minimus, cum aliquandiu obedientiam vestimentorum fratrum nostrorum tenuissem, ut scirent praesentes et futuri censum terrarum, qui per singulos annos in pago Baduano in villa Rexne sancti patris nostri Vedasti, sub praesentia mea et domini Henrici capellani, Tehoderico maiore existente et veritatem recognoscente, describi feci. Solvuntur igitur nobis in festivitate sancti c. aruvi decem et septem librae. Decem det iam dicta villa Rexne in ministerio Tehoderici, septem autem inter Vulfaram et Rothem. Huic quoque descriptioni interfuerunt scabini nostri, viri boni testimonii: Tidechinus, Azo faber, Gerzo, Tidechinus. Affuerunt etiam et isti de familia s. Vedasti Tetmarus ministerialis de Rothem, Beringerus de Transreno, Livechinus de Embrica, Boso de Vulfara, Letbertus de Gaverella, Wazo de Baliul, Rogerus Runcis, Hugo adolescens Ateiensis, Fredericus de Dodewero, Alstenus noster interpres.

Ne vero, qui camerarius sive praepositus futurus est, omnino de recto censu supradictarum x et vii librarum dubitet vel quid relaxet, terras et eas tenentes praesentibus iam dictis hominibus nominatim annotari hoc modo feci. Aldechinus habet dimidium mansum, Gelo dim. m., Vunnecho dim. m., Theteca dim. m., Gelmannus dim. m., Thithardus et Husemannus dim. m., Tehodericus i m. Item apud Tornacum dim. mansus, ecce, sunt v et dim. m. quos maior habet, qui solvunt xx sol. et xxx denarios.

Apud Redh xxx den. Isti quatuor habent tres mans. Bethelo, Willemannus, Maintheta, Odecha, Einthetus parvus i mans., Hezelo i m., Eppo i m., Hezelo et Eppo i m., Gerzo i mansum, Verthehardus i m., Thidico i m., Vulbertus et Meno i m., Francho carpentarius i m., Thizicho i., Bertrada vidua i m., Bertrada et Thizicho dim. m., Thibico i m., Rogerus et Menza vidua i m., Hadheburgis vidua i m., Everardus dim. m., Alfricus ii mansos, quarta parte minus, Alfricus et Bertrada i mansum super Ambraveld, Azo faber mansum et dimidium, Einthetus filius Epponis i mansum, Vulbertus fullo quartam partem mansi, apud Ambam dim. masus. Modo sunt xxv mansi.

Apud maiorem Barlam III mansi, apud minorem Barlam I mansus. Apud Angram III mansi, solvunt autem XV solidos, iterum I mansus et solvit dimidium censum. De domo Altheti in palastro sive bruceo XV den.

Robertus de Lona XII sol. tribus denariis minus. Apud Sevelicam Raimarus textor XV denar. Werno de Chennelo V sol. modo fiunt XX sol. Apud Balvaram Everardus scabio V sol., iterum apud Balvaram Boso et Eppo frater eius I mans. Lantfridus apud Volburg I m., Esnelbertus I m. Nunc est libra una. Iterum apud Valburg libr. I. Apud Rhinishem I m. Apud Legele XII den. Apud Welie I m. de quatuor sol. Apud Tornacum in palustrio V sol. et III den. Fredericus et Vunnico I m. de V sol. Iterum Fredericus de m. I apud Hiam V sol. Eppo de Vulfara V sol. et quatuor den. Boso et Rodulfus apud Vulfaram de m. I. V sol. Ozelo et Willeca V sol. de manso I. Modo sunt V librae et VII den. In Testrebanto apud Buram II sol. de dim. mans. Tedo de Vulfara de Gezonis campo XX den. Walcaro de Volburg XII den. Haimo de Lino XII. den. filiaster eius XII den. Givichardus de Haledt II sol. Bennico de Telo apud Ostreholt XXX den. Apud Vulfaram de manso Selechini submersa III sol. Givardus de Halad de terra submersa III sol. Apud Embricam XX sol. de denar. Daventrorum.

Mone, Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit.  
Vierter Jahrgang, S. 395.

Van Poppo, abt van Stablo, wordt in zijn Leven, cap. 12, bij Pertz, Monum. Script. XI, p. 300, gezegd: Erat interea viro Dei iter ad Heinricum, tam pium quam magnum Romani potentatus imperatorem. — — — Nam et ad Batuam e vicino Rheno flumini adjacentem applicuit, ubi quaedam sancto Vedasto reddituum suorum possessio fuit, quam etiam ex administratione praepositurae sui fratrum praevidere habuit.

Poppo werd abt van Stablo in 1020, keizer Hendrik was in het volgende jaar te Nijmegen. De abt is mogelijk toen naar hem en naar de Betuwe gereisd.

---

### N<sup>o</sup>. 123.

Lijst van inkomsten van het s. Mauritsstift te Munster uit eenige hoven, waaronder Winterswijk.

XI<sup>e</sup> eeuw.

De Hotnon etc.

De Wintereswick XIII solidos et duos porcos et xxx pullos. Ado VIII modios siliginis, VIII brasei et x denarios; Hoyko similiter; Hezel similiter; Azo similiter; Meneko VIII modios siliginis et VIII brasei, VI denarios; Ezelin similiter; Heyo VIII modios siliginis et VIII brasei; Boso VI modios siliginis et VI brasei et VI denarios; Azo VI modios

siliginis et vi brasei; Gebo similiter; Menso similiter. De quodam inculto manso dabuntur viii modios siliginis et viii brasei et vi denarios. Ohtope etc.

Niesert, Münsterische Urkunden-Sammlung, iv, no. 25, S. 79.

Deze lijst is in het jaar 1493 ex libro altero evangeliorum, (saec. xi conscripto) quo in summo altari reposito utitur ecclesia collegiata s. Mauriti, fideliter transscripta.

---

N<sup>o</sup>. 124.

Graaf Megingoz, de stichter van het klooster te Vilich, sterft te Gelre.

In het jaar 1001.

Dominus Megingoz post obitum coniugis supervixit trium annorum spatia, ad coelestia tendens — — — in loco, qui Gelria dicitur, migravit ad Dominum.

Vita s. Adalheidis, primae abbatissae Vilicensis, in AA. SS. Boll. 5 Februari, 1, p. 714.

Is deze Megingoz dezelfde, die in de oorkonde van 1 augustus 944 voorkomt? Van Spaen, Inleiding, 11, bl. 30, neemt het aan. Daarvoor pleit, dat die oorkonde vroeger te Vilich was. Aan den Nederrijn worden in dien tijd velen gevonden, die denzelfden naam in zijne verschillende vormen dragen. Zie het Register op het 1<sup>ste</sup> deel van het Urkundenbuch van Beyer, en Braun, zur Geschichte des Landes Montjoie, in Annalen des historischen Vereins, Heft vi, S. 6, noot 11.

Van Spaen a. w. bl. 37, stelt dat Megingoz in het jaar 1001 gestorven is en zegt, twee bladzijden verder, dat men alle reden heeft te vermoeden, dat Gelre de bezitting van Megingoz was en dat de overlevering, die hem als graaf van Gelre erkent, een grooten graad van waarschijnlijkheid heeft. Wat vroeger, bl. 33, deelt hij mede, dat Lantbertus in Vita Heriberti, omstreeks het jaar 1060 geschreven, Megingoz uitdrukkelijk graaf van Gelre noemt. Dat Leven, te vinden in de AA. SS. Boll. 16 Maart, n p. 467, en bij Pertz, Monum. Script. iv, p. 740, bevat dat echter niet. Het komt eerst bij veel latere schrijvers voor.

Sommigen twifelen of Megingoz wel te Gelre gestorven is, op grond van een opschrift op een marmeren steen te Keulen gevonden, luidende, volgens Gelenius, De magnitudine Coloniae, lib. 1, Synt. vii, p. 70.

HIR MATTHULER MANGVOS

DI BEWER VAN WELOG IN DE

WIED VOM SIGL.

Vgl. hierover Ernst, Histoire du Limbourg, 1, p. 395, noot 2.

---

N<sup>o</sup>. 125.

Graaf Balderik neemt den Elterberg in en koning Hendrik II herstelt er de orde.

In het jaar 1002.

Post haec vero imperator tertius Otto, bonae indolis adolescens, in Italia moritur. — — —

Post cuius mortem Baldericus rupit fidem et hostili manu adgressus ad montem Eltnae, vallum, qui ecclesiam ad instar castelli ambiebat, scidit familiamque omnem sibi servire coegit. Ubi vero Heinricus summa rerum potitus est, iterum locum illum in priorem statum reduxit.

Alpertus, de Diversitate temporum, lib. I, cap. 4 en 5, p. 8 en 9 der uitgave van Dederich.

Keizer Otto III overleed den 23<sup>sten</sup> Januari 1002, en Hendrik II volgde hem den 7<sup>den</sup> Juni daarna op. Deze was den 24<sup>sten</sup> Augustus van dat jaar te Nijmegen, den 3<sup>den</sup> September te Elst. Böhmer, Regesten, n<sup>o</sup>. 903, Hirsch, Heinrich II, 1, S. 288. Waarschijnlijk heeft hij toen de Eltensche aangelegenheden geregeld.

---

N<sup>o</sup>. 126.

Koning Hendrik II bevestigt de gift van keizer Otto II, aan de kerk te Utrecht, van het rechtsgebied over Bommel met den tol, de munt en de gruit.

3 September 1002.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, suprema favente clementia rex.

Si locis, divino cultui mancipatis etc.

Engelbertus cancellarius, vice Willegisi archiepiscopi, recognovi.

Data III nonas Septembris, anno Dominicę incarnationis MII, indictione I, anno vero domini Heinrici regis I.

Actum Elista.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 24, te Utrecht.

Deze oorkonde bevestigt die van 11 April 999 en bevat niets anders.

---

N<sup>o</sup>. 127.

Graaf Balderik en zijne vrouw Adela geven aan een altaar in de kerk te Deutz, over Keulen, de curtes Altinge, Velp en Rijnwijk.

1 April 1003.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam et futuris quam et presentibus, qualiter ego Baldericus comes quidam et coniux mea Adela nomine, meditantes salutem operari animarum nostrarum, tradimus,

pro animabus nostris, ad altare sante Marie, quod est in Tuitio, presente Heriberto, venerabili Coloniensi archiepiscopo, Altinge, Villepe et Reinvigh, scilicet tres curtes nostras et quicquid ad eas pertinet prediorum et mancipiorum, tali traditione et pro lege qualem nobis persolvere solebant, scilicet ut vir, qui ibi solivagus dicitur, persolvat xi denarios, similiter et mulier. Populus advocatum nullum habeat nisi centurionem, quem ibi constituit Tuitiensis abbas. Si centurio exortam casu iustitiam iustificare non posset, ante abbatem feratur. Si autem abbas pace non prevalet iustitiam, Coloniensis ecclesie archimandrite reservetur, ut iniustitia ad iustitiam sua potestate et potentia convertatur.

Si quis vero clericus vel laicus, hec nostre auctoritatis et donationis decreta et in Deum devotionis descripta, in aliquo fecerit irrita, mala capiant eum in interitu suo et duplici contritione conterat eum dominus Deus noster.

S. Wickeri prepositi sancti Petri. S. Arnoldi prepositi sancti Gereonis. S. Guizonis prepositi sancti Victoris. S. Reginhardi capelani. S. Christiani comitis. S. Hermanni advocati Tuitiensis ecclesie. S. Bilisonis comitis. S. Gerhardi.

Anno Dominicæ incarnationis miii, indictione i, kal. Aprilis, regnante domino Henrico secundo gloriosissimo rege, acta sunt hec.

Van Spaen, Codex diplomaticus, achter het 2<sup>o</sup> deel der Inleiding, N<sup>o</sup>. 9, bl. 24, naar het oorspronkelijke, te Deutz.

Theodoricus, Aedituus Tuitiensis, noemt in een Memorieboek der abdij te Deutz, opgesteld tusschen de jaren 1155 en 1165, bij Lacomblet, Archiv, v, S. 269, Balderik comes de Oplathe vel Houberg. De laatste naam, 4 April 1014 Uplage, 6 October 1016 Upplan, leeft nog voort in een huis op een zandheuvel gebouwd, en in een veer over den Ouden-Rijn in de gemeente Herwen-en-Aart, niet ver van Elten. In het Neerologium en het Tinsboek der abdij Elten, in Nieuw archief voor kerkelijke geschiedenis, II, komt het Houbergsche veer voor bl. 69, 99 en 150.

In Vita Meinweri, cap. 206, bij Pertz, Monum. Script. XI. p. 155, wordt gewag gemaakt van praedia, in locis Afflaan et Eltinum, in pago Paterga in comitatu Amulungi comitis. Van Spaen, Inleiding, I, bl. 113, en Dederich, Römer und Deutschen am Niederrhein, S. 183, verstaan onder die plaatsen Houberg en Elten; de laatste maakt in die streek eene ondergouw Paterga. Doch in de gouw van dien naam lag Paderborn, en Amulung was daar advokaat der kerk. Vgl. 2 November 1031. Voegt men hierbij, dat de oorkonde in Vita Meinweri bedoeld en naar het oorspronkelijke uitgegeven door Erhard, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 118, S. 91, de plaatsen noemt Alfaan en Etlinum, dan lijdt het geen twijfel, dat de beide geleerden zich vergist hebben.

De genoemde Theodorich heeft in het aangehaalde Memorieboek bewaard de wijze, waarop de abt van Deutz gewoon was jaarlijks de bezittingen in de Nederlanden te bezoeken. Ik kom daar later op terug, en deel er nu alleen uit mede, dat de abt, als hij van Meurs te Eltingen gekomen was, van daar in een schip of te paard naar Velp reisde.

Pontanus, *Historia*, lib. vi, p. 146 houdt Eltingen voor Ellekom. Bondam, *Charterboek*, bl. 514, noot b, zegt dat hij recht kan hebben. Ik geloof het niet. Den Rijn en den IJsel afvarende, komt men eerst te Velp en dan te Ellekom. Om den korten afstand tusschen die plaatsen af te leggen, was ook geen schip noodig. Van Spaen, *Inleiding*, 1, bl. 133, veronderstelt dat Eltingen is Elden in de Over-Betuwe over Arnhem, doch ik geloof ook ten onrechte. Op den terugtocht reisde de abt te paard van Rijnwijk naar Velp en op dezelfde wijze van daar tot Emmerik of Rees, ibi eum — zegt Theoderich — villicus de Eltinga hospitabit. Die villicus zal niet ver van daar gevestigd geweest zijn. Inmiddels werd het schip van Rijnwijk naar Arnhem en van daar naar Vurnheim gebracht. Was Eltingen Elden, dan had men het schip daarheen en niet naar Arnhem gevoerd. Ik gis dat de plaats is Elten, meer bepaald Laag-Elten. Balderik of zijne vrouw waren in die streek gegoed.

Van den Bergh, *Geographie*, bl. 200, plaatst Rijnwijk ergens aan den Rijn. Zoude hij zich niet naauwkeuriger uitgedrukt hebben door te zeggen: aan den Krommen-Rijn? Daaraan ligt nog op korten afstand van Wijk te Duurstede een landgoed van dien naam.

### N<sup>o</sup>. 128.

Heribert, aartsbisschop van Keulen, geeft aan het klooster te Deutz de curtis Antwiller bij Lechenich, ten Zuidwesten van Keulen, hem door graaf Balderik en zijne vrouw opgedragen.

1 April 1003.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter ego Heribertus ad monasterium, quod egomet in Tuitio construxi et dedicavi, curtim quandam tradiderim, que Eswilre dicitur, cum ecclesia illa adiacente, cum decimatione et omnibus ad eam pertinentibus, in areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, venationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, annectisque aliis appendiciis, que adhuc dici vel nominari possunt. Alteram vero curtem tradidi illuc, que Antwilre dicitur, quam dedit mihi Baldericus comes et coniux eius Adela, meditates salutem operari animarum suarum adauxerunt, in ipso die consecrationis altaris Salvatoris mundi et eius genetricis, ad principale altare in Puire tres mansos et decimas quatuor mansorum, decime ex nostro prediolo non pertinent ad nos sed ad ecclesiam. Si qui vero clericus vel laicus hec nostre auctoritatis et donationis decreta et in Deum donationis conscripta in aliquo fecerit irrita, mala capient eum in interitu suo et duplici contritione conterat eum dominus Deus noster.

S. Wickeri prepositi sancti Petri. S. Arnoldi prepositi sancti Gereonis. S. Guisonis prepositi sancti Victoris. S. Reginhardi capellani.



S. Christiani comitis. S. Heremanni advocati Duitensis ecclesie. S. Bili-  
sonis comitis. S. Gerardi.

Anno incarnationis Dominice MIII, indictione 1, kal. Aprilis, reg-  
nante domino Henrico secundo gloriosissimo rege, acta sunt hec.

Van Spaen, Codex diplomaticus, achter het 2<sup>e</sup> deel der In-  
leiding, no. 8, bl. 20, naar het oorspronkelijke te Deutz.

---

No. 129.

Meinwerk, bisschop van Paderborn, zendt gedurende een hongersnood twee  
schepen met koren van Keulen naar de Veluwe en Teisterbant.

In het jaar 1005.

Ecce, fames qua per saecula non sevir ulla.

Annales Sangallenses maiores, bij Pertz,  
Monum. Script., 1, p. 81.

Fames valida.

Annales Colonienses, bij Pertz, a. w. 1, p. 99.

Facta in diebus eius fame valida, [Meinwercus] missis nunciis fru-  
mentum comparari fecit in Colonia, et duas naves onustas ad infe-  
riorem terram deferri et dispensatione villicorum super Velue et in  
Teisterbant taliter mandavit erogari, ut una pars propriis, alia fami-  
liae indigentibus secundum numerum domesticorum distribueretur, tertia  
ad proventum seminis, quarta mendicis erogaretur. Quod episcopi man-  
datum villicus super Velue devote peragere studuit; ille vero in Tes-  
terbant partem pauperibus ordinatam fraudari perniciose non timuit.  
Quod episcopus audiens, non fraudato set fraudanti vehementer con-  
doluit, et quia nemo successorum suorum honorem praedecessorum  
post quartam generationem habiturus esset, praedixit.

Vita Meinwerci episcopi, cap. 151, bij Pertz, Monum.  
Script., XI, p. 138.

De Annales Hildesheimenses en Sigebertus Gemblacensis, bij Pertz, a. w. III, p. 93  
en VI, p. 354, vermelden den hongersnood bij het jaar 1006.

---

No. 130.

De Noormannen verbranden Tiel, plunderen daar het klooster van s. Wal-  
burg door graaf Waltger en zijne vrouw Alberada gesticht, worden door  
de graven Balderik en Unruoch, opgeroepen door den prefect Gotfried, ge-  
noodzaaktscheep te gaan, en vertrekken na te vergeefs een gevecht aangeboden  
te hebben.

In het jaar 1006.

Tiela depraedata est per piratas.

Annales Colonienses, bij Pertz, Monum.  
Script., 1, p. 99.

Cumque iam senio confectus et aegritudine ita deprehensus esset praefectus [Gotefridus], ut vix pedibus incederet, pyratae, ex diversis insulis oceani cum magna multitudine navium emersi, per flumen Meriwido magna celeritate vecti, usque ad portum Tylae pervenerunt. Populus vero, qui circa littora Wal fluminis habitaverunt, comperto tantae multitudinis adventu, spem omnem salutis in fuga ponentes, sua pene omnia praeter pecuniam, quia mercatores erant, alienissimis reliquerunt. Praefectus vero prudens consilio, veritus ne agri hominibus destituti hostibus facilior pateret ingressus, vi qua poterat ascenso equo fugientem vix retinuit populum. Hostes usque Thylae venientes, vela deposuerunt, et portum nullo resistente ingressi, copiam victus magnam repererunt. Qua celeriter exportata, vicum incendio vastaverunt. Monasterium quoque sanctae Walburgae irrum-pentes vestesque sanctas a quodam comite Waltgero, constructore ipsius loci, et sua coniuge Deo digna Alberada ibidem collocatas auferentes, et altare spoliato, et praeterea quam plurimis rebus ecclesiasticis exportatis, ecclesiam quidem incolomem relinquentes, ad classem se recipiunt; statimque nunciis a praefecto in omnes partes dimissis, postero die summo mane maxima multitudo convenit. Et quia praefectus exercitui praeesse non poterat, Balderico, de quo supra diximus, itemque Unruocho comiti, strenuo viro, qui in exercitu tertiï Ottonis imperatoris Italia in re militari opinatissimus habebatur, bellum committitur. Nostris visis et celeri eorum adventu hostes perterriti, naves quam citius solventes recedebant, adeo ut similis fugae recessus videretur. Nostri insequentes et ex utraque parte fluminis levibus praeliis factis, et utrimque paucis aut vulneratis aut occisis, ne cupiditate praedae in ripa longius hostes vagarentur, prohibebant. Vicis vero iuxta littus quos adire poterant exustis, nona hora diei omnes de navibus desilierunt, aciem confertissimam instruxerunt, nostris potestatem pugnandi praebuerunt. At nostri loco se continuerunt, et quia plurimi ex agris coacti convenerant, cum his ad usum belli imperitis et superioris anni propter sterilitatem inopia familiaris rei vexatis, praelium committere non audebant. Ubi barbari neminem ad pugnam procedere conspicerent, satis ad ostentationem

suae audaciae factum existimantes, ad naves se recipiunt et nullo prohibente regressi sunt.

Alpertus, De diversitate temporum, I, cap. 8,  
p. 10 der uitgave van Dederich.

No. 131.

Koning Hendrik II geeft aan de kerk van Utrecht den wildban in de gouw Drente, in het graafschap van Balderik.

24 April 1006.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Henricus, Divina favente clementia rex.

Noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum, industria, qualiter nos, interventui venerabilis Egilberti presulis obtemperantes, nec minus et voluntati Ansfridi, Traiectensis ꝥclesię antistitis, accommodantes, ex hoc in antea presenti regię autoritatis precepto interdicimus, ut nullus comitum aliorumve quorumcunque hominum in pago Thrente nominato, quod est in comitatu Baldrici, cervos, ursos aut apros, insuper et bestias, que Teutonice elo et scelo appellantur, venari absque prelibatę pastoris ꝥclesię permissu presumat. Volumus quoque firmiterque regalis edicto munificentię precipientes iubemus, ut in eodem pago universisque finibus eius adusque adiacentes ꝥteras regiones prefatę Traiectensi ꝥclesię ius servetur forestense utpote nobis ac nostris.

Et ut hęc traditionis nostrę concessio firmiorem obtineat vigorem veriusque per succedentium curricula temporum ab omnibus credatur inconvulsiusque in ꝥternum observetur, hanc cartam, inde conscriptam, manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici regis invictissimi.

Bruno cancellarius, vice Willigisi archicapellani, recognovi.

Data VIII kalendas Maii, anno Dominicę incarnationis MVI, indictione III, anno vero domni Heinrici II regis III.

Actum in Glineheim.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 24<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Egilbert, door wiens tusschenkomst de oorkonde verleend is, was bisschop van Freising, vroeger rijkskanselier.

Ik meen graaf Balderik te mogen houden voor den man van gravin Adela. Hirsch, Heinrich II, II, S. 348, twijfelt er bijna niet aan.

Ansfrid, bisschop van Utrecht, geeft aan het door hem gestichte klooster op den Hoogen Horst, later Heiligenberg, bij Amersfoort, hetgeen hij bezat te Driel in Teisterbant, een bosch en de kerk te Ermelo en de kerk te Hemert.

18 November 1006.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Notum sit omnibus, sub Christianae religionis norma degentibus, qualiter ego Ansfridus, licet indignus, Traiectensis episcopus, in loco, qui vocatur Hohorsta, aedificari praecepi cellulam, imprimis in honorem Domini nostri Iesu Christi constructam, nec non gloriosissimae genitricis [eius] Mariae, sed et beatorum apostolorum Petri et Pauli, meique patroni specialis sancti Martini, ea ratione, ut inibi fratribus monachis, sub sancti Benedicti regula fideliter vivere cupientibus, dies ducere liceat huic vitae concessos. Ut autem locus praedictus in Dei servicio firmitus possit esse stabilitus, iam dictis fratribus tradidi, quidquid visus fui habere in villa Dryele in pago Testerbantensi, cum omni familia cunctoque servicio et districtione, ita ut omni tempore tenui atque possedi absque ullius contradictione, regali scilicet manu, traditione ac constipulatione nobis concessum, et in Fugthe dimidium census theolonarii et monetae, et forestae in Ermelo, et quartam partem silvae in Fughoute. Praeter haec tradidi inter villas Hese et Zoyst quatuordecim mansos cum praedio Hohorst praedicto, cum mancipiis et omnibus appendiciis, id est, silvis, pratis, aquis, aquarum decursibus, acquisitis vel acquirendis, quos dedit quidam Gerbardus miles sancto Martino, et novale quoddam de monte Hohorst usque in Stuthenborch. Addidi etiam has ecclesias: Ermelo cum placito universo, Groninga, Dokkinga, Masemunster, Livemunster, Leyre, Swindregth, Hamerthe, Loysden.

Actum est hoc publice coram idoneis testibus, in basilica beatae Mariae sanctique Martini in Hohorst, ipso die dedicationis eius, id est quatuordecimo calendas Decembris, anno ab incarnatione Domini millesimo sexto, indictione quarta, regnante Henrico secundo imperii sui anno v.

Pontanus, Historia Gelriae, lib. v, p. 75.

Onder het afschrift, dat Pontanus bezigde, was geschreven: Haec sunt pertinentia ad servitium advocati in Ermelo: ter in anno placitum tenere debet, semel cum annonâ, bis cum herba, ad singula servitia septem amforas vini, tres modios cervisiae, ii maldaria seliginis, viii denariorum panes frumentarii, ii frisking, vi maldaria annonae in pabulum equorum.

Ackersdijck, Nasporingen omtrent Taxandria, in Nieuwe werken van de maat-

schappij der Nederlandsche letterkunde, v, S<sup>k</sup> 1, bl. 85, meent dat niet gelezen moet worden forestae in Ermelo, maar in Rumelo, het gehucht Rummel bij Vucht.

Het Necrologium ecclesiae s. Salvatoris, bij Van Heussen, Historia episcopatum foederati Belgii, 1, p. 65, vermeldt: v nonas Maii, Inventio s. crucis. [1010]. Obiit Anfridus episcopus, qui contulit ecclesiae beati Martini et nobis bona apud Wesemael et Tongerlo in Westle et Velue, cum eorum appendiciis, pro quo dantur hic xx solidi de Reynaarscoop et fiet compulsatio.

---

No. 133.

Balderik II, graaf van Los, bisschop van Luik, geeft Pannerden aan de kerk en de armen aldaar.

Tusschen de jaren 1007 en 1018.

Et licet, excrescente fratrum aliorumque propinquorum numero, in multas particulas dividendae hereditatis angustia carnaliter timeri posset consanguineae posteritati, maluit tamen [Baldericus] et praediis suis magna ex parte ecclesiam et pauperes Christi facere heredes. Unde contigit, ut Pannardum oppidum, allodium suum, maiori ecclesiae ad usus fratrum et ad sustendandos victu xxiv egenos condonaverit.

Anselmus, Gesta episcoporum Leodiensium,  
bij Periz, Monum. Script., VII, p. 206.

Koning Hendrik IV bevestigde den 25<sup>sten</sup> Juni 1070 de gift en het kapittel te Emmerik kocht Pannerden in het jaar 1284 van den proost van Luik.

---

No. 134.

Koning Hendrik II geeft de kerken van Britte, Hemert en Avezaat aan het klooster van Thorn.

4 Juni 1007.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus, Divina favente clementia rex.

Nobis profuturum et ad vitam praesentem transigendam et ad futuram feliciter obtinendam credimus et scimus, si secundum fidelium nostrorum iustas petitiones, ecclesiasticas facultates et augmentaverimus et augmentatas regalis praecepti munimine tuendas esse firmaverimus. Quapropter notum esse volumus omnibus nostris fidelibus, tam futuris quam praesentibus, quod per intercessionem venerabilis viri Notgeri, Tungrensis seu Leodicensis episcopi, Thornensi monasterio eiusdem episcopi episcopatus subiecto, mercatum eiusdem loci, telonium et districtum concessimus. Insuper ecclesias de Britte, de Hamerite et

Avesate, quas idem episcopus in amplificationem ecclesiasticae facultatis et aggerationem remunerationis supernae, eidem monasterio concessit, ad pertinentiam dicti monasterii auctoritate nostri consensus assignavimus.

Et huius praecepti auctoritatem, ut in nomine Ipsius, qui nobis praeciendi concessit potestatem, plenior obtineat vigorem et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae ac nostris conservetur, more antecessorum nostrorum, et manu propria firmavimus et sigilli nostri impressione signari iussimus.

Signum domini Henrici regis invictissimi.

Heribertus cancellarius, vice Willigisi archiepiscopi, recognovi.

Data II nonas Iunii, indictione V, anno Dominicæ incarnationis millesimo septimo, anno vero domini Henrici II regnorum quinto.

Actum Moguntiae feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 507.

Notker, bisschop van Luik, overleed den 10<sup>den</sup> April 1007, en Heribert was cancellarius van 30 November 999 tot 11 Januari 1002. De oorkonde is dus, wat den vorm betreft, verdacht.

Het klooster te Torn was door Ansfriid gesticht. Inde — van Rome, waar hij de kroning van Otto I tot keizer in 962 bijwoonde — vero reversus, abbatiam, quae dicitur Torna, de hereditate propria construxit, in qua filiam suam abbatissam, plurimarum Deo devotarum sanctimonialium matrem, assensu pontificis, constituit. Thietmarus, Chronicon, bij Pertz, Monum. Script., III, p. 777. De oorkonde van 1 Juni 992 bij Miraeus, Opera diplom., I, p. 146, volgens welke Hilzondis, vrouw van Ansfriid, zich noemende comitissa terrae de Stryen, het klooster gesticht zoude hebben, is een verdicht stuk. Hirsch, Heinrich II, I, S. 350, noot 3.

#### N<sup>o</sup>. 135.


Gravin Adela doet, op aanstoken van haren man Balderik, haren zoon Thiederich vermoorden.

7 April 1014.

Eius [Balderici] consilio filium proprium, comitem Thiedericum, episcopo [Meinwerco] quasi animam suam dilectum, eo in Longobardia cum rege Heinrico manente, VII idus Aprilis, Uplage, urbe munitissima, iuxta Eltene sita, ab hominibus eius occidi praecepit.

Vita Meinwerco episcopi, cap. 132, bij Pertz, Monum. Script., XI, p. 133.


Koning Hendrik II ging in September 1013 naar Rome, om als keizer gekroond te worden, dat den 14<sup>den</sup> Februari 1014 plaats had. Op zijn terugtocht was hij in April te Mugello, ten noordoosten van Florence, en te Piacenza. Dat Meinwerk in zijn gevolg was, blijkt uit eene oorkonde bij Erhard, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 84.











Graaf Balderik geeft, met toestemming zijner vrouw Adela, 12 hoorige mannen aan het klooster te Zijflich.

Tusschen de jaren 1014 en 1017.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Omnibus sacro baptismate delibutis, presentibus et futuris, notum sit, quod ego Baldricus comes, de Dei timore et æterna retributione mecum cogitans, communi contactalis meae Athalae cometisae consensu atque consilio, XII viros proprii iuris Duethekinum, Sahsonem, Gezonem, Baldonem, Hecilinum, Reinzonem, Duethekinum, Richezonem, Ecelinum, Richezonem, Wolfhasthum, Hegezonem, de cetero grege clientum meorum elegi, ipsos simul die, qua a beatissimo ac sanctissimo Herebertho Coloniensis aeclesiae protopresule monasterium, a me, Deo favente, in Safflicka constructum, est dedicatum, cum beneficiis, quibus inpossederant ad altare sancti Martini confessoris Christi, coram multa plebe clericorum atque laicorum, manu mea tradidi, eo tenore et ratione, ut annis singulis, in festivitate prefati confessoris, ad altare duos denarios aut de cera precium totidem denariorum persolvant, quod optimum in substantiis [habeant suis post obitum vitae ad predictum monasterium tradant; sic filii ac filiae eorum omnibus diebus vitae suæ et tota posteritas eundem censum sese persolvere sciant. Postea divina admonitus providentia et simul Athala comitissa Dei amore compuncta ceteros clientes [omnes], viros scilicet et mulieres ac pedissequas filios et filias cunctamque progeniem, eadem lege et ratione, prius memoratum ad monasterium condonavimus. Voluntatem vero secundum nostram, ut haec firma et indivulsa in ævum permaneant, hanc kartulam omni devotionis studio inscribi fecimus. Si quis vero, quod absit, diabolico errore stimulatus, heredum vel proheredum meorum, seu quælibet extranea aut obposita persona hanc traditionem infringere vel mutare studuerit, iram Dei omnipotentis et sancti Martini atque omnium sanctorum, si non respiscat, statim incurrat et ab introitu sanctae Dei aeclesiae anathematizatus se expelli agnoscat.

Facta sunt haec sub temporibus invictissimi imperatoris Henrici, reverendissimo archiepiscopo Hereberth Coloniensis aeclesie monarchiam regente, me ipso Baldrico Safflickensis aeclesie advocato atque defensore, <et post obitum vitae meae nullum habeant advocatum preter archiepiscopum.>

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief  
te 's Gravenhage.

Van deze oorkonde, de oudste van Gelderland en een der oudste van ons land, geef ik een facsimilé. De oorkonde heeft geene dagteekening, doch de gift geschiedde, toen Hendrik II keizer was, welke waardigheid hij den 14<sup>den</sup> Februari 1014 verkreeg, en op het einde van het jaar 1016 of in het begin van het volgende had Balderik zijne goederen verloren.

De laatste woorden der oorkonde, beginnende met: et post obitum, zijn door eene andere hand en met bleeker inkt, dan het overige van het stuk, geschreven. Lacomblet, *Urkundenbuch*, I, n<sup>o</sup>. 159, S. 98, die een oud afschrift der oorkonde raadpleegde, deelt mede, dat die woorden daarin ontbreken. Volgens dat afschrift, is het in het origineel onleesbare woord, dat ik tusschen [ ] invulde, omnes.

---

No. 137.

Graaf Balderik, in eene zware ziekte genezen door de reliquiën van den h. Ludger, hem te Zijflich gezonden, maakt zich wastinsig aan dien heilige en geeft 8 mansus te Widohowe aan het klooster te Werden.

Tusschen de jaren 1014 en 1017.

Quotiens aliqua a venerabilibus et Domini timentibus personis sanctae Dei ecclesiae, aut in prediis vel in aliis rebus pro animarum saluti conferuntur, ratum ducimus scedulae veracis adstipulatione confirmari, quatinus illorum memoria nobiscum sit frequentior nostraque pro illis oratio Deo fiat acceptior. Unde notum fieri cupimus omnibus, presentibus scilicet ac futuris, qualiter Baldricus comes egrotavit pene usque vitae suae desperationem, nos quoque propter amicitiam et familiaritatem, quam illi adhibuimus, reliquias sancti Liudgeri, patroni nostri, usque Saffiggi ad visitandum illum transmisimus et, ut credimus, ipso narrante, suffragantibus ipsi sanctis, ab infirmitate convaluit, statim ex parte et ad ipsas reliquias tradidit VIII mansus seque ipsum sancto Liudgero mancipavit debitorem in cera annis singulis unius sici, promisitque, cum primitus illi possibilitas aliquo pergendi daretur, monasterium sancti Liudgeri aditurum, hanc piam donationem ibi coram testibus stabiliturum. Dehinc non post multos dies veniens, sicut promisit, pro plena sui suaque contectalis Adalae memoria aeterna, tradidit illos prefatos mansus VIII in Widohoiwe, quatinus plena fraternitatis gracia, sicut unus fratrum nostrorum, nobiscum pociatur.

Creelius, *Collectae ad augendam nominorum propriorum Saxoniorum et Frisionum scientiam spectantes*, III<sup>a</sup>, S. 48.

Voor deze ongedagteekende oorkonde, in Liber maior privilegiorum van het klooster te Werden, weet ik geene betere plaats, dan, even als de voorgaande, tusschen de aangegeven jaren.

---

## No. 138.

Meinwerk, bisschop van Paderborn, bevestigt aan de kerk aldaar de gift van eene urbs in Plesse, ten noorden van Göttingen, waarvan hij de inkomsten gedurende haar leven aan zijne moeder Adela gegeven had.

15 September 1014.

Episcopus autem de bonis hereditariis in Saxonia positis urbem sitam in loco, qui Plesse dicitur, cum undecies centum mansis iam ante ecclesiae traditis, ipso die recognoscendo et reiterando ecclesiae delegavit et confirmavit; quibusdam bonis ecclesiis construendis designatis, tali conditione exceptis, ut si eo morte praevento ecclesiae imperfectae manerent, post obitum matris suae, cui ad temporis vitae subsidia haec concesserat, ecclesiae ipsi attinerent.

Vita Meinwerci episcopi, cap. 29, bij Pertz,  
Monum. Script., xi, p. 118.

## No. 139.

Meinwerk, bisschop van Paderborn, geeft aan de vrouw Ibican uitgangen te Emmerik.

Omstreeks het jaar 1015.

De Embriki domnae Ibican dedit episcopus x malder decimationum, xxiiii modios brasii, ii pernas et duo aratra decimationum.

Vita Meinwerci episcopi, cap. 119, bij Pertz,  
Monum. Script., xi, p. 131.

## No. 140.

Heribert, aartsbisschop van Keulen, geeft aan het klooster te Deutz de kerk te Setten, hem opgedragen door graaf Balderik en zijne vrouw Adela.

1 Augustus 1015.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter ego Heribertus, sanctę Coloniensis ecclesię, licet indignus, provisor constitutus, ecclesiam quandam in villa, quę dicitur Sethone, cum decimis suis ad supplendam prebendam concesserim fratribus divinis in laudibus desudantibus in monasterio sanctę et perpetue virginis Marię, quod egomet, divina favente elementia, in castello Tuitiensi construxi et dedicavi. Omnipotentis etiam Dei retribuētis unicuique secundum opera sua devotione preventus nostrisque benefactis illectus vir quidam ingenuus, nomine Baldericus, cum uxore Adela dicta, eandem

ecclesiam sui iuris et proprietatis, sitam in pago, qui vulgo dicitur Betuam, nulli alteri ecclesie quoquo modo subiectam, sed ut matricem se libere constantem, adnitente sancte Traiectensis ecclesie venerabili confratre et coepiscopo nostro, in cuius diocesi constructa continetur, cum decimis suis et omnibus ad eam pertinentibus mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, quesitis et inquirendis et cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire posset, in nostrum ius atque ditionem contradidit, ea videlicet rationis dispensatione, quatinus hanc sue devotionis oblationem in usum monachorum in supradicto monasterio Deo famulantium perpetualiter possidendam confirmarem.

Anno ergo Dominicę incarnationis millesimo xv, indictione x, regnante gloriosissimo imperatore augusto Henrico secundo, anno regni eius iii, episcopatus vero nostri xvi, kalendis Augusti, facta sunt hec Colonię coram altari b. Petri apostoli, in die, qui ab ecclesia sancta nominatur Ad vincula eiusdem Petri apostoli, in missarum celebratione, ubi allatis illic sacrosanctis reliquiis predicti monasterii, in presentia testium subscriptorum, legitima concessione nobis consignata ac per nos sanctorum eorum patrociniis collata, inconvulsa permanere auctoritate Dei et b. Petri apostoli decrevimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc traditionis nostre auctoritatem sciens contra eam venire eamque infringere vel in deterius immutare temptaverit aut in aliquo irrita fecerit, mala capiant eum in interitu suo et duplici contritione conterat eum Dominus Deus noster, si non satisfactione congrua emendaverit. Amen. Amen. Amen.

S. Heriberti Coloniensis ecclesie archiepiscopi. S. Folferti abbatis eiusdem monasterii. S. Wickeri prepositi de domo s. Petri. S. Alvoldi prepositi s. Gereonis. S. Notkeri episcopi Leodiensis ecclesie. S. Guizonis prepositi s. Victoris. S. Reginhardi capellani. S. Herimanni advocati Tuitiensis ecclesie. S. Cristiani comitis. S. Bilisonis comitis. S. Gerardi. S. Arnoldi. S. Germani.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 148, S. 91.

De jaren zijn niet juist. In Augustus van het jaar 1015 valt het 14<sup>de</sup> regeeringsjaar van Hendrik als koning, het 2<sup>de</sup> als keizer, de 13<sup>de</sup> indictie. De Luiksche bisschop Notger was reeds den 10<sup>den</sup> April 1007 overleden. Stelt men het jaar 1005 en het bisschopsjaar van Heribert 6, dan leveren de getallen, behalve dat der indictie, geen bezwaar. Lacomblet stelt de dagteekening op 17 Juli, doch hij vergiste zich door het cijfer xvi, achter: episcopatus vero nostri, te laten slaan op kalendis Augusti. Het feest s. Petersbanden wordt op den 1<sup>en</sup> Augustus gevierd.

Keizer Hendrik II geeft aan de kerk te Paderborn goederen, welke bisschop Meinwerk aan zijne moeder Adela had afgestaan, doch door haar, nadat zij wegens het vermoorden van haren zoon door het rijkshof te Dortmund ter dood was veroordeeld maar genade had gekregen, aan den keizer waren opgedragen.

10 Januari 1016.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, Dei gratia Romanorum imperator augustus.

Si ecclesiam Dei sublimationis omni studio // inservimus, aeternae retributionis premia nobis affutura esse speramus. Quapropter omnium fidelium Christi, presentium scilicet ac futurorum, noverit universitas, qualiter Meinwercus, sanctae Paterbrunnensis ecclesiae venerabilis episcopus, omnia predia, quae hereditario iure possederat, matri suae Adalae contradidit. Dehinc ipsa cum manu mariti et advocati sui Balderici comitis, consensu etiam heredum, eadem predia potestative nobis donavit. At nos perpetuae beatitudinis spe ac pia prefati episcopi dilectique nepotis nostri, qui se omniaque sua divino servitio mancipare gaudet prece et devotione commoti, predia eadem legitime nobis tradita, inter quae principales cortes sunt istae: Immideshusun, Walmonthem, Havurlon, Hikelhem, Mandelbiki, Golthbiki, Doddonhusun, Hokinneslevo, Wakereslevo cum appertinentibus villis, mancipiis utriusque sexus, silvis, viis et inviis, exitibus et redivis, molendinis, piscationibus, pascuis, venationibus, quesitis et inquirendis omnibusque utensilibus, quae quolibet modo dici vel nominare possunt, sanctae Paterbrunnensi ecclesiae in honorem sanctae Dei genitricis Mariae sanctique Kiliani martiris ac beati Liborii confessoris constructae, per hanc imperialem paginam largimur, omnium hominum contradictione remota. Insuper etiam imperiali auctoritate precipimus, ut nulla maior minorve persona aliqua iudiciaria potestate in eisdem prediis se intromittat, nisi advocatus, quem eiusdem ecclesiae episcopus sibi eligat. Si quis autem, quod absit, hoc nostrae donationis preceptum infringere ausus fuerit, centum libras auri persolvat, L eidem ecclesiae et L nostrae cameræ.

Et ut haec nostrae largitionis auctoritas firma et inconvulsa permaneat, hoc preceptum, inde conscriptum, manu propria corroborantes, sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum Heinrici invictissimi imperatoris.

Guntherius cancellarius, vice Ercambaldi archicappellani, recognovit.

Data III idus Ianuarii, indictione XIII, anno Dominicae incarnationis MXVI, anno vero domni Heinrici secundi regnantis XIII, imperii autem II.  
Actum Drodmania feliciter. Amen.

Erhard, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 88, p. 71,  
naar het oorspronkelijke te Munster.

Aangeklaagd door haren zoon Meinwerk, stond gravin Adela als maiestatis rea filique proprii parricida terecht voor het rijkshof in het jaar 1016 te Dortmund gehouden, en werd ter dood veroordeeld. Op aanzoek van velen ging Meinwerk tot den keizer, het overlatende aan eius iudicio et arbitrio, quomodo terminaretur, secundum quod honori imperii congrueret et animae eius expediret. Consulentibus ergo, qui aderant, gaf hij praedia quedam in Saxonia, quae haereditario iure possederat aan zijne moeder, die dezelve cum manu Balderici comitis, mariti sui et advocati, cum consensu heredum suorum, imperatori potestative contradidit; et sic interventu omnium vitam carnis obtinuit, et eternam mortem anime incurrit. Vita Meinwerce, cap. 132, bij Pertz, Monum. Script. XI, p. 133. De gift in de bovenstaande oorkonde vermeld was daarvan het gevolg.

No. 142.

Gravin Adela, ondankbaar voor de genade haar bewezen, benadeelt haren zoon Meinwerk, door het geven van goederen aan de abtj te Elten.

Na 10 Januari 1016.

Mater autem episcopi, existens ingrata de misericordia collata, iniquitati opposuit iniquitatem, modis omnibus querens alienare filio omnem haereditatem. Qua mentis vesania femineo furore debachata, x mansos in monte Lare, iuxta Heimmeberg in inferiori terra, ecclesiae sancti Viti in Eltene, quasi sub specie religionis, contulit. --- Quo celeri nuncio episcopus comperto, velociter partes terrae inferioris adiit eamque in monte Lare deprehendens, volentem fuga evadere, ad aquam Emme, de monte salientem, comprehendit et --- capi eam fecit. Homi- nibus autem matris eius, parti dominae suae faventibus et x mansos, quos sancto Vito dederat, licite eam dedisse et dare potuisse asserentibus, episcopus nihil preter iustitiam se exigere dixit, et eis ad suae iusticiae ostensionem reliquias sanctorum expetentibus, ipse non renuit. Illico allatis reliquiis de ecclesia vicina Rene, constructa in honore sanctae Cunerae, in quibus iurare consueverant, episcopus eas abiecit, et prolatis de apothecis suis reliquiis sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Blasii, super eas eos iurare fecit. Qui votis dominae suae temerariis satisfacere volentes, VII viri ad reliquias accesserunt et manus ut iurarent opposcentes, mox celesti plaga percussi, quatuor ex eis oculos amiserunt, aliis tribus erectae manus



obriguerunt et omnibus diebus vitae eorum tali plaga multati permanserunt. Manifestam ergo virtutem Dei matri proponens, tandem aliquando eam respiscere hortabatur, et se bonis beati Viti non indigere dicens, quae ei dederat, rata fecit.

Vita Meinwerici episcopi, cap. 135, bij Pertz,  
Monum. Script., xi, p. 134.

---

N<sup>o</sup>. 143.

Gravin Adela doet den West-Saksischen graaf Wichman vermoorden ; de Houberg wordt belegerd, door Adela, daar Balderik gevluht was, verdedigd, met lijfsbehoud door haar overgegeven en verwoest ; Balderik en Adela verliezen hunne goederen.

6 October 1016.

Wigman, comes occidentalis Saxoniae, inter se et Baldricum comitem reconciliata pace, persuadente callida, perfida et avara coniuge eiusdem [Adela] insidiis pessimorum in itinere dolose preceptus, occubuit.

Annales Quedlinburgenses, bij Pertz, Monum.  
Script., iii, p. 81.

Wigmannus comes ii nonas Octobris est occisus.

Annales Hildesheimenses, bij Pertz, a. w. iii, p. 95.

Wigmannus comes, utilis in omnibus patriae, ortatu secundae Herodiadis miserabiliter servili presumptione corrui. Sed unde hoc evenerit, lugubri sermone aperiam. Inter predictum et comitem Baldricum longa fuit contentio. - - - Wigmannus - - - pacis federe discordiam diu insanientem sedare meditatur et hostem amicabili petitione ad domum suam vocans, convivio et munere accepto placat et ab eodem ad confirmandum inceptae dilectionis vinculum invitatur, insibilante hoc per uxorem suam antiquo serpente, ut qui per vim nunquam capi potuit, dolosi saltim retibus ingenii vincerentur. - - - Inprimis optime suscipitur et ilico infecta veneno potionem turbatur. Post hoc nimio dolore protinus ingravescente, sequentem ibi vix exspectabat diem, et ut bene remuneratus et caritative salutatus abiit, militibus suis ibidem dolore tardatis, a quodam servo furtive prosternitur, presente eiusdem seniore Baldrico et hoc nullatenus ulciscente. - - -

Fugiente tum Baldrico et conscientiam in hoc manifestante, miseria talis fama vulgante dilatatur, et Thiedricus, sanctae Mirmingerdensis ecclesiae presul, materterae meae [filius], iuxta qui exspectabat, primus advenit, ac dilecti obitum amici merore questus insolabili, corpus usque ad Freteni civitatem comitatur, et hoc ad patres suos collocare

sumopere studuit. Dehinc missis per omnem hanc regionem suimet nuntiis, ipse comprovinciales et affines haec ad vindicanda excitat et cum valida manu urbem predicti hostis, nomine Upplan, possedit, contigua devastans loca et igne consumens. Advenit tandem Bernardus dux, nepos meus, qui iure filii prefati adhuc parvuli et tocius hereditatis tutor et nefandi criminis ultor extiterat.

Thietmari Chronicon, vii, cap. 33 en 34, bij  
Pertz, a. w. iii, p. 851.

Propinqui et omnes amici Wiemanni, omnium et maxime Adelboldus Traiectensis episcopus, qui illi ex hac re infestissimus factus est, hostem iudicaverunt et bona sua publicaverunt. Summa quoque diligentia clam, ne id ad cognitionem eius perveniat, legationes inter se mittere coeperunt, et quisque, prout possit, copias cogat, et ad constitutam noctem et certum locum conveniant et intra munitionem Baldericum, si fieri posset, obsideant. Quod cum a cupientibus celeriter administraretur, hostis consuetudine sua ante primam confectam vigiliam, timens periculum obsessionis, oppido cum paucis egressus est. Qui in tenebris, conspectu adempto, hostes videre non potuit, set exaudito tumultu adventantium perterritus, celeri fuga evasit. Castellum obsidetur, omnes vici et privata aedificia ad se pertinentia ubique vastantur et magno numero pecoris et ceterarum rerum potiuntur. Dein, quae ad pugnam praeparaverant, expediunt. Summa vi ab utrisque certatur, set oppidanos in hoc superari, quia, cum multi accessissent et defatigatis alii successissent, propter paucitatem defendentium ex his nihil ab eis fieri potuit. Mulieres quoque, galeis capitibus superpositis, per murum disposuerunt et per eas speciem pugnantium praebuerunt, ut visa quasi copia armatorum desperationem oppidi potiundi hostibus darent. Talibus incommodis fatigati, aliquot diebus aegre obpugnationem sustinent. Set haec sola res remedio illis erat, quod locus ex planitie natura paululum adclivis et aggere egregie elevatus et muro, quod in illis locis rarissimum est, circumdatus erat. Huic firmitati potius, quam sibi ipsis confidebant. Set cum imperatorem adpropinquasse cognoscerent et eius castra procul extrui animadverterent, desperata salute de deditioe ad hostes legatos miserunt. Quibus Adelboldus episcopus et Bernhardus dux veniam dederunt, et uxorem Balderici cum suis rebus omnibus abire permisérunt. Castellum vero, muro diruto et subverso, incendio consumpserunt. ---

Baldericus domo expulsus et omnibus fortunis amissis, ad sacerdotem Coloniensem [Heribertum] abiit, qui eius recentes calamitates

commiserans sedem in civitate delegavit stipendiumque constituit. Gerhardus quoque Mosellensis Hengibach illi accommodavit, ut, quo se recipiat, habeat et tutus ab hostibus existat.

Alpertus, De diversitate temporum, II, cap. 13, p. 41,  
cap. 16, p. 45 der uitgave van Dederich.

Balderik sprak eens, volgens Vita Meinwerchi, cap. 140, bij Pertz, Monum. Script., XI, p. 135, in Radinheim, de solario eminentiori quaquam versus prospectans, et loci qualitatem situsque sui multiplicem utilitatem considerans: Cum Deus omnia posse dicatur, quomodo me in tanta seculari gloria, in tanta omnigenarum rerum copia, ad inopiam redigere posse credatur? Nam Renus praeteriens habundanter visus et usui delectabilia, saltus adiacens volucrum et bestiarum sufficienter necessaria administrat, et de tantis divitiis subici posse inopiis opinari, frivolum constat.

Nu eet hij het genadebrood zijner vrienden.

---

N<sup>o</sup>. 144.

Friezen vestigen zich in het bosch Merwede; handel en wandel der inwoners van Tiel, welke plaats door de rivier van Zandwijk is gescheiden.

In de jaren 1017 en 1018.

Anno uno antequam concilium Noviomago indictum esset, luna post mediam noctem hiberno tempore defecit, et rege sequenti anno in eodem loco consistente, in paschali hebdomade solis eclipsis facta est. Tertio quoque anno cometes in aquilonari parte coeli longissimis crinibus et pallida specie visus est. Sequuntur hoc signum multa bella et in plurimis nationibus maximus sanguis hominum per praelia fusus est.

Antequam hoc prodigium in coelo appareret, circa litus oceani bellum coortum est. Huius belli haec causa fuit. Pars Frisiorum, sedibus suis relictis, in silva Meriwido, de qua supra diximus, habitacula construunt consederunt, et adiunctis sibi praedonibus magna mercatoribus dampna intulerunt. Praedones vero, eis postea subiugatis, singulis ad modum uniuseuiusque culturae ad extirpanda novalia terram diviserunt eamque colere iusserunt et sibi vectigales fecerunt. Unde mercatores Tielenses, qui etiam specialiter prae ceteris facile ad quascumque querimonias excitandas accenduntur, crebro regem interpellabant, ut pro sua gratia eos ab his iniuriis defendat, si id non faciat, neque se causa negotiandi in insulam [Britanniam] venire, neque ad se Britannos commeari posse et ideo vectigalia sibi, ut oportebat, plenius provenire non posse dicebant. Set libet pauca, non detrahendo, set ex intimo corde condolendo, hic inserere, quibus moribus et institutis isti Tielenses ab aliis vicis [viris] differant. Homines sunt duri et paene nulla disciplina adsue-

facti, iudicia non secundum legem set secundum voluntatem decernentes, et hoc ab imperatore karta traditum et confirmatum dicitur. Si quis quicquam ab alio mutuam sive accommodatum acceperit, et ille ad constitutas inducias rem suam repetit, constanti animo inficias it, et sine mora se nihil ab illo accepisse iurat. Et si quis deprehensus fuerit publice peiurasse, a nullo posse redargui confirmant. Si rem quoque una manu tenuerit, si tantilla est, ut pugno includi possit, cum altera iuramento denegabit. Si quis Dei fidelium apud imperatorem intercedat, ut haec scelera interdicat, ne tot animae cotidie pereant, magnam profecto a Deo remunerationem sibi donandam sperare poterit. Adulterium in culpam non ducunt: quamdiu uxor tacuerit, virum per nefaria scelera sordescere licitum habent, et talia agentem neminem praeter uxorem in synodo interpellare debere. Summo mane potationibus student, et quisquis ibi altiori voce turpes sermones ad excitandum risum et ad vinum indocile vulgus provocandum protulerit, magnam apud eos fert laudem. Siquidem ob hoc pecuniam simul conferunt, et hanc partitam singulis ad luera distribuunt, et ex his quoscumque potus certis temporibus in anno cernunt, et in celebrioribus festis quasi solempniter ebrietati inserviunt.

Alpertus, De diversitate temporum, II, cap. 19 en 20,  
p. 47 der uitgave van Dederich.

Epistola custodis Tilensis ad Immonem diaconum.

Santwichem villa, quam a Tyela flumen dividit, quae tibi quoque nota est. In hac erat vir habens uxorem speciosam et honestae vitae laudabilem, nomine Vulgod, quae, sive illud dixerim illusionem daemonum sive phrenesim patiebatur, quidquid tamen horum esset, certe sanae mentis non erat. - - - Commiserati eius vexationem fecimus eam flumen transferri et ante altare s. Walburgae poni. Post paucos autem dies orationibus et meritis sanctae virginis pristinae sanitati erat restituta. - - - Si testem huius signi habere cupis, fratrem tuum, an ita se res habeat interrogabis, qui hanc, marito suo in illa miserabili caede Frisiorum interfecto, duxit uxorem.

Vita s. Walburgis, in A. A. S. S. Boll.  
25 Febr. III, p. 548.

Het Concilie te Nijmegen had plaats in Maart 1018, de maaneclips den 5<sup>den</sup> November 1017, de zoneclips den 8<sup>sten</sup> April 1018 en de slag tegen de Friezen den 29<sup>sten</sup> Juni van laatstgenoemd jaar.

N<sup>o</sup>. 145.

Gravin Adela, die te Keulen van prebenden leefde, sterft en haar zoon bisschop Meinwerk en hare dochter Adela, non in de abdij te Elten, verdeelen hare goederen, in de Nederlanden gelegen.

In het jaar 1017.

Illa [Adela] Coloniam divertens habensque aliquamdiu de ecclesia principali itemque de ecclesia Tuiciensi praebendam, ibidem moritur. ---

Mortua itaque matre sua hoc modo, episcopus cum sorore bona hereditaria in inferiori terra divisit, et illa partem suam sancto Vito in Eltene conferente, ipse suam cenobio, quod in civitate Patherbrunnensi --- inchoaverat, delegavit.

Vita Meinwerci episcopi, cap. 140 en 141, bij Pertz, Monum. Script., xi, p. 135.

Van Spaen, Inleiding, i, bl. 143, en Historie, bl. 44, neemt aan dat Adela in het vermelde jaar gestorven is en wel kalendas Aprilis, volgens het doodboek van Deutz.

In het Necrologium Abdinghovense, bij Eccard, Historia genealogica principum Saxoniae, p. 33, staat: viii idus Augusti obiit Adela mater Meinwerci episcopi, waarmede overeenstemt het Necrologium ecclesiae Coloniensis maioris, bij Boehmer, Fontes, iii, p. 343.

N<sup>o</sup>. 146.

Graaf Balderik staat wegens den moord van graaf Wichman terecht voor de rijkssynode te Nijmegen.

16 Maart 1018.

His actis rebus, de nece Wiemanni cum Balderico quaestionem habere instituit. Cumque ad hunc conventum multi adessent, imperator Baldericum, publica data fide, advenire iussit. In quem quum acerrimae sententiae proferrentur, et ille summo conatu se inculpabilem per omnes iustitias, quas imperator constitueret, demonstrare cuperet, dux Godefridus et Bernhardus omnem purgationem sui faciendam legibus interdixerunt, propterea quod saepius inter illum et Wiemannum fides et pax sacramento firmata, semper ille prior discidium fecerit, et ideo eius satisfactionem ulterius non recipendam esse, qui convictus tam manifestis indiciis periurus existeret. Cum loqui conantem vocem eius, ne causam suam diceret, interciperent et in eum frenderent, saevientes ob innocentis mortem, et vix conspectum eius ferrent, res iam paene in eo erat, ut militum manibus discerperetur. Cumque videret se in arto positum et evadere posse diffideret, voce magna clamavit, petens auxilium regis. Clamore eius audito, surrexit

rex et extensa manu, ne publicam datam fidem laederet, ex manibus saevientium eripuit et iam desperatum abire a facie eius iussit. Quem archiepiscopus suscipiens magna cura tuebatur et ab hostibus vix ereptum Coloniam remisit.

Alpertus, De diversitate temporum, II, cap. 17,  
p. 45 der uitgave van Dederich.

Nadat Balderik door den aartsbisschop van Keulen en Gerard Mosellanus was opgenomen, gelijk onder n<sup>o</sup>. 142 is gezegd, maakte hij zich door verraad meester van Munna of Monterberg bij Kalkar. Dit verlevendigde zijne hoop op eene betere toekomst. Doch de keizer liet Munna verwoesten. Na dit medegedeeld te hebben gaat Alpert voort, zooals hierboven staat.

Op den opgegeven dag werd, volgens Thietmar, Chronicon, lib. VIII, bij Pertz. Monum. Script., III, p. 863, te Nijmegen eene synode gehouden, waarin bepalingen omtrent het vieren van de mis werden vastgesteld.

#### No. 147.

Heribert, aartsbisschop van Keulen, geeft aan de kerk te Deutz de curtes Antwilre, Rijnwijk, Velp, Ellekum en Setten, hem opgedragen door graaf Balderik en zijne vrouw Adela, welke laatste drie mansus in Puire en de tienden van 4 mansus geven.

3 Mei 1019.

In nomine sanctę et invideę Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti.  
Ego Heribertus, sola Dei gratia archiepiscopus, omnibus Dei fidelibus,  
tam presentibus quam futuris.

Quoniam bonorum nostrorum egens, etc.

Alteram vero curtim et ecclesiam tradidi etiam illuc, quę Antwilre dicitur, quam dedit mihi comes Baldricus et coniux eius Atela.

Preterea dederunt etiam ipsi ex se ad ipsum altare in die dedicationis eius tres mansus in Puire et decimas quatuor mansorum. Etc.

Tres quoque alias curtes, quas dedit mihi comes Baldricus, Rinwich, Vellepe et Ellingen, similiter illuc dedi. Etc.

Ecclesiam in Settene cum decima. Etc.

Signum Notkeri Leodiensis episcopi. Etc.

Anno Dominicę incarnationis millesimo XVIII, indictione II, v nonas Maii, anno domini Henrici gloriosi imperatoris XVIII, mei vero episcopatus XXI, acta sunt hec.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 153, S. 94.

Notger, bisschop van Luik, die deze oorkonde onderteekend zou hebben, was reeds den 10<sup>den</sup> April 1007 overleden. De vorm der oorkonde is dus verdacht.

## No. 148.

Meinza, eene vrije vrouw te Varik, maakt zich hoorig aan het s. Adalberts-stift te Aken, om een huwelijk te kunnen aangaan met Bodekin, hoorig aan dat stift.

12 November 1020.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, quod quedam libera femina Meinza, precibus et promissis prepositi Alberti et Harvardi advocati, cuidam Bodekino, servienti ecclesie s. Adalberti in Aquisgrani, legali matrimonio nubens, libertatem suam Deo sanctoque martyri Adalberto cum bona voluntate obtulit, et legem legitimorum servientium, qui neque censum capitis solvunt, neque placitum alicuius advocati servant, sponte sua subivit, et eandem legem legitimorum servientium omni propagini sue relinquens, karta et sigillo traditionis sue memoriam sibi et posteris suis confirmari fecit. Hec determinatio sub anathemate confirmata est a tota congregatione ecclesie, ne aliquis a legitimo iure servientium audeat eos infringere.

Huius rei testes sunt prepositus Albertus, Hawardus advocatus et filius eius Hildeboldus, Gerhardus, Binzo, Egeno, Azo, Alekinus, Irenfridus et alii boni viri.

Actum est in Valdrica, ii idus Novembris, anno Dominice incarnationis MXX, indictione III, regnante Heinrico anno IX, Traiectensi ecclesie presidente Adelboldo episcopo anno XI, ad laudem et gloriam Illius, qui est benedictus in secula. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 157, S. 97.

Het regeeringsjaar van Hendrik moet 19 zijn.

## No. 149.

Graaf Balderik sterft en wordt te Zijflich begraven.

5 Juni 1021.

Qui [Baldericus] post hinc triennium aeger factus in Hengibach moritur corpusque eius in possessionem suam Sefluche defertur et ibi sepelitur.

Alpertus, De diversitate temporum, II, cap. 17,  
p. 46 der uitgave van Dederich.

Iunii. Nonis. Baldricus comes.

Necrologium der abdij Deutz, in Lacomblet's  
Archiv, v, S. 266.

Alpert vermeldt dit onmiddellijk na het voorgevallene op de synode te Nijmegen, den 16<sup>den</sup> Maart 1018 gehouden, zoodat het overlijden in het aangegeven jaar plaats vond.

De Roomsche keizer plaatst van twee Vlaamsche broeders Gerard te Wassenberg en Rutger te Kleef. Ailbertus, een bloedverwant van hen en van Gerard, graaf van Gelre, van Gozewyn van Heinsberg, van graaf Hendrik van Krikenbeek en van graaf Theoderich van Kleef, sticht in het jaar 1104 eene kerk te Rolduc of Kloosterrade.

Na het jaar 1021.

Fuerunt in Flandrensi provincia duo nobiles germani fratres apud seculum praeclari et potentes, quorum alter Gerardus et alter vocabatur Rutgerus, invicti videlicet patriae et reipublicae tutores. Unde gravissimis contra se exortis a principibus terrae illius praeliis, contulerunt se obsequio Romani imperatoris, qui locavit Gerardum apud Wassenberch et Rutgerum apud Clive, traditis utrique tot et tantis terrarum beneficiis ut et ipsi et eorum posteri ex rerum felicitate principes facti sint huius regionis. Horum igitur nobili ex progenie in natali eorum terra remanente, surrexit vir illustris Amoricus nomine, habitans quidem apud oppidum, cui nomen est Anthonium, non longe a Thornaco civitate.

— — —

Qui cum nobilis esset vitae, nobili quoque conducta uxore, genuit ex ea dilectissimos sibi liberos et pro naturali iure sibi diligendos. Unum tamen precipue quasi illius felicitatis prescius dilexit ante alios, cui vocabulum erat Ailbertus, qui etiam ab alienis pre omnibus aliis est adamatus. Unde precogitato quasi prophetali consilio dilectissimum sibi puerum non relinquere apud seculum, tradidit illum Thornacensi ecclesiae litterarum officio et clericali religione informandum, ut canonicus eiusdem factus ecclesiae, ibidem cum ceteris domino Deo servituri divinae religionis persolveret obsequium.

— — —

Consummata igitur predicta, quam sacerdos [Ailbertus] construxerat ecclesiam [iuxta Thornacum], et ad usum divini cultus consecrata, egressus est ipse de natali terra versus orientem itinere directus, comitantibus secum duobus germanis fratribus, quorum alter Thyemo et alter vocabatur Walgerus, quibus ipse erat tertius, comprobante Domino, qui direxit eos, quod fidelis et idoneus sanctae Trinitatis cultus suus esset sacerdos.

— — —

Sacerdoti incidit in corde, inter Renum et Mosam locum incultum querere, ubi ex proprio labore Domino posset deservire.

— — —



Et preterito Traiectensi oppido circuierunt ubique partes Riphariae sine prosperitate inquisitionis suae, quia nusquam invenerunt locum, ubi sacerdos vellet permanere. Quasi disposuisset Dominus eum quamvis nescium in Rodensem locum perducere.

Sacerdos preterea et fratres eius natione erant cognati comitis Gerardi de Gelren, et Goswini de Hemesberch, et comitis Henrici de Krikenbach, et comitis Theoderici de Clyve, quos pariter et hos eodem tempore constat vita vigiisse. Illi enim fuerant pronepotes duorum fratrum illorum Flandrensium, unde narratio haec sumpsit exordium, ex quorum etiam progenie tres isti fratres edocti sunt processisse. Horum ergo consanguineus cum esset sacerdos et fratres eius, noluit tamen ad eos, quasi subsidium petiturus gressum divertere, quia soli Deo commendavit spem peregrinationis suae. His diebus ingressus est suum Rodense castrum comes Adelbertus de Saphenberch dictus.

— — tradidit ei [Ailberto] locum Dei servitio mancipandum.

Anno Dominicæ incarnationis m<sup>civ</sup>, regni autem imperatoris Heinrici huius nominis quarti xlvii, sedis vero Obberti Leodiensis ecclesiae episcopi decimo tertio, indictione xii, ingressus est locum hunc Ailbertus.

Annales Rodenses, bij Pertz, Monum. Script.,  
xvi, p. 693.

De inhoud van dit stuk, voor de geschiedenis van den oorsprong der graven van Gelre gewichtig, is het eerst bekend gemaakt door Van Spaen, Inleiding, II, bl. 90. Hij ontving het van Ernst, die het later opnam in zijne Histoire du Limbourg, VII. De gissing is niet al te gewaagd, dat de keizer aan Gerard gaf de goederen door het overlijden van Megingoz, die geene zonen naliet, in het jaar 1001 opengevallen, en aan Rutger die van graaf Balderik, die bezittingen had op den linker oever van den Rijn. Van Spaen, Historie, bl. 50, stelt, zonder bepaalde reden op te geven, de verplaatsing der gebroeders in het jaar 1020; ik meen te mogen aannemen dat zij geschiedde na het overlijden van Balderik in het jaar 1021. Blijkens eene oorkonde van het jaar 1025 waren zijne goederen aan de kroon vervallen. Dit kan geschied zijn bij vonnis of het gevolg zijn, dat hij zonder zonen na te laten overleed. Bij zijn dood bezat hij nog Zijlich, waar hij begraven werd. Zie n<sup>o</sup>. 148.

#### No. 151.

Koning Konrad II geeft al het recht, dat hij op de hoorigen in den hof te Gent heeft, aan het klooster te Laurisham.

14 November 1024.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Cunradus, divina favente clementia rex.

Si iura nobis regali potentia collata ecclesiis Dei benivola devotione concedimus, nobis hoc maxime ad statum regni et ad remedium animae nostrae profuturum confidimus. Quapropter noverit omnium Christi nostrique fidelium, tam praesens aetas, quam et successura posteritas, qualiter nos interventu ac petitione Giselae, coniugis nostrae dilectissimae videlicet reginae, nec non ob assiduum fideleque servitium Reginbaldi abbatis omne ius, quod ad nostram regalem respicit manum in mancipiis ad curtem Gannita pertinentibus, Laurishammensi monasterio, in honore sancti Nazarii martyris constructo, cui idem venerabilis abbas praesidet, larga donatione concessimus; ea scilicet ratione, ut nullus comes, vicecomes, aut alia quaelibet iudiciaria persona in eisdem mancipiis aliquam deinceps habeat sui iuris exercendi potestatem, sive ad placitum suum constringendi, seu bannum persolvendi, nisi praedictus abbas suiue successores, et quem ipsi advocatum elegerint.

Et ut haec nostrae concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat aevo, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Udalricus cancellarius, vice Aribonis archicapellani, recognovi.

Data XVIII kalendas Decembris, anno Dominicæ incarnationis MXXIII, indictione VII, anno vero domini Cuonradi secundi regnantis primo. Actum Niuhsse.

Codex Laurishamensis diplomaticus, I, p. 160.

#### Nº. 152.

Koning Konrad II geeft aan Werner de goederen, die in het graafschap van wijlen Balderik aan hem vervallen waren, in welke gouwen ook gelegen, te weten in Hummelo, Angerlo, Voorthuizen, Didam, Eliza, Swelle, in de Veluwe Mercede, Tongeren, Doesburg, Dieren, Hecra, Soeren, Heheim, Dule, Doornspijk, Helbergen, Voorst, Asewijn, Eltna, Lopena en Westervoort.

In het jaar 1025.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Cunradus, Divina favente elementia rex.

Noverit omnium Dei nostrique fidelium universitas, quia nos ob interventum ac ingens devotumque servitium dilecti nostri Brunonis, Augustensis videlicet episcopi, fideli nostro Wenero omnia predia cum mancipiis utriusque sexus, que in comitatu quondam Balderici ad nostrum regale ius acquisita sunt, in quibuscunque pagis sita sunt, scilicet ad Hummela VIII mansos, Angarlo II, Fordhuson XIII, Diedehun V,

Elisa x, Swelle i et dimidium, in pago Felewu dicto; ad Mercede mansum i, Tungren i, Dusbarg i, Diederna ii, Hecra i, Sorna i, Heheim ii, Dule iii, Dornspic iii, Helberga iii, Forste ii, Asawon ii, Eltna i, Lopena ii, Westervurd ii, cum areis, edificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, venationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, quaesitis et inquirendis, vel cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire poterit, perpetualiter habendum tradidimus, ea videlicet ratione, ut predictus Wernerus liberam dehinc habeat potestatem de supra nominatis prediis quidquid sibi placuerit faciendi.

Et ut hec nostre donationis auctoritas stabilis et inconversa omni permaneat aevo, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Cunradi regis invictissimi.

Udalricus cancellarius, vice Aribonis archicancellarii, recognovi.

Datum indictione vi, anno Domini incarnationis mxxv, anno autem Conradi secundi . . . .

Boehmer, Acta imperii selecta, 1ste Hälfte,  
no. 43, S. 41.

Vgl. over deze oorkonde Van den Bergh, in Nijhoff's Bijdragen, Nieuwe reeks, v, bl. 49.

Wipo, Vita Chuonradi imperatoris, cap. 4, bij Pertz, Monum. Script., xi, p. 26, zegt, dat Konrad zijne hofhouding — dispositio curialis — luisterlijk inrichtte; ad quam rem plurimum valuit ingenium Augustensis episcopi, — — — sic etiam Werihari militis, quem rex longe ante cautum consiliis, audacem bellis, frequenter secum experiebatur.

### N<sup>o</sup>. 153.

Odo, proost van Utrecht, door Immo gevangengenomen, ontvangt van hem tot genoegdoening twee mansi in villa Wamel en draagt die over aan twee congregatien te Utrecht, kunnende Immo of zijne erven die mansi terugontvangen voor 20 Tielsche ponden of 40 marken, 7 paarden, evenveel schilden, lansen en tunica's.

In het jaar 1026.

Odo prepositus, tempore Adelboldi venerabilis episcopi, captus est ab Immo, pestilente et profano. Ob hoc idem Immo ab episcopo sepe vocatus eidem preposito pro satisfactione tradidit ii mansos in villa Wamelo. Unde statim prepositus, per manus advocati sui Popponis, eosdem mansos tradidit fratribus duarum congregationum in Traiecto, secundum conductum eiusdem Immonis in Thrile, coram presentia supradicti presulis atque ducis Godefridi eiusque fratris, scilicet marchionis Gozelonis omniumque nobilium

et ingenuorum in circuitu eommanentium, ea conditione, ut, si idem Immo, vel aliquis coheredum eius, fratribus supradictis persolveret xx libras Thielenses, hoc sunt xl marce, et vii equos totidemque scuta, et totidem lanceas, cum totidem tunicis, in eius ius sepedictum predium redire posset.

Liber donationum ecclesiae maioris

Traiectensis, p. 28, te Utrecht.

Dit stuk wordt in Liber donationum onmiddelijk voorafgegaan door eene oorkonde van het jaar 1026, waarbij de nobilis Berta zich hoorig maakt van een altaar in het Nieuwe klooster te Utrecht en waarbij Godfried, zoon van hertog Gozelo, tegenwoordig was. Daar nu ook een Udo of Odo, volgens Van Heussen, Historia episcopatus Ultraiectensis, I, p. 50, in het jaar 1026 proost te Utrecht was, is er geen bezwaar dat jaar voor het stuk aan te nemen.

Godfried en Gozelo waren zonen van hertog Gozelo van Lotharingen, na wiens dood in 1044 de eerstgenoemde zoon, bijgenaamd: met den baard, aanspraak maakte op geheel Lotharingen, waarvan hij reeds een gedeelte bestuurde en waarover hij met koning, later keizer Hendrik III in oorlog geraakte. Vgl. Jaerschkerski, Godfried der Bärtige, Herzog von Lothringen und Markgraf von Toscana, Göttingen, 1867. Deze vergist zich, wanneer hij S. 13 zegt, dat Godfried eerst in het jaar 1033 vermeld wordt.

#### Nº. 154.

Koning Konrad II geeft aan de kerk van s. Marten te Utrecht een comitatus in Teisterbant.

14 Iuni 1026.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Conradus, divina favente clementia rex Francorum, Longobardorum et ad imperium designatus Romanorum.

Quoniam non dubitamus multum proficere peccatricibus nostris animabus ecclesiasticas res humanis augeri beneficiis et honorificis sublimari dignitatibus, regalem decet personam minimum renuere, cum ab aliquo fidelium suorum pro hac eadem re quid commonetur aut petitur facere, sed omni intentione commonita ac petita largiter adimplere. Talibus enim saluberrimis intentionibus antecessores nostros semper vidimus invigilare et ad huiusmodi beneficium commoveri posse. Inde etiam sensimus illos temporaliter multum vigere et, quod est multo melius, inde nunc eternaliter cum Christo gaudere confidimus. Huius ergo desiderii fomite cordetenus accensi, voluntas constat nobis eorum exemplis eadem ratione eodemque modo sanctorum suffragia promereri, ut, dum nobis eadem subsistit promerendi facultas, similium succedat eventuum, sanctorum interventu, pro-

speritas. Ceterum ne nostra voluntas omnino verbis inhereat, sed saltem aliquo modo factis appareat, notum fieri volumus omnibus in Christo fidelibus, presentibus scilicet atque postvenientibus, qualiter nos, interventu ac petitione dilectę coniugis nostrę Gisle, nec non familiarium nostrorum Aribonis, archiepiscopi sedis Magontinensis, et Adelboldi, episcopi Traiectensis eccliesię, comitatum, in Testerbant situm, ad Traiectum sancto Martino et eiusdem sedis episcopo suisque successoribus postfuturis cum omni utilitate, que pertinet ad eundem comitatum, perpetualiter habendum tradidimus, ea videlicet ratione, ut nullus posthac in illo comitatu potestatem aliquam exerceat extra preſulis prescripti licentiam, quia sibi totum concessimus quicquid utilitatis in illo habuimus. Sed ut firmiora sese inibi haberent iura legalia, bannum statuimus illi dare, quemcumque vellet episcopus ad nostra regendum eligere.

Ut hec nostra auctoritas firma et inconvulsa omni permaneat evo, hanc paginam inde conscriptam propria manu roborantes, sigillo iussimus insigniri.

Udalricus cancellarius, vice Aribonis archicapellani, recognovi.

Data xviii kalendas Iulii, indictione viii, anno Dominicę incarnationis mxxvi, anno vero Conradi secundi regni ii.

Cremonę actum est.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 26<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Bondam, Charterboek, no. 7, bl. 100, gaf deze oorkonde uit naar een transumpt van den officiaal van den bisschop van Utrecht van den 17 November 1531, en verdedigde in de noot *b* hare echtheid, volgens Van Spaen, Inleiding, iii, bl. 185, meesterlijk, waarmede instemt Böhmer, Regesten, no. 1304, S. 66. Vgl. echter Stenzel, die Fränkische Kaiserzeit, ii, S. 189.

### N<sup>o</sup>. 155.

Keizer Konrad ii bevestigt de giften aan het klooster op den Hoogen Horst gedaan door de bisschoppen Ansfriid en Adelbold, te Driel, Ermelo, Zandwijk en Hemert en wat de gravin Adela had opgedragen in Lienden, Hemert, Oosterbeek, Elst en Velp.

3 Februari 1028.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Conradus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Ad praesentem prosperitatem et ad aeternam spem sibi profecturum putat, quisquis ecclesias Dei vel a fundamento locat, vel a perversis dirutas redintegrande locupletat. Etc.

Haec sunt ea bona, quae ab Anfrido eidem coenobio sunt collata: atrium Trihele cum omni eius familia et cum omni districtu, qui ad illud pertinet, et dimidium theloneum census in Fugthe, et quinque ecclesias, sitas in loco Hermelo, Rheten, Santwick, Hemerthe, Lusedin; inter villas Hese et Soys quatuordecim mansos cum omnibus familiis. Haec autem donatio Adelboldi ad supradictum monasterium, videlicet omnia praedia, quae sibi libere Adela comitissa dedit, atrium Lienna, Windesheim, Hamerthe, et iuxta Merwede iacet unus locus, qui vocatur Swindrechtweert, habens in longitudine et latitudine decem miliaria et dimidium, in Mandron et in Seys sex mansos et dimidium, in Twente atrium Ulft, tres mansos, quos comes Theodericus sibi reddidit ad satisfactionem, unam ecclesiam Rottae, decimationes de Daventria, de suo atrio de Gezze, de Oesterbeke, de Eleste, de Vollepe, de Seiste, de Amersforde, et tres mansos, unum in Daventre, secundum in Eleste, tertium in Vallepe. Haec bona data, vel in posterum danda, praefato coenobio denuo confirmamus.

Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni tempore perseveret, hanc chartam inde conscriptam nostra subscriptione manu roboratam, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Conradi invictissimi Romanorum imperatoris augusti.

Deodricus [Oudalricus] cancellarius, ad vicem Aribonis archicapellani, recognovi.

Data III non. Februarii, indictione x, anno Dominicae incarnationis MXXVIII, anno autem domini Conradi secundi regnantis IV, imperii VI. Actum Traiecti feliciter. Amen.

Matthaeus, *Foundationes ecclesiarum*, p. 194.

In het jaar 1028 viel de tiende indictie en in Februari het eerste keizersjaar van Konrad.

### No. 156.

Ludolf, echtgenoot van Mathilde, dochter van Otto graaf van Zutphen, sterft, nalatende twee zonen: Hendrik en Kuno, die beiden kinderloos overlijden.

11 April 1031.

SUB

OBSCURIS HORUM LAPIDUM ANGUSTIIS

CONQUIESCUNT

DUO CONSPICUA SERENISSIMAE STIRPIS PALATINAE

SIDERA,

LUDOLPHUS, EHRENFRIIDI COM. PALATINI,

ET MATHILDIS, OTTONIS II IMP. AUG. FILIAE, CONIUGUM,  
 HUIUS ABBATIAE FUNDATORUM, FILIUS PRIMOGENITUS,  
 CORPORE ROBUSTISSIMUS,  
 ARĒPI. COL. SUPREMUS MILITIAE PRAEFECTUS,  
 HENRICUM ET CUNONEM,  
 BAVARIAE POSTEA DUCEM,  
 EX MATHILDE OTTONIS ZUTPHANIAE COMITIS FILIA  
 GENITOS, RELIQUENS PUPILLOS,  
 ET HENRICUS,  
 IN PRAEFECTURA MILITARI ET ADVOCATIAE BRUNWIL.

MUNERE LUDOLPHI PATRIS SUCCESSOR,

HEU, IN IPSO VITALIS LUMINIS INCREMENTO

ILLE III ID. APR. HIC PRIDIE CAL. NOV. ANNO XTI MXXXI,

A FUNDATIONE VIII, OCCIDERUNT IN TERRIS AT INDE CLARIUS  
 ORITURI IN COELIS.

HAC HONORIS POSTHUMI TESSERA AB OBLIVIONE VINDICATI

Grafschrift in de abdij Braunweiler, in Annalen  
 des historischen Vereins für den Nieder-  
 rhein, Heft VII, S. 20.

De Brunwilarensis monasterii fundatio, bij Pertz, Monum. Script., XI. p. 398 en 403, heldert dit grafschrift op. De paltzgraaf Erenfried, later Ezo, ook wel Ezzelinus genoemd, won — zoo wordt gezegd — in het schaakspel Mathilde, de zuster van keizer Otto III, tot vrouw. Legitimo humanae procreationis tempore exacto, nati sunt eis filii tres: Hermannus, Otto, Ludolphus; filiae septem: Richza, Adelheit, Ida, Mathild, Theophanu, Heyleweig, Sophia. --- Ludolphus, maior natu, quod erat animo acerrimus et corpore robustissimus, militarique prorsus virtuti aptissimus, praeter parentum glorias et divitias, comitatum seu praefecturam adeptus est, scilicet ut ingruente bellicosi discriminis articulo, Coloniensis archiepiscopi legionis signifer, id est primipilarius, esset. Hic filiam Ottonis comitis de Sudveno, nomine Mathildem, in coniugem accipiens, duos aequae per omnia sibi simillimos ex ea generavit filios: Henricum videlicet et Cunonem; quorum alter suam post mortem eius comitatum, alter vero Bavariae meruit ducatum [in het jaar 1049], verum a vita excessit uterque sine stirpis successione. Sed Cunonis interitus haec causa extitit, quod contempta imperatoris Henrici filia, [in het jaar 1053] quam uxorem accipere debuerat, et ob hoc sui ducatus honore depulsus, sed propere Ungaris amicitia coniunctus est. Horum etenim auxilio moliebatur eum non solum bello pulsare, sed et regno privare, si posset. Quod tale tantumque facinus frustra conatus est; nam veneno, quod coquus suus per immissionem imperatoris pro pretione pecuniae prandio eius immiscuerat, [in het jaar 1055] extinctus est. - - -

Ludolphus solus filiorum eius tribus ante transitum eius annis in ipso Brunwilrensi oppido, cuius advocacionem primus post patrem habuit, relinquens eam filio suo Cunoni, defunctus, et ibidem est conditus; iuxta quem et Henricus filius eius situs est.

Meinwerk, bisschop van Paderborn, geeft aan het nieuwgebouwde klooster Abdinkhof, eigendommen te Renkum, Putten, Voorthuizen, in Teisterbant te Tuil, Haaften, Gameraen, Hellouw en Nieuwaal.

2 November 1031.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Rerum omnium creatorem Deum summum et incommutabile esse bonum, omnium constat ratione fidelium: etc.

Hac igitur ratione ammonitus, ego Megynwercus, utinam episcopus, consilio et auxilio beatae memoriae Henrici imperatoris, pro remedio animae meae et parentum meorum, in suburbio episcopii mei monasterium construxi et in honore omnium sanctorum devotissime consecravi, eiusdemque in dotem ecclesiae ex hereditate parentum meorum sive acquisitione propria, praedia, subtus nominata, cum omnibus suis pertinentiis solempniter tradidi, delegavi, et concessi: Ubydun cum ecclesia, Ghellendorp, Rumbekke, Merebekke cum ecclesia, Dotenhusen, Waltmanninghusin, Rime, Driburi, Goltbekke, Havergo, Nedere, Balhornon cum decima, Lessethe cum decima, Wambeke, Hoensele, Radengheim cum ecclesia et decima, Putten cum ecclesia et decima, et ecclesiam in Vorthusen, Testerbant cum ecclesiis Tulen, Haffthi, Gameraen, Hellewe, Nywele, cum decimis earum, etc.

Actum in die consecrationis eiusdem monasterii, anno ab incarnatione Domini M trigesimo primo, indictione quarta decima, quarto non. Novembris, praesentibus et adjuvantibus autoritate sua episcopis, domno Hunfrido Parthenapolitano, Godehardo Hildenesemensi, Sigeberto Mindensi.

Hanc autem traditionem Amelungus comes, summus maioris ecclesiae advocatus, manu sua suscepit et regiae potestatis banno in comitatu suo stabilivit. Super hiis praesentium atque futurorum orationem bonis prodesse obsecramus, ut Ipse mihi in die iudicii mercedem restituat, pro cuius amore haec incepti atque perfecti.

Schaten, Annales Paderbornenses, Part. 1, p. 483.

Deze gift wordt opgehelderd door hoofdstuk 210 van Vita Meinwerki, bij Pertz, Monum. Script., XI, p. 156: Solemnitate ergo Omnium sanctorum --- celebrata, sequenti die --- [Meinwercus] monasterium suum in honore b. Mariae perpetuae virginis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli atque omnium sanctorum devotissime consecravit et in dotem eius praedia haec solemniter delegans --- in Radinheim curtem cum familia, cum capella et decima super dimidiam villam; in Putten curtem cum familia, ecclesia et decima super omnem parochiam; capellam in Vorthusen ad eandem ecclesiam pertinentem; in Testerbant curtem cum tota familia; matrem ecclesiarum in Tuilon, cum quatuor capellis attinentibus Neuvela, Helue, Haften, Gamberem cum decimis earum.



Deze giften van bisschop Meinwerk werden in algemeene bewoordingen, zonder vermelding van plaatsen, bevestigd door keizer Konrad II, den 15 Januari 1032, en door Rotho, bisschop van Paderborn, den 6 Januari 1038. Vita Meinwercki op 214 bij Pertz, a. w. p. 457. Schaten a. w. en p.

N<sup>o</sup>. 158.

Reginard, bisschop van Luik, geeft aan het klooster van den h. Laurens drie mansi en veertien curtilia in Bommel.

3 November 1034.

Si quaecumque facimus in verbo aut opere, omnia in nomine Domini facere nos oportet, etc.

Ea spe et consilio confugiens ad tutelam et patrocinium gloriosissimi martyris Laurentii in honore Domini nostri Iesu Christi, ad venerabilem memoriam eiusdem sui levitae conatus sum construere coenobium monachorum ante portam urbis Leodii, quod, suffragante Dei misericordia, citius quam quisque ratus erat complevi, abbatem et monachos illic constitui, heredes meos imprimis beatum Laurentium, deinde ipsos institui eosque redemptionis animae meae fideiussores feci, ut, eorum orationibus liberatus a morte, vitam aeternam mercari invenire.

Haec igitur sunt, quae per manum advocati Wiggeri praefatae ecclesiae iure perpetuo mancipamus. In Wasegga etc.

In Bomela tres mansos et quatuordecim curtilia. In Honstami etc.

Atque ut omnis legalis firmitas impleatur, ingenuorum testium nominibus subassignatis, hoc nostrum institutum apud posteros commendamus.

Ego Piligrinus, Dei gratia Coloniensis archiepiscopus, subscripsi et confirmavi.

Ego Iohannes, Portuensis episcopus et bibliothecarius S. R. E., subscripsi.

Ego Reginardus, Leodiensis episcopus, subscripsi et confirmavi.

Sigillum comitis Arnulphi. Sigillum Gisleberti comitis. Sigillum comitis Gozelonis. Sigillum Wiggeri advocati. Sigillum Reiboldi. Sigillum Huberti. Sigillum Wilhelmi. Sigillum Heriberti. Sigillum Oldrici. Sigillum Gerardi.

Data tertio nonas Novembris, anno Dominicae incarnationis mxxxiv, indictione II, anno vero domni Conradi imperatoris undecimo.

Actum Leodii feliciter. Amen.

Martene et Durand, Collectio amplissima, IV, p. 1164.

N<sup>o</sup>. 159.

Koning Hendrik III geeft aan zijn Sindicus forestarius een mansum in villa Groesbeek.

26 Mei 1040.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus, Divina favente clementia rex.

Regiè dignitatis officium est pauperum indigentis de bonis, nobis divinitus concessis, subvenire eisque eterna pro mercede sinum nostrae largitatis aperire. Quapropter omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus et nostris, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus, quod nos pro dō animeque patris nostri bone memorie H. imperatoris remedio nostreque salutis stabilitate, Sindico nostro forestario unum mansum in villa nomine Groesbeek, cum omnibus suis pertinentiis, videlicet areis, edificiis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, divisis et indivisis, aquis et aquarum decursibus, exitibus et redditibus, nostra preceptali auctoritate transferendo de nostro iure et proprietate in suum ius et auctoritatem concedemus et donamus, eo scilicet tenore, ut predicto sindico deinceps habeat postestatem et licentiam tenendi, possidendi, vendendi, commutandi vel pro anima iudicandi seu quidquid sibi placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota.

Et ut hoc certius credatur hanc paginam, inde inscriptam manu propria roborantes, sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum domini Henrici tertii regis invictissimi.

Theodericus, cancellarius vice Gasdonis [Bardonis] archicancellarii, recognovi.

Data VII kal. Iunii, anno Dominice incarnationis MXL, indictione VIII, anno autem domini Henrici tertii ordinationis XIII, regni I acta.

Van Spaen, Inleiding, Codex diplomaticus

achter het IV<sup>e</sup> deel, n<sup>o</sup>. 2, bl. 3.

Van Spaen vond deze oorkonde, waaraan hij eene wijdere strekking geeft dan er in gelegen is, in een vidimus van 21 November 1617, onder stukken van het Hof van Gelderland, in het geding tusschen Jacob Junius, heer van Groesbeek, tegen Johan de Merode de Jehain, heer tot Groesbeek, namens zijn zoon, over het uitoefenen van verschillende rechten te Groesbeek, waarin den 26 Juni 1648 uitspraak werd gedaan. Zie Register op het archief van het voormalig Hof van Gelre en Zutphen, bl. 138. De stukken van dat geding zijn niet meer te vinden.

N<sup>o</sup>. 160.

Koning Hendrik III geeft aan zijne nicht Irmingarde goederen te Harive, Vals, Apine en Valkenberg in de Liugouw in het graafschap van Dietbald.

15 Februari 1041.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, Divina favente clementia rex.

Omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, solers noverit industria, qualiter nos, ob interventum et petitionem amborum ducum Gozelonis filiique sui Gotefredi, tale predium, quale scabinorum iudicio in imperiale ius patris nostri, bonae memoriae Chuonradi Romanorum imperatoris augusti, devenit nostraeque regali potestati post suum discessum reliquide et potestative in villis Harive, Vals, Apine, Falchenberch habuimus, in pago Liugowe, et in comitatu Dietbaldi comitis situm, Irmingardae dilectae nepti nostrae in proprium dedimus atque tradidimus, cum omnibus utique suis pertinentiis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, aeclesiis, decimationibus, agris, pratis, terris cultis et incultis, villulis ad predictas villas respicientibus, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire potest, ea videlicet ratione, ut prenominata Irmingarda de prescripto predio sibi a nobis tradito liberam de hinc potestatem habeat, scilicet tenendi, dandi, vendendi, commutandi, precariandi, posteris reliquendi, vel quidquid sibimet placuerit faciendi.

Et ut haec nostrae traditionis regalis auctoritas nunc et per successione temporum curricula stabilis et inconvulsa permaneat, hanc paginam inde conscribi, manu propria, ut subtus videtur, corroborantes, et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Henrici tercii regis invictissimi.

Eberhardus cancellarius, vice Bardonis archicancellarii, recognovi.

Data xv kal. Martii, indictione ix, anno Dominicae incarnationis MXLI, anno autem domni Henrici terci ordinationis eius XIII, regni vero II.

Actum Traiecti feliciter. Amen.

Hoefer, Zeitschrift, II, n<sup>o</sup>. 48, S. 163, naar  
het oorspronkelijke te Berlijn.

Hoefer geeft eene uitvoerige beschrijving der oorkonde en van de wijze waarop het looden zegel er aan bevestigd is en deelt het handteeken van den kanselier mede.

Hij gebruikte dus werkelijk het oorspronkelijk stuk, dat vroeger te Rees was, en de naam van de gouw is Liugouw, de Luikergouw, en niet Lingouw, zoo als Ernst, Histoire du Limbourg, I, p. 317, noot 5, tracht te betoogen, om aan te toonen dat de goederen in Limburg lagen.

Irmingarde, ook Irmintrude, in een oud Liber memoriarum van het stift Rees genoemd: cometissa Sutphaniensis et fundatrix ecclesie Recessensis, komt voor in oorkonden tusschen de jaren 1056—1075 en 1082—1121, en in eene bul van paus Adriaan IV van 30 Augustus 1159. Later zal er dus gelegenheid zijn eene aantekening over haar mede te deelen.

N<sup>o</sup>. 161.

Koning Hendrik III geeft aan den bisschop van Utrecht Deventer met een graafschap in Hameland, waarvan de grenzen worden opgegeven.

23 Augustus 1046.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia rex.

Noverit omnium Christi nostrique sollers industria, tam presentium quam et futurorum, qualiter nos ob Dei omnipotentis amorem nostrique patris dilectissimi, Conradi videlicet imperatoris augusti, nec non interventu et petitione nostre dilectę contectalis regine Agnetis iugeque Bernoldi Traiectensis ecclesię, in honorem sancti Martini constructę, venerabilis episcopi, servicium fideliter nobis persepe adhibitum, talem proprietatem eidem supradictę ecclesię, qualem visi sumus manu sub potestate tenere in loco, Daventre dicto, in moneta, teloneis, placitis, cum omni regali districtu, omnique utilitatis commoditate, que ullo modo inde poterit provenire, et cum comitatu, in Amelande sito, termino eiusdem comitatus hic subter denotato: de Rathnon ad Hunne; de Hunne ad Weggestapolon, et inde ad Westerfle; de Westerfle ad Agastaldaburg; de Agastaldaburg ad Stenere per silvam; et in alia parte Islę de Lövenen usque ad Erbeke; de Erbeke ad Suthempe; et item ex alia parte Islę ad Ascete, in proprium tradidimus et stabilimus, eo scilicet tenore, ut nullus iudex aut exactor, maior aut minor persona, ullam potestatem habeat inde aliquid exigendi absque licentia episcopi, sed ut predictus presul, eiusque successores, de his supradictis regiis donis liberam dehinc potestatem habeat obtinendi, commutandi, precariandi, vel quicquid sibi placuerit ad usum prenominate ecclesię inde faciendi.

Et ut hec regię nostre donationis auctoritas stabilis et inconvulsa per succedentium momenta temporum maneat, hanc paginam, inde conscriptam manu propria corroborantes, ut infra poterit videri, sigilli nostri iussimus impressione signari.

Signum domini Henrici tertii regis invictissimi.

Teodricus cancellarius, vice Bardonis archicancellarii, recognovi.

Data x kalendas Septembris, anno Dominicę incarnationis MXLVI, indictione XIII, regni vero VIII.

Actum Spirę.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 30<sup>o</sup>, te Utrecht.

Over de grenzen van dit graafschap in Hameland is veel geschreven. Zie Dumbar, Kerkelijk en wereldlijk Deventer, bl. 442, Racer, Overijsselsche gedenkstukken, II, bl. 67, en Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 78, bl. 112, noot 1.

Ik merk op dat in Liber donationum staat *Stemere* en niet *Stevere*, en dat tegenover Steenderen, aan de andere zijde van den IJsel, onder Brummen, gelegen is de buurschap Leuvenum. Daar zal de grens over den IJsel gegaan zijn.

---

N<sup>o</sup>. 162.

Koning Hendrik III geeft al het recht, dat hij op de hoorigen in den hof te Gent heeft, aan het klooster te Lauresham.

28 Augustus 1046.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia rex.

Si iura, nobis regali potentia collata etc.

Theodericus cancellarius, vice Bardonis archicancellarii, recognovi.

Data v kalendas Septembris, anno Dominicae incarnationis MXLVI, indictione XIII, anno vero domini Heinrici tertii ordinationis eius XVIII, regni vero VIII.

Actum Winterbach feliciter. Amen.

Codex Laureshamensis diplomaticus,  
I, n<sup>o</sup>. 121, p. 173.

Deze oorkonde bevat niets anders dan die van 14 November 1024.

---

N<sup>o</sup>. 163.

Lijst der tinsen, welke het klooster te Lauresham uit de goederen der kerk te Gent trok.

.....

Proventus camerarii de ecclesia Gannita annuatim solvendi.

De praedio ecclesiae sancti Nazarii in Gente, quod diversis in locis dispersum et diversis personis censuali lege distributum sive concessum est, praesens cartula demonstrat qua die, quo in loco, quis, quid lege censuali reddere teneatur.

Iuxta ordinem ergo praelibatum incipientes, dicimus, quod in die Ascensionis vel Assumptionis sanctae Mariae in curiam sancti Nazarii,

quae est in Gente, censualis praedicti praedii censum reddere tenentur :  
quorum primus, Walther sacerdos, marcam solvit de ecclesia.

In Erchem solvunt quatuor uncias et caseum.

In Triele solvuntur tres solidi, exceptis duobus denariis.

In Eeke solvuntur xx denarii et unus caseus.

In Velwa solvuntur v solidi.

In Vellepe dantur xx denarii.

In Sovenharen dantur viii denarii.

In Riswich v solidi, id est quatuor unciae, et unus denarius.

In Geke unus solidus.

In Smithusen unus solidus.

De ecclesia in Angeren viii solidi.

In Erbene tres solidi et unus fundus sive Bodencere.

In Kekerceim duo solidi et quatuor denarii.

In Malberc xx denarii.

In Husne solidus.

In Dorinbure Goswinus xxi et unum denarios; item ibidem Arnoldus  
duos solidos, item ibidem duo denarii et obulus.

In Werthusen novem unciae.

In Rincmere quatuor denarii.

De Bersachere quatuor denarii.

De Alsenenge vi denarii.

De agello, qui Geri dicitur, xvi denarii.

De Griete vi denarii.

De agro, qui dicitur Hubsaker, unus solidus.

De Sewinaker xx denarii.

De Archeim tres solidi.

De dimidio manso, qui dicitur Halfbrotowe, duo solidi.

In Hukenlande duo solidi, et sculteto viii denarii.

De Ambe vi denarii debentur.

Leonius de Gente xvii denarios.

De Hubshuve vi uncias.

De agris, qui dicuntur Grodenhullen, vii solidos.

Emelricus et Henricus fratres xi solidos, viii denarios.

Gozwinus et item Gozwinus et Mannecho de agris, sibi commu-  
niter concessis, dimidiam marcam, xviii denarios Coloniensis monetae.

Alardus viii solidos.

Gozwinus vi solidos.

Gozwinus alius duos solidos et viii denarios.

In Swolen iii denarios.

De agro, qui dicitur Hullegisilmaris, xviii denarios.

De agris, qui dicuntur Curtehulle, xxx et viii denarios.

In Cunkenlande xxx denarios.

De Weilosermerde x uncias.

In Gente sunt hubae xii. Singulae singulos solvunt solidos.

Henricus scultetus et duo nepotes eius Henricus et Hermannus, de agris communiter concessis, unum talentum.

Campanarius solvit duos solidos.

Werchuserlant, vun den halben macedae von den halben ardac.

In Circumcisione Domini Umberidenslant solvit unum denarium.

Homines, qui vocantur Wahseinsere, solvunt quatuor solidos.

Praescriptae hubae xii in Gente solvunt in festo sancti Nazarii quaelibet quatuor denarios et obulum, et in festo sancti Lamberti quaelibet xv denarios, et post Epiphaniam hubam suam solvere, ut potest pacto convenire.

De huba Bubonis in palude v solidos.

De Budelunges huba xxx denarios.

Codex Laureshamensis diplomaticus, III, p. 295.

Even als Bondam, Charterboek, No. 80, bl. 123, weet ik aan dit ongedagteekend stuk geene betere plaats te geven dan achter de vorige oorkonde.

#### No. 164.

Keizer Hendrik III geeft aan Anselm het praedium Zevenaar, gelegen in de gouw Hamelant, in het graafschap van Wecelo.

Tusschen de jaren 1047 en 1056.

1047 c. MG.

DHM, 196

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente elementia Romanorum imperator augustus.

Omnium Christi nostrique fidelium, tam futurorum quam presentium sollers noverit industria, qualiter nos, ob interventum et dilectionem contectalis nostre Agnetis imperatricis, cuidam fidei nostro, Anselmo nomine, iugis servicii illius memores, tale predium, quale nos habuimus in villa, que dicitur Subenhare, in pago Hamaland, in comitatu Wecelonis comitis situm, cum omnibus suis pertinentiis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, compascuis, silvis, venationibus, molis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, viis, inviis, exitibus et reditibus, cum banno et omni iure et utilitate, quam nos habuimus, queque ullo modo scribi aut nominari potest, in proprium tradimus,

ea videlicet ratione, ut prenomatus Anselmus de prefato predio liberam dehinc potestatem habeat tenendi, vendendi, commutandi, vel quicquid sibi placuerit inde faciendi.

Et ut hæc nostre traditionis auctoritas omni evo stabilis et inconculsa permaneat, hanc cartam, inde conscriptam, manu propria roborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Liber donationum ecclesiae maioris

Traiectensis, p. 32<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Hendrik III werd keizer den 25<sup>sten</sup> December 1046 en overleed den 5 October 1056.

N<sup>o</sup>. 165.

Godfried met den baard, weder opgestaan tegen keizer Hendrik III, verbrandt den burg te Nijmegen.

In het jaar 1047.

Godefridus palatium Neomagi incendit.

Annales Leodienses, bij Pertz, Monum. Script., iv, p. 19.

N<sup>o</sup>. 166.

Bernulf, bisschop van Utrecht, bevestigt en vermeerdert de giften door zijne voorgangers Ansfrid en Adelbold aan het klooster te Hoogen Horst gedaan.

26 Juni 1050.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Notum sit omnibus fideliter etc.

Acta sunt autem publice coram ydoneis testibus Roberto Mimigardevordensi episcopo et Albrico Osnabrugensi episcopo et Hugone advocato et aliis multis in basilica sanctae Mariae sanctique Pauli Traiectensis, ipso die dedicationis eius, id est sexto calend. Iulii, anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo, indictione tertia, regnante Henrico tertio imperatore secundo, anno duodecimo.

Matthaeus, Not. ad rerum Amorf. scriptorem incertum, p. 189.

Deze oorkonde, ook uitgegeven door Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I, no. 83, bl. 51, naar een Vidimus van het jaar 1307 in het Rijksarchief te 's Gravenhage, bevat voor Gelderland niets anders, dan die van 13 November 1006 en 3 Februari 1028.

N<sup>o</sup>. 167.

Inkomsten der abdij Corvei in Leunen in de Maasgouw, Spana, Assendorp



en Westerwald in de IJselgouw, Wisside en Aszi in de Veluwe, Heusden in de Betuwe, Upplun, Zutfen, Doesburg en Latum in Hameland en Wel in Teisterbant.

Tusschen de jaren 1053 en 1071.

Ego S. [Saracho], indignus pro nunc abbas monasterii sanctorum martyrum Stephani atque Viti, Corbeia vulgariter nuncupati, hoc registerum honorum et proventuum ecclesie nostre de vetusto chartulario in formam subsequenter ea, qua potui, industria transcripsi ac redégi, et iussi conservari, ut sciant, tam successores, quam poster, quale commodum temporalis subsidii in nostra ecclesia sub canonica et regulari disciplina Domino nostro Iesu Christo indefesse servientes et perseveranter famulantes possideant, ad laudem et honorem omnipotentis Dei gloriosissimeque genitricis semperque virginis Marie, nec non sanctorum martyrum Stephani, Viti atque Iustini, etc.

626. In Lunni, in pago Masao, Frederic habet xxx iugera et persolvit quotannis xx modios siliginis, x modios hordei, pannum i et i ovem.

633. In Spana, in pago Isloi, Willimar habet xviii iugera et persolvit quotannis xiii modios siliginis, i paldonem et i ovem.

636. In Wisside, in pago Felue, Heinigo habet xv iugera et persolvit xxx modios siliginis, vi modios avene, i pannum et ii oves.

644. In Aschendorpe, in pago Isloi, Bruoder habet xvi iugera et persolvit quotannis xiiii modios siliginis, ii oves et i pannum. Diozo habet x iugera et persolvit viii modios siliginis, i ovem et i pannum.

645. In Wesderewalde, in pago Isloi, habitant vii homines, quorum hec sunt nomina: Wastbert, Omar, Odulf, Ritger, Gerwere, Dedo et Beio, qui quotannis persolvunt tantum piscium, quantum xiiii siclis emi potest. Eorum sex etiam solvunt i pannum, vi ad missam sancti Martini et vi in Pentecoste et ita xii per totum annum.

647. In Aszi, in pago Felue, Redbern, Osich, Diggo et Elli habent c iugera et quilibet quotannis persolvit xv modios siliginis, vi modios avene et i ovem.

655. In Husstin, in pago Bathua, Reddag habet xviii iugera et persolvit quotannis iii modios siliginis, xxx modios avene et ovem cum agno. Wederich habet xiiii iugera et persolvit iii modios siliginis, xx modios avene et ovem cum agno.

689. In Upplun, in pago Hameland, Dago habet xv iugera et persolvit quotannis vi modios avene, xxx modios siliginis, i porcum et ii oves.

695. In Sutfeno, in pago Hameland, Hemigo, Maggo, Wibald et Redbold habent xxxi iugera et quilibet quotannis persolvit viii modios siliginis, iiii pannos lineos et i ovem cum agno.

696. In Duisburg, in pago Hameland, Hildibern et Rudold habent bivangum et ad missam sancti Martini persolvere debent ii boves, c esoces, i paldonem et xx modios siliginis.

697. In Lathem, in eodem pago Hameland, Diozo habet vivangum et quotannis ad missam sancti Martini i bovem, iiii pannos et viii siclos persolvere debet.

720. In Welle, in pago Testerbant, Ibbo, Brio et Winger habent i bivangum et quilibet quotannis persolvit i bovem, ii oves et iiii denarios.

Sarachonis abbatis Corbeiensis registrum honorum et proventuum abbatiae Corbeiensis, uitgegeven door Falke, achter Codex traditionum Corbeiensium.

Saracho was abt van Corvei gedurende de opgegevene jaren. Van den Bergh, Geographie, bl. 232, ziet geen grond om de geloofwaardigheid van het register eenigszins in twijfel te trekken, zooals geschiedt door Wigand, Die Corveyschen Geschichtsquellen en Traditiones Corbeienses.

### Nº. 168.

Keizer Hendrik iii beslist over de aanspraken van Liutbold en Adelbert, als erfgenamen van bisschop Meinwerk, op de giften door dezen, onder anderen van Renkum en in Teisterbant, aan het klooster Abdinghof gedaan en kent die daaraan toe.

23 Maart 1053.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Si res aecclesiasticas Divino cultui condonatas pro amore Dei conservare, eas vero, quae apud humanas leges aliquorum contradictione infirmae videntur esse et instabiles, nostra imperiali auctoritate confirmare et corroborare studuerimus et ad presentis vitae felicitatem et ad aeternae beatitudinis interminabile gaudium nobis profuturum fore non diffidimus. Unde omnium Christi nostrique fidelium, tam futurorum quam presentium, sollers industria noverit, qualiter nos, ob spem divine retributionis, quaedam predia Goltpeche, Totenhusen, Waltmanninchhusen, Widen, Merebeche, Beme in comitatu ducis Berenhardi sita et Ratinheim, Testerbant in comitatu Gerhardi comitis, a Meginwercho, venerabili Bodrabrunnensis ecclesiae presuli,

ad monasterium tradita, quod ipse in honorem beati Petri, apostolorum principis et omnium sanctorum devotissime a fundamento construxit, heredibus illius Liutboldo et Adalberto, primum quidem multum contradicentibus, et quod eadem bona hereditario ad se iure devenirent iuxta seculare iudicium affirmare conantibus, ad ultimum ob nostrae voluntatis et benignae adhortationis excellentiam conlaudantibus eidem monasterio et abbati (Egilberto) suisque successoribus et monachis (inibi Deo) famulantibus auctoriali nostra astipulatione confirmamus et corroboramus cum omnibus suis appendiciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, (areis, e)dficiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quaesitis et (inquirendis, cum omni) utilitate, quae ullo modo (poterit) inde provenire; ea (videlicet) ratione, ut (predi)ctus abbas sui que successores (de) prefatis prediis (liberam dehinc potestatem habeant obtinendi, commutandi), precariandi vel quidquid illis ad usum eiusdem monasterii placuerit inde faciendi, cum licencia episcopi. Insuper etiam (firmum) et stabile perpetuo iure sancimus, ut nullus dux, (aut comes, aut) aliqua persona, parva vel magna, prefatum abbatem eiusque successores super eisdem bonis inquietare, molestare aut disvestire presumat.

Et ut haec nostrae imperialis (confirm)ationis auctoritas stabilis et inconvulsa per succedentium temporum momenta permaneat (hanc cartam), inde conscriptam, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

(Sign)um (domni) Heinrici (tercii regis), (secundi Romanorum) imperatoris (invictissimi).

(Winit)herius cancellarius, vice Liutbaldi archicancellarii, recognovi.

Data x kalendas (Aprilis) anno Dominicae incarnationis MLIII, indictione VI, anno autem domni Heinrici tercii regis, imperatoris autem secundi, ordinationis eius XXIII, regni quidem XIII, imperii vero VI.

Actum Goslare in Dei nomine feliciter. Amen.

Naar het oorspronkelijke te Munster, met opgedrukt, geschonden zegel. Van het randschrift is nog te lezen: a romanor impr

Erhard, Regesten, No. 1058, S. 132, kon deze oorkonde niet uitgeven naar het oorspronkelijke, om den slechten toestand waarin zij zich bevond. Aan Dr. Wilmans, geheim-archiefraad, en Dr. Friedlaender, archief-assistent, beiden te Munster, ben ik verplicht het te kunnen doen. Wat tusschen ( ) staat is door den eersten in het jaar 1865 aangevuld uit een bijna gelijktijdig afschrift in een Codex van Abdinkhof in de Dombibliotheek te Triër.

Liutbold en Adalbert, die als erfgenamen van Meinwerk in de oorkonde voorkomen, waren zonen van zijne zuster Glismod en van den Beyerschen vorst Ritingi. Zie Stamtabel bij No. 112. De eerste trouwde met Ida, dochter van Ernst, hertog van Swaben, had twee kinderen: Oda, gehuwd met een Russischen vorst, en Ekbert, die tusschen de jaren 1049 en 1054 vermoord werd. Wedekind, *Noten*, x, noot 83. Imad, den 25<sup>sten</sup> December 1051 tot bisschop van Paderborn gewijd, wordt ook voor een zoon van Glismod gehouden. *Schaten, Annal. Paderb* 1, p. 373.

---

N<sup>o</sup>. 169.

Gravin Irmintrude geeft aan de kerk van s. Peter te Keulen de proosdij te Rees.

Tusschen de jaren 1056 en 1075.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Anno secundus, divina favente clementia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Notum esse volumus cunctis Christi nostrique fidelibus, tam scilicet futuris quam presentibus, qualiter domna Irminthrudis comitissa, inter cetera proprietatis suę bona, preposituram, quę est in Ressa, cum universis ad eam pertinentibus beato Petro Colonię tradidit, simulque universos servientes, quos in illis habuit partibus, sub censu duorum denariorum eidem contulit ecclesię, eo tenore, ut ad similitudinem aliarum ecclesiarum sub canonica religione viventium, sub solius archiepiscopi potestate constituti, nulli archidiacono, nulli decano, nisi suo preposito ceterisque magistris infra claustrum constitutis, de qualicumque causa respondeant, sed et servientibus, quos ecclesię tradidit eam libertatem et legem, qua vivunt reliqui, qui serviunt in domo Christi constitui, atque confirmari rogavit. Cui petitioni facilem prebuimus assensum, constituentes atque confirmantes et canonicis et servientibus omnia secundum eum modum, quem comitissa voluit atque rogavit, scilicet ut canonici eius loci ea lege vivant, qua et alii per diversa loca nostri canonici vivunt, servientes quoque illi sub ea nobis nostrisque successoribus lege serviant, quam illi qui inter nostros legem habent optimam. Hoc canonicis, hoc laicis eius loci condonamus atque confirmamus in perpetuum. Quod ut incon vulsum permaneat, has eis litteras conscribi, atque ut verius credatur nostro sigillo iussimus signari, banno Dei et sancti Petri ac nostro anathematizantes eum, quicumque predictam traditionem infregerit ausu temerario.

Lacomblet, *Urkundenbuch*, 1, No. 222, S. 144,  
naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 170.

Koning Hendrik iv bevestigt de vrijheden der kerk van Utrecht, onder andere te Tiel.

21 Februari 1057.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia rex.

Si erga loca, divinis cultibus consecrata, etc.

Winitherius cancellarius, vice Liudboldi archicancellarii et archiepiscopi, recognovi.

Data viii kalendas Martis, anno Dominicę incarnationis mlvi, indictione x, anno autem domini Heinrici iii regis ordinationis iii, regni i.

Actum Werede, in Dei nomine feliciter.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis,  
p. 37<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Deze oorkonde komt overeen met die tusschen de jaren 919 en 931 en van 2 Januari 938. Hendrik iv werd den 17<sup>den</sup> Juli 1054 tot koning gewijd en regeerde sedert den 5<sup>den</sup> October 1056. Het jaar der oorkonde moet dus zijn 1057.

---

N<sup>o</sup>. 171.

Dietwin, bisschop van Luik, en Willem, bisschop van Utrecht, bevestigen de overeenkomst tusschen hunne voorgangers Baldrik en Adelbold aangegaan, waarbij de eerste de kerken van Berg en Linne, in zijn bisdom gelegen doch hoorende onder Utrecht, vrijlaat van alle diensten, waartegen hij op het praedium Leinderkirca eene kerk mag stichten.

30 October 1057.

Pię memorię domnus Baldricus episcopus, omnibus modis huius loci honori consulens et utilitati, cum in quodam prædio suo, quod ipse fratribus nostris dederat, ecclesia non esset, et episcopus Traiectensis, eo quod in suo episcopatu idem prædium iaceat, decimam sibi vindicaret, conditionem subiit huiusmodi. Duas ecclesias, pertinentes ad episcopatum Traiectensem, quarum alteri Bergha nomen est, alteri Linna, sitas autem intra huius parochie terminos, has idem dominus Baldricus emancipavit et liberas reddidit ab omni servitio episcopali, quod deberent vel sibi vel successoribus suis. Quamobrem permissum est ei a predicto episcopo, domino videlicet Adelbaldo, ecclesiam in illo prædio construere, cuius nomen est Leinderkirca. Ad quam, ab ipso invitatus, eam consecravit. Omnem autem illam decimam, emancipatam et absolutam ob omni iure, quod vel ipse in eam habuit,

vel successores sui habituri viderentur, ad eandem ecclesiam episcopali auctoritate et perpetua immunitate determinavit, constituto tamen, ut servicium suum solveretur episcopo. Placuit autem successoribus eorum, domino Dietwino item Traiectensi pontifici domino Wilhelmo, pie fraternitatis amore in unum coadunatis, conditionem illam renovare et in presente synodo in auribus cleri et populi publice recitare, et, ne res apud successores in dubium et contentionem veniat, scripto firmatam memorię tradere posterorum.

Testes: Gerardus, Godbertus, Godezo, Bernerus, Godescalcus, Humbertus archidiaconi; ex laicis comes Emmo, Otto, Godefridus, Lambertus, Reginardus, Humbertus, Wigmannus, comes Unruch, Heremannus, Warnerus et quicumque synodo interfuere, tam clerici quam laici.

Actum est hoc anno incarnationis Domini MLVII, indictione x.

Ego Franco cancellarius recognovi.

Data III kalendas Novembris, in ecclesia sanctę Marię.

Liber donationum ecclesiae maioris Traiectensis,  
p. 37<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Bisschop Willem wordt door sommigen gehouden voor een Geldersman. Potthast, Bibliotheca historica medii aevi, Supplement, S. 432, noemt hem de Ponte (v. Geldern). Iocundus, een tijdgenoot, zegt van hem, dat hij was: Flandrensis genere, litteris divinis et humanis eruditissimus. Translatio s. Servatii, bij Pertz, Monum. Script., xiv, p. 121.

---

N<sup>o</sup>. 172.

Koning Hendrik IV bevestigt de abdij Deutz in het bezit van een uitgang van twee ponden zilver uit de curtis Tiel.

7 April 1059.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia rex.

Omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum esse volumus, qualiter felicis memorię pater noster Henricus imperator augustus quatuor libras argenti, duas vero ex curte, que dicta est Trutmannia, et duas ex curte, que vocatur Tiela, provenientes, ecclesię s. Heriberti confessoris et episcopi, sitę in loco Tuitio dicto, in proprium tradidit atque annuatim de predictis duabus curtibus tradendas constituit, sed propter obitum patris nostri Henrici nos, pro ipsius anime remedio et ob interventum dilectissime genetricis nostrę Agnetis imperatricis augustę, nec non ob fidele ac devotum obsequium We-



IN NOMINE DNI NOSTRI IESU CHRISTI EGO WILHELMUS... Notu facio ta futuris qm pntib  
 coruione qnda diu habita inter pdecessores nros z dubs huthpennis oppidi. de quibda decimis. qd sua  
 ppal dixerit. ita definita et. Comiti Godofredo. z uxori sue adelhaid ex filiis. Gebehardo z Otone ueniētib  
 traectū ad nrām uocatione. in plena unodo decima lochemente recognouim. z decima terre ex q uellan  
 domi de in di epatu tictenti. huc hec lit in ppatu. ut inuis. ut patib cultu ut colendis ad utu canonicor  
 in huc Ophania p bannu nrām en cōfirmata. ex dñantiū peticio Ad recopentatione aut beato maximo.  
 nob ipu Oretuēt. x mācipia. et. x. mālot. Vm in tholre cuida is. tel. tynbomel. 15. tieden in holtbuden.  
 in. oegingeri in tunden. iij. hemmonu in horda. v. hemonul intenen. vi. in eade uilla winiconu. vii. in  
 swerken. Reinzoni. vii. winmonu in werpe. viii. in rothe. Remul. x. in rethen. Nos q ad honore di et  
 beati petri apu. et ice walburgu. ecclie in hutenne uye ppetuo uenda cōcedim decima inularū a rīne  
 ulq arnen. z ab arnen ulq dauētria. inularū dico q hū sunt. nō arant. z casu q ex alluione renu. ille  
 adhuc cōgeit debent. huc in medio fluminu huc huc ripa tangat. Eide q ecclie bānū cōcedim sup omia  
 uos z pcedibanda. si ecclie huc latitauerit. hui cōpolutione. nre q. onationu  
 auolatopel excommunicauim ex auctoritate patru z filij. z spe lei. z oim lōz.  
 di. z nra. clero. z ppo in plena unodo audiente. z respodente. Amen.

In rogelle testimoniu hanc cedula sigillari fecim. subleptu tētib. quoz n de  
 nri est. ppote. focho. Nether. Antred. Aduocat. theodric. Heriman. eroll  
 Lupo. Eingephet. solcar. Testes de parte comitu. himanni. Eingelprid  
 uocat. Serenhard. Regunhard. Leior. Otto. Roupr. comel. Ioro. harz.

Anno ab incarnatione dñi. xi. lviij. Indictione. xii. Lnto  
 anno regni Henrici regis. h. facta ē.




2

1

4

3



remboldi abbatis eandem traditionem dignam iudicantes eidem ecclesie stabilem decrevimus ac annuimus ac in perpetuum ratam concessimus et confirmavimus, ea videlicet ratione, ut idem iam dictus abbas ceterique sui successores liberam potestatem habeant, has quatuor libras argenti in usum ecclesie quoquomodi sibi placuerit vertere vel ad monachorum ibidem Deo servientium stipendium impendere.

Et ut hec regalis nostra confirmatio stabilis et inconvulsa omni permaneat pro, hanc cartam inde conscriptam manu nostra corroborantes, ut subtus cernitur, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Henrici quarti regis.

Gebehardus cancellarius, vice Luitbaldi archicapellani, recognovi.

Data est VII idus Aprilis, anno Dominicę incarnationis MLVIII, indictione XII, anno autem ordinationis domini Henrici quarti regis V, regni vero III.

Actum apud Traiectum, in Dei nomine feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, No. 194, S. 125.

In een stuk der abdij, geschreven tusschen de jaren 1155 en 1165, uitgegeven door Lacomblet, Archiv, V, S. 269, staat omtrent deze gift aangeteekend: Henricus quartus imperator dedit huic ecclesie pro Heinrico quinto filio suo, quem sanctus Heribertus de infirmitate liberatum sanitate restituit, duo talenta in Tromonia de theloneo solvenda; similiter duo talenta in Tiele castro ecclesie nostrae concessit.

De vraag rijst of Tiel, in deze oorkonde genoemd, zoo als Van Spaen meent, Codex Diplomaticus, achter het 2<sup>e</sup> Deel der Inleiding, No. 12, bl. 27, wel het Geldersche Tiel is. Quix, Geschichte von Aachen, deelt Codex diplomaticus, No. 141, eene oorkonde mede van het jaar 1123, waarin beslecht wordt een geschil over den uitgang der marken zilver met den hertog van Lotharingen. In zijn Register plaatst hij dit Tiel bij Luik. Zie de oorkonde van 6 Januari 1000.

### No. 173.

Willem, bisschop van Utrecht, verklaart dat de langdurige geschillen tusschen zijne voorgangers en de heeren van Zutfen op deze wijze zijn geschikt, dat hij aan graaf Godschalk, zijne vrouw Adelheid en hunne zonen Gebehard en Otto heeft toegekend de tienden te Lochem en van de landen Siellandorum, waartegen hij ontvangt 20 mancipia en 10 mansos te Tholre, Holthuizen, Tonden, Horda, Ratenen, Warken, Zwiep, Rothe en Reden; hij geeft aan de kerk te Zutfen de tienden van de waarden en aanwassen van Reenen tot Arnhem en van Arnhem tot Deventer en den ban over hare goederen.

In het jaar 1059.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Wilhelmus, Traiectensis ecclesie episcopus.

Notum facio, tam futuris quam presentibus, contentionem quandam diu habitam inter predecessores nostros et dominos Sutphaniensis oppidi de quibusdam decimis, quas suas proprias dixerunt, ita deffinitam esse: comiti Godescaleo, et uxori sue Adelhaide et eorum filiis Geberhardo et Ottone, venientibus Traiectum ad nostram vocationem in plena sinodo, decimam Lochemensem eis recognovimus et decimam terre eorum, que Siellandorum dicitur, in omni episcopatu Traiectensi, sive hec sit in pratis vel insulis vel paludibus cultis vel colendis, ad usum canonicorum in Sutphania per bannum nostrum eis confirmatum ex donantium petitione. Ad recopensationem autem beato Martino et nobis ipsi retribuerunt xx mancipia et x mansos, unum in Tholre cuiusdam hominis, scilicet Tijnbomes, ii Tieden in Holthusen, iii Megingeri in Tunden, iii Hemmonis in Horda, v Hemonis in Rate-  
nen, vi in eadem villa Winiconis, vii in Werken Reinzonis, viii Wiinnonis in Swipe, viii in Rothe Reinzonis, x in Rheten. Nos quoque ad honorem Dei et beati Petri apostoli et sancte Walburgis ecclesie in Sutfenne iure perpetuo tenendam concedimus decimam insularum a Riinen usque Arnen et ab Arnen usque Daventriam, insularum dico, que etsi sint, nondum arantur et earum, que ex alluvione Reni et Isle adhuc congeri debent, sive in medio fluminis sint, sive ripam tangant. Eidem quoque ecclesie bannum concedimus super omnia bona sua mobilia et immobilia, ita ut prepositus vel eius vicarius potestatem habeat vocandi et excommunicandi malefactores suos et reconciliandi, si ecclesie sue satisfecerint. Huius compositionis nostre quoque donationis violatores excommunicavimus ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti et omnium sanctorum Dei et nostra, clero et populo in plena sinodo audiente et respondente. Amen.

In rei geste testimonium hanc cedulam sigillari fecimus, subscriptis testibus, quorum unus de nostris est prepositus Focho, Plitherus, Anfredus, advocatus Theodricus, Herimannus, Gerolf, Luipo, Emgephet, Folcart. Testes de parte comitis Hermanus, Eingelpertus advocatus, Perenhardus, Reginhardus, Peior, Otto, Routpertus comes, Poto, Hartger.


Anno ab incarnatione Domini MLVIII, indictione XII, quinto anno regni Heinrici regis hec facta sunt.


Naar het oorspronkelijke in het archief der stad  
Zutphen. Het opgedrukt zegel is niet meer  
aanwezig.

Van deze merkwaardige oorkonde, slechts bekend door de uitgave van Lindeborn, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 217, geef ik een facsimilé. Guido, bisschop van











Utrecht, bevestigde 19 Augustus 1310 de gift van zijn voorganger. Gravin Ermingard gaf 2 Februari 1134 de novale tienden te Lochem aan het kapittel te Zutfen, graaf Reinald I bevestigde dit 11 November 1312, hertog Reinald II 17 September 1339 en hertog Karel 6 Augustus 1535. De oorkonden uit de XIV eeuw staan in Codex diplomaticus achter het 2<sup>de</sup> d<sup>l</sup>. der Inleiding van Van Spaen, de laatste is in het archief te Zutfen.

---

No. 174.

Willem, bisschop van Utrecht, verklaart, volgens opdracht van keizer Hendrik IV, dat graaf Otto op een hofdag, door dien keizer te Aken gehouden, waar tegenwoordig was Gerard, graaf van Gelre, overgedragen heeft aan Constantijn van Melegarde de advocatie over de hoorige goederen en personen der kerk te Zutfen, doch voor zich en den wettigen erfgenaam van oppidum Zutfen behouden heeft die over de curtes der kerk en over de wastinsigen; de proost ontvangt voor het ruilen van hoorigen twee solidi of een geitevel; de keizer staat toe, dat ieder vrije zich en zijne goederen aan de kerk te Zutfen mag opdragen.

In het jaar 1064.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Ego Wilhelmus, misericordia Dei Traiectensium episcopus, notum facio universis Christianis, qualiter comes Otto, veniens ad curiam domini imperatoris Henrici Aquisgrani celebratam, et stans coram imperatore, convocatis principibus in testimonium rei gerende, domino Constantino de Melegarde, quem bone fidei virum et in omnibus actibus suis legitimum experientia commendabat, advocatiam dedit super mansos originariorum ecclesie Zutphaniensis et super ipsos originarios, quoniam ipsemet in propria persona propter diversa negotia in diversis terris et diversis temporibus per eum expedienda necessitati praedictae ecclesie semper praeesse non poterat. Curtes autem ecclesie et cereales, quoniam de libera genealogia processerunt, ut in hoc ipsos pre aliis honoraret in manu sua tenebat, ita ut ipsemet et post eum heres legitimus oppidi Zutphaniensis per successione in perpetuum advocatus eorum maneret, nec hoc unquam mutaretur. Dominum vero Constantinum tali conditione advocatum fecit, ut nec ipsemet nec aliquis heres eius ulli unquam hominum, libero vel servo, advocatiam illam infeodaret vel infeodare possit. Iura quoque advocatie ei in hunc modum determinavit, ut non nisi ter in anno in curia domini prepositi veniens originarios convocaret, ut per eum emendatio et status ecclesie, communicato utique consilio domini prepositi, in melius disponeretur, et tunc singuli singulos denarios singulis vicibus ei in

servitium offerrent, nec tunc vel in posterum amplius quicquam ab eis exigere presumeret, ut, secundum quod preposito videretur, abundantius canonicis suis servire valerent, quorum obsequio, penitus aliis impedimentis abscissis, eos mancipatos esse decrevit. Si autem preter predicta tria tempora, aliqua necessitate emergente, a preposito vel eius vicario invitaretur devote et affectuose veniret et consilio et auxilio pro posse suo assistere ei studeret, nunquam, nisi vocatus, nec occasione alicuius lucri se ingereret. De commutatione viri sive femine, duos solidos vel pellem capri, ad rei confirmande testimonium, recipere deberet.

Si autem ipse vel aliquis heres eius vel minimum prenominatorum articulorum transgredi convinceretur, sine iudicio advocatia rediret in manum eius, qui tunc heres esset oppidi Zutphaniensis. Dicebat enim comes, et hoc dicendo ita observari statuit, tanquam vir spiritu bono plenus, ea, que ipse et predecessores eius ex proprietate sua pro redemptione animarum suarum emancipassent et dominum eiusque vicarios possessores fecissent, neque advocatie neque alicuius laicorum manibus esse distrahenda vel aliquo gravamine molestanda, sed tantummodo cum omni fructu suo debere, habere respectum ad prepositum et per prepositi dispositionem ad fratres, quorum usui deputata fuissent.

Obtinuit quoque a domino imperatore predictus comes illustris, ut quicumque de libero genere prenominate ecclesie Zutphaniensi se vel possessiones suas, mobiles sive immobiles, dare vellet, licenter et sine contradictione comitis, in cuius iurisdictione maneret, hoc faceret, censu siquidem regio non imminuto, si tamen censum solveret.

Dominus igitur imperator hanc concessionem suam et comes, quoniam ecclesia sua de spiritualibus ad nos respiciebat, omnia et singula statuta sua predeterminedata nos scripto commendare et confirmare pia cum devotione rogavit. Iuste itaque eorum petitioni consentientes, quod dominus imperator concessit, quod comes advocato suo donando et prohibendo determinavit, quodque sibi et heredibus suis retinuit, hoc nos, ex autoritate domini nostri Iesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli et s. Martini et omnium sanctorum Dei, per banni nostri efficaciam et per potestatem a Deo nobis traditam confirmavimus, scripto commendari fecimus et illud sigillo nostro denotari curavimus. Quicumque contra prescripta verba vel fecerunt vel facere attentaverint, cum sathana et angelis eius eternaliter condemnentur, nisi resipiscentes ecclesie Dei et fratribus satisfecerint. Amen.

Huius autem rei testes affuerunt Hermannus archiepiscopus Coloniensis, Obertus episcopus Leodiensis, dux Henricus de Arlo, Conradus comes de Lucelenburg, Fredericus dux Suevie, Rothardus

archiepiscopus Mogentinus, Gerardus comes de Gelre, prepositus Focho, Plicherus, Albericus, Luottholfus, advocatus Theodericus, Gerolf, Luipo, Perenhardus, Walthardus.

Anno MLXIII incarnationis Domini, indictione II, anno imperatoris X, haec descriptio facta est.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen.

Een gedeelte van het opgedrukte zegel is nog aanwezig.

Deze oorkonde was als de voorgaande slechts bekend door de uitgave bij Lindeborn, *Historia Episcopatus Daventriensis*, p. 209. Van Spaen, *Inleiding*, I, bl. 209, Ernst, *Histoire du Limbourg*, II, p. 27, noot 1, beweerden, dat het stuk valsch, vervalscht, het afschrift niet overeenkomstig is met het origineel of uit twee andere oorkonden genomen is. Doch nu hebben wij voor ons een oorspronkelijk stuk, nog voorzien van een gedeelte van des bisschops zegel, waarop zijn naam gedeeltelijk nog te lezen is, geschreven op dezelfde wijze, zoo niet met dezelfde hand, als de voorgaande van het jaar 1059. En toch draagt de oorkonde de innerlijke kenteekenen van onechtheid. Hendrik IV werd keizer den 31<sup>sten</sup> Maart 1084, Herman was aartsbisschop van Keulen in de jaren 1089—1099, Obert bisschop van Luik in 1092—1117, Ruthard van Mainz in 1088—1109, Frederik was hertog van Schwaben in 1079—1105; geen hunner kon dus in 1064 in die betrekking, waarin zij in de oorkonde voorkomen, te Aken zijn geweest. Ernst noemt Henricus de Arlo un être chimérique dans ce temps-là. Van Spaen gist dat de oorkonde gebracht moet worden tot het jaar 1094, waarmede overeenkomt het tiende regeeringsjaar van keizer Hendrik en de tweede indictie. Doch bisschop Willem staat aan het hoofd en zijn zegel aan het eind van het stuk, en hij was den 27<sup>sten</sup> April 1076 overleden. Wat hier van zij, zeker is het dat, zoo als later omstreeks het jaar 1117 zal blijken, de inhoud van de oorkonde waar is. Ik heb het, ook voor de kennis der diplomatiek, van belang geacht haar in facsimilé uit te geven.

#### No. 175.

Koning Hendrik IV bevestigt de giften door zijne voorgangers aan de kerk te Utrecht gedaan en daaronder het land, dat Atto in Ek bezeten had en hem bij vonnis ontnomen was.

In het jaar 1064.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia rex.

Si erga loca divinis cultibus consecrata bonam voluntatem habuerimus, id ad eternam beatitudinem nobis profuturum liquide credimus. Quocirca omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet ac futurorum, noverit industria, qualiter Wilhelmus Traiectensis ecclesiae venerabilis episcopus, etc.

Dot van Flensburg, Archief voor kerkelijke en wereldsche geschiedenis van Utrecht, III, bl. 105.

Deze oorkonde bevat woordelijk hetzelfde als die van 21 April 953. Zij is zonder

dagteekening. Daar koning Hendrik iv echter den 30sten April 1064 het graafschap Westflinde en de abdij te Egmond aan de kerk van Utrecht schonk en haar 2 Ma van dat jaar de goederen, haar door graaf Dirk van Holland ontnomen, terug gaf. Oorkondenboek van Holland en Zeeland, No. 86 en 87, bl. 55 en 56, is het niet t gewaagd om aan te nemen, dat omstreeks dien tijd de bovenstaande bevestiging even als de volgende geschied is.

---

No. 176.

Koning Hendrik iv bevestigt de gift van een comitatus in Teisterbant, door keizer Konrad aan de kerk van s. Marten te Utrecht gedaan.

In het jaar 1064.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia rex.

Quoniam non dubitamus multum proficere nostris animabus ecclesiasticas res humanis augere beneficiis, regalem decet personam minimum rennuere, cum ab aliquo fidelium suorum pro hac eadem re quic commonetur aut petitur facere, sed omni intentione commonita a petita largiter adimplere. Quocirca omnium Christi nostrique fidelium universitati notum fieri volumus, qualiter Willihelmus, Traiectensis episcopus ecclesię, quę est constructa in honore sancti Martini, obtulit regalitati nostrę quasdam auctoritates pię memorię avi nostrę Conradi, imperatoris augusti, in quibus continebatur, quod ipse quasdam res iuris sui, id est comitatum in Teisterbant, ad Traiectum sancto Martino et eiusdem sedis episcopo suisque successoribus, cum omni utilitate, quę pertinet ad eundem comitatum, perpetualiter habendum traderet, ea videlicet ratione, ut nullus posthac in illo comitatu potestatem excerceret aliquam extra presulis loci illius licentiam quia totum sibi concessit, quicquid utilitatis in illo habuit, et ut firmiora sese inibi haberent iura legalia, bannum statuit illi dare quemcunque vellet ad regendam eligere. Ob firmitatem tamen rei ut ista verius credantur et firmiter recolantur, postulavit nos predictus episcopus, ut huius donationis auctoritatem ad prefatam ecclesiam dignaremur confirmare. Cuius petitionibus nos pro divine retributionis desiderio et animarum patris nostri Heinrici et avi nostrę Conradi imperatorum remedio, nec non ob interventum dilectę matris nostrę Agnetis, imperatricis augustę, libentissime annuentes eundem comitatum cum omni utilitate ad prefatam ecclesiam iure perpetuo delegavimus et nostra regali auctoritate in proprium confirmavimus.

Et ut hæc auctoritas nostra inconvulsa permaneat, manu nostra roboravimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 34, te Utrecht.

Koning Hendrik iv verleende 30 April en 2 Mei 1064 gunsten aan de Utrechtsche kerk. Waarschijnlijk is deze bevestiging omtrent dien tijd geschied.

---

N<sup>o</sup>. 177.

Anno II, aartsbisschop van Keulen, sticht de abdij Siegburg en geeft daaraan Stralen.

In het jaar 1064.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Anno secundus, divina dispensante clementia Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Noverit etc.

Sunt autem hæc loca, que per advocatorum manus eidem coenobio et ministris Christi ibidem degentibus in victum vestitumque contulimus: Achera, quod ab episcopo Traiectensi per concambium sumpsimus, item Achera, quod Chuonradus comes beneficii iure tenuerat, donec sponte reddidit, Strala, Nistera, etc.

Sitque servitium, quod abbas advocato in unaquoque die placiti dare debeat etc.

In Strala modius tritici, porcus valens solidum, porcellus denariorum VI, anser I, pulli II, ova X, situla vini, ama cervisie dimidia, avenae modii III, etc.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 203, S. 130,  
naar het oorspronkelijke.

Over de stichting der abdij Siegburg bestaan vier oorspronkelijke oorkonden, gezegeld, doch zonder dagtekening. Lacomblet brengt de medegedeelde tot het gestelde jaar.

---

N<sup>o</sup>. 178.

Anno II, aartsbisschop van Keulen, geeft aan de kerk van den h. Georg aldaar de kerk te Gelder met de tiende.

In het jaar 1067,

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Anno secundus, Coloniensis archiepiscopus, omnibus in Christo fidelibus salutem.

Iustum est, ut qui rectores ecclesiarum dicimur, etc.

Acclesiam itaque beati Georgii martyris, quam nos ante portam, quę Alta dicitur, fundavimus et exaedificavimus, facultatibus ecclesiasticis in tantum locupletare constituimus, quantum possit illic Deo famulantium necessitates sustentare ad tempus et facultates nostras supra modum non viderentur minuere. Concessimus ergo ecclesię prefatę cunctisque ibidem Deo militantibus hæc predia de facultatibus nostris et beati Petri: Surethe, etc.

In Gelre ecclesiam cum omni decimatione. Circa Menethene, etc.

Anno Dominicę incarnationis millesimo LXVII.

Actum publice in ecclesia sancti Petri Colonie, feliciter in Christo.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 209, S. 130,  
naar het oorspronkelijke.

Nettesheim, Geschichte Gelderns, I, S. 27, zegt van deze kerk: Wahrscheinlich lag sie in der Honschaft Eyll, aus welcher sich in der Folge das Dorf Aldekerk entwickelte.

---

N<sup>o</sup>. 179.

Paus Alexander II bevestigt de bezittingen der abdij Epternach te Rindern en Millingen.

6 Mei 1069.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Reinberto, venerabili abbati eiusque successoribus apostolice sedis, cui, licet indigni deservimus auctoritati, competit omnium ecclesiarum necessitatibus subvenire et earum iura suo munimine inlesa servare.

Igitur karissimi confratris nostri Udonis Treverensis archiepiscopi iuxta seriem postulationis sue, sequentes auctoritatem predecessorum nostrorum, monasterio, cui preesse dignosceris, Aefternacensis videlicet ecclesie, confirmamus et coroboramus, quicquid a fidelibus eidem monasterio hactenus iuste collatum est, videlicet matres ecclesias cum capellis in pago Muslacensi in oppidis Putilinge et Bettinberche sitas, et ecclesiam in villa Crovia sitam cum capellis suis et vineis vinearumque decimationibus, Rinerum cum ecclesia et appenditiis suis, Kennele, Millinga, Tremethe, Reple, Waderloë cum ecclesia et appenditiis suis, Dissina, Durna, Bacle, Oss cum ecclesiis et appenditiis suis, Muomendorph, Munderdinga cum ecclesiis et appenditiis suis, Ezich, Wilre, Gichelinga, Gemtinga, Geina cum ecclesiis et omnibus appenditiis et pertinentiis earum. Inhibemus etiam, etc.

Scriptum per manus Iohannis scriniarii et notarii sacri palatii.

Datum Lateranis pridie nonas Maii per manus sacre apostolice sedis

diaconi ac bibliothecarii, anno VIII domni Alexandri pape, anno Dominice incarnationis MLXVIII, indictione VIII.

Beyer, Urkundenbuch, I, n. 369, S. 426.

No. 180.

Koning Hendrik IV bevestigt de bezittingen van het bisdom Luik, waaronder Heerewaarden en Pannerden.

25 Juni 1070.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia rex.

Omnibus Christi nostrique fidelibus notum esse volumus, tam futuris quam praesentibus, qui vir venerabilis Dietwinus, Tungrensis ecclesiae episcopus, quaedam praecepta nobis obtulit obtutibus, quae erant secundi Ottonis imperatoris et tertii et Henrici et avi nostri Chuonardi et patris nostri, piae memoriae, Henrici, firmata et sigillo signata, in quibus dicebatur, quod non solum ipsi sed et antecessores eorum, reges scilicet Francorum Pipinus, Carolus, Ludovicus, Lotharius et item Carolus caeterique reges, antecessores et successores eorum, eidem ecclesiae s. Mariae et s. Lamberti, cui, praestante Deo, idem episcopus praeest, per auctoritatis suae praecepta contulerant, ut et ipsa et suae appenditiae, quae sunt Lobbiis, et in loco, qui dicitur ad s. Hubertum, Bronio, Gembluos, Fossis et Malonia, Namuco, Dyonant, Scimaco, Cella, Tungris, Hoyo, Traiecto, Maslinas, Florinas, Aionis curte, Schendermala, Visert, Tectis, Hunbore, Heriwardes, Pannardes, Berchez, Bocheim, Magidera, Turmines, vel in caeteris locis cum omnibus rebus et hominibus ad se pertinentibus, libere per se consisterent et ab omni inquietudine iudicariae potestatis defensae et securae manerent. Etc.

Huius praecepti auctoritate, ut a fidelibus sanctae Dei ecclesiae ac nostris diligentius conservetur, et manu propria firmavimus et sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Adelberto cancellarius, vice Sigifridi archicancellarii, recognovi.

Data est septimo calendas Iulii, anno Dominicae incarnationis millesimo septuagesimo, indictione IX, anno autem ordinationis domini quarti Henrici regis decimo sexto, regni vero decimo quarto.

Actum Aquisgrani, in Dei nomine. Amen.

Chapeville, Gesta pontificum Leodiensium, II, p. 13.

Otto, graaf van Zutfen en Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Anno 11, aartsbisschop van Keulen, goederen door Everhard, graaf van Kleef, en zijne vrouw Berta gegeven voor het stichten van eene kerk te Neus, tusschen deze en den Dom te Keulen verdeelt.

27 September 1074.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Anno secundus, benignitatis Dei munere sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus eterne spei innitentibus, tum futuris quam presentibus.

Quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum, etc.

Testes quoque predictorum procuravimus adhibere, quorum nomina sunt hec: Anfridus episcopus de Traiecto, Magenardus episcopus Paderbornensis, Hermannus prepositus maioris ecclesie Coloniensis, Gerhardus decanus eiusdem ecclesie, Arnoldus prepositus sancti Severini Coloniensis, Lynso prepositus ecclesie sancti Ludgeri in Werdina, Wilboldus, Anfridus, Heygo, Beringerus et alii quam plures monachi eiusdem ecclesie; Otto comes de Zutphen et de Gelria, Fridericus comes de Arnsberg, Henricus frater eius, Geirhardus comes de Hoefsteden, Richzo comes de Henghebach, Gotfridus filius eius, Hermannus de Norvenich, Adelbertus de Saffenberch, Adolphus de Monte; de ministerialibus vero nostris, etc.

Acta sunt hec Colonie Dominice incarnationis anno millesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima, quinta kalendas Octobris, in die dedicationis maioris ecclesie nostre Coloniensis, presidente Romane ecclesie Gregorio papa septimo, pontificatus sui anno primo, regnante gloriosissimo rege Henrico, huius nominis quarto, anno regni sui decimo octavo, anno episcopatus nostri vigesimo.

Kremer, Akademische Beiträge, II, S. 203.

Deze oorkonde is, wat de getuigen aangaat, onjuist. Ansfriid, bisschop van Utrecht, is in het jaar 1010 overleden; in 1074 was Willem daar bisschop en Imad bisschop te Paderborn, waar een Magenardus als bisschop onbekend is. Berenger was proost van den Dom te Keulen, toen de oorkonde verleden zoude zijn, en niet Herman, welke die betrekking bekleedde in de jaren 1080—1084, Luzo was deken in de jaren 1072—1057 en Gerard in het jaar 1084. Vgl. Ennen en Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln, I, S. 482, 487, 488, 492.

Waar zoodanige misstellingen voorkomen ten aanzien van geestelijken op de plaats zelve, waar de aartsbisschop handelend optreedt, mag veilig aangenomen worden dat het eene fout is, dat Otto graaf van Gelre en Zutfen genoemd wordt.



N<sup>o</sup>. 182.

Anno, aartsbisschop van Keulen, geeft aan de door hem gestichte kerk van Maria ad gradus te Keulen de goederen, die zijn voorganger van Ermentrude ontvangen had.

29 Juli 1075.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Anno, Dei favente gratia Coloniensis archiepiscopus, [omnibus in Christo fidelibus, tam futuris quam presentibus.

Quam brevis et transitoria est presens vita attendendum summopere est his, qui in multis offenderunt, ut in futurum sibi refrigeria qualiacunque prospiciant et tanto studiosius, quanto amplius offendisse meminerunt.] Unde ego, recolens me mandata Dei sepius neglexisse, genetricem eius mihi precatricem parare decrevi dum in honore eius edificarem aecclesiam, quam pius antecessor meus Herimannus, si mors non praevenisset, suis sumptibus disposuerat edificandam, quatenus ibidem servientes ministri Dei iugibus votis ipsi s. virgini Mariae, matri Domini nostri Iesu Christi, supplicarent, ut pro peccatis nostris antecessorum, successorum quoque nostrorum interventrix existeret et poenas culpis nostris debitas pia prece removeret.

Huic itaque aecclesiae Blisna, Wissa, Unkelo, Heegenbac, Elbeche, Vlameresheim, quod ipsius antecessoris mei predium fuerat et eidem aecclesiae ab eodem destinatum erat, et in pago Aquensi, quod de prediis Ermentrudis adquisierat Valckenburch, Munzlic, Giminich, Epeno, Wilere, cum omnibus appendiciis suis, et, quod ego per praecariam a domina Richesa regina et coheredibus eius acquisivi, Meikidenheim, Diemunderode, Assela, Clotteno et ecclesiam matricem in Trutmonia cum decania eadem, Brouche, quod Sigehardus cancellarius mihi dederat, et decimationem in Saxonia, quod ad vestitum fratrum destinavimus. Ne quem vero moveat, etc.

Anno Dominicae incarnationis MLXV, indictione XIII, anno episcopatus domini Annonis XVIII.

Actum Coloniae IIII kal. Augusti.

Ernst, Histoire du Limbourg, VI, Cod. diplom. Limburgensis, p. 110, naar het oorspronkelijke.

Wat tusschen haakjes staat is genomen uit de uitgave van Van Spaen, Inleiding, II, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 14, bl. 31, die de oorkonde op het jaar 1065 stelt. Dit moet zijn 1075, wat overeenkomt met de indictie en de regeeringsjaren van Anno. Vgl. Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 220, S. 143, noot 6.

## No. 183.

Hildolf, aartsbisschop van Keulen, bevestigt de gift van Stralen, door zijn voorganger Anno II aan de abdij Siegburg gedaan, de helft dadelijk, het overige na het overlijden van Ermentrude.

## In het jaar 1076.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Hildolfus, divina dispensante clementia Coloniensis archiepiscopus.

Noverit omnium Christi fidelium, tam futurorum quam presentium pictas, qualiter beatę memorię Anno secundus, etc.

Sunt autem et hæc loca, quę eidem cenobio legavit et ministris Christi, ibidem degentibus, in victum et vestitum contulit: Strala ex toto, videlicet dimidium ad presens, quod ad manus habuit de bonis Brunonis, reliquum vero post discessum domne Ermentrudę, quod ab illa precarię et pecunię mercede aeclesię suę contulit. Sed et alia, etc.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 228, S. 147,  
naar het oorspronkelijke.

De oorkonde heeft geene dagteekening, doch op den rug er van is geschreven het jaar 1076, het eerste van het episcopaat van Hildolf.

## No. 184.

Gravin Adelheid, dochter van graaf Everhard en vrouw van Hendrik, geeft aan de kerk van s. Marten te Utrecht het predium Orten, ontvangt het in beneficium en daarbij in precarie de curtis Weurd bij Ewijk in de Betuwe en Wadenioen bij Tiel.

## Tusschen de jaren 1076 en 1099.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Sciant omnes Christi fideles, tam futuri quam presentes, quod Adelheyt, comitissa, comitis Everhardi filia, ob remedium anime sue ac mariti sui Henrici parentumque suorum, per manum Hermanni, quem ab imperatore advocatum acceperat, tradidit ecclēsie beati Martini in Traiecto super altare ipsius atque Conrado episcopo predium suum Ortinam nominatum, cum omnibus appenditiis, hoc est mancipiis, areis, edificiiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, sylvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis et cum omni utilitate, que inde provenire poterit. Servientes autem ad idem predium pertinentes ibidem in presentia sua fecit iurare sancto Martino fidelitatem et episcopo

Conrado, concessa eis lege, qualem habent meliores in tota familia s. Martini servientes. Post hec statim datis manibus episcopo facta est ipsius atque predictum predium ab eo in beneficium receptum, dans ei XII denarios Tielensis monete in signum, quod idem predium iam non esset suum, sed ecclesie proprium. Interposita est autem conditio huiusmodi, ut nulli episcoporum unquam liceat idem predium alicui dare in beneficium. Dominus vero Conradus episcopus comitis dedit in precariam duas curtes, Verdum scilicet in Batue, iuxta Awichsitam, et Waticam, prope Tielam positam, cum omni utilitate, qua ipse antea ibi usus fuerat; et cum domo lapidea quatuor prebendas Traiecti apud sanctum Martinum, sanctum Bonifacium, sanctum Petrum, sanctum Iohannem ita, ne subtrahantur ei, sive presens sive absens fuerit. Ipsa vero comitissa tres libras denariorum, quas censuales in Ortina solvunt, ad predicta monasteria singulis annis fratribus dari constituit. Cui si quis episcoporum de his, que concessa sunt, aliquid abstulerit, potestatem habeat ipsa recipere sua. His omnibus absque omni contradictione peractis, episcopus banno interdixit, ne quis sive de bonis ecclesie a comitissa traditis, sive de his, que comitissa concesserat, se intromitteret ac violenter in suos usus redigeret; quicumque vero hoc presumeret banno suo subiaceret atque omnipotentis Dei et sanctorum omnium contra se iram sentiret.

Ut autem omnia firma et inviolata permaneant, interfuerunt testes idonei: Rogerus de Malsena, Heremannus de Merehem, Theodicus de Herlar et filius eius Poppo, Heimericus de Mera, Gerung de Aspera, Iohannes de Impla, Winimarus et frater eius Adalardus, filii Adalardi, Rotgerus de Drutena, Albero de Batenburg, Theodericus de Batenburg, Albertus de Essvic, Theodericus frater eius, Lambertus de Iendia, Werenbertus de Oia, Giselbertus de Medela, Hatbertus de Buxten, Rodulfus de Batenburg, Willelmus de Flagence, Snellardus de Gamarthe, Hamulgerus de Riswic.

Liber donationum ecclesie maioris

Traiectensis, p. 40<sup>o</sup>, te Utrecht.

Konrad was in de aangewezen jaren bisschop van Utrecht.

---

No. 185.

Koning Hendrik IV geeft aan de kerk van s. Peter te Utrecht het predium Broek in de gouw Veluwe, in het graafschap van Diederik.

23 Mei 1076.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia rex. //

Libere et perfecte regem regnare est, Illum, per quem reges regnant, Christum, in sanctis suis honorare. Inter quos caeli ianitorem, integre // fidei confessorem, regni vel imperii defensorem, apostolorum principem, beatum Petrum apostolum in reparanda Traiectensi aeclesia sua pla//cando honorare, necessarium duximus, quam incendio consumptam nostris peccatis imputando ingemuimus. Unde in reparationem eiusdem aeclesiae praedium quoddam, nomine Bruoche, cum universis appenditiis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis et inviis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, ac cum omni utilitate, quae vel excogitari, nominari vel scribi poterit, sancto Petro in praefata aeclesia combusta firmando tradidimus, tradendo firmavimus, summonentibus ac rogantibus Bertha, et regni et tori socia, Sigefrido Mogontino, Hiltolfo Coloniensi archiepiscopis, Ruoperto Babenbergensi, Ebbone Nuinburgensi episcopis, Traiectensi vero episcopo Cuonrado eo obnixius quo rectius caeteris succinente. Cuius praedii situs est in pago Velue in comitatu Diederici. Dedimus autem ea lege, ut eadem aeclesia sancti Petri perenniter absque omni contradictione obtineat, et interdicimus, ne alicuius violentia inde auferat vel alio transponat. Cuius firmae traditionis testem cartam praesentem scribi iussimus. Quam, ut infra videri potest, propria manu corroboratam et sigilli nostri impressione insignitam, omnis generationis, tam futurae quam praesentis, notitiae reliquimus.

Signum domni Henrici quarti regis invictissimi.

Adalbero cancellarius, vice Sigefridi archicancellarii, recognovi.

Anno Dominicae incarnationis mill. LXXVI, indictione xv, x kalendas Iunii data, anno autem ordinationis domni Heinrici IIII regis XVIII, regni vero XXI.

Actum Wormatie, feliciter in nomine Domini Iesu. Amen.

Naar het oorspronkelijke op den huize Biljoen,  
met opgedrukt zegel.

Dat Bruoche, zoo als Van Slichtenhorst, Gelderse geschiedenissen, Appendices, bl. 583, reeds beweerde, het tegenwoordig landgoed Biljoen bij Velp is, heb ik nader bewezen in een opstel over deze oorkonde, in de Bijdragen voor Vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde van Nijhoff, thans van Dr. Fruin, Nieuwe Reeks, D. VI bl. 336 en vlg. Daar heb ik ook weggenomen de dwaling, dat de oorkonde op papier en niet op perkament geschreven zoude zijn.

Sigewin, aartsbisschop van Keulen, verklaart dat gravin Irmengarde aan den proost van Rees gegeven heeft de strafrechtspraak over de hoorigen der kerk, de varkenstienden te Rees, Emmerik en Stralen, eene curtis te Wezevelde en hare bezittingen te Königswinter.

Tusschen de jaren 1079 en 1089.

† In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Sigewinus, divina favente clementia, licet indignus, Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Notum sit cunctis in Christo fidelibus, qualiter Irmengarda comitissa, pro suis parentumque suorum in Resa quiescentium peccatis redimendis, eidem ecclesię contulit hoc munus honoris, ut si quis forte ex familia sanctę Dei genitricis Marię in pace confracta, vel in furto seu in aliis huiusmodi rebus deliquerit, quicquid sui iuris exinde erat, hoc predicti loci prepositus iustificandum ac definiendum habeat successoribusque suis, Deo propitio, constituit, ut tribus anni temporibus procedant in Aspelo predicti fratres, Deum et sanctum Georgium pro stabilitate sanctę ecclesię ibidem humiliter deprecando. Deinde cum videret fratres predictos intollerabili penuria tabescere pulmenti, donavit etiam in prebendam fratrum cotidianis duntaxat diebus suorum decimam porcorum, nec non eorum, quecunque eisdem porcis adiciuntur in augmentum, sive in tritico, sive in siligine seu in denariis, in his videlicet locis: in Resa, in Embrico, in Strala. Et si forte glandifer annus fuerit, in quamcumque proprietatis suę silvam porci sui ingrediantur, illuc pariter et illi saginandi sequantur. Rursus si tanta copia provenerit glandis, ut et extraneorum porci in sui nemoris pascua admittantur, ex his saginatis quicquid predictę comitissę iure debetur, huius quoque decima fratrum predictorum usui deputetur.

Dedit quoque ad prefatum altare sanctę Marię curtem unam in Wezevelde.

Huic traditioni inerant Arnolt, domus sancti Petri advocatus, Fiederich, Gûdefrid, Tiederich, Richezo, Mazzo, Belderich, Franco, Bûno, Heimezo, Rabodo, Godefrid, Azzo, Brun, Hertger, Hunger, Gerhart.

Tradidit quoque predicta comitissa fratribus Resensis ecclesię, pro anime suę parentumque suorum remedio, quicquid predii visa est habere in Winetre, vineas scilicet, agros, silvam utriusque mancipia sexus, eodem videlicet solvendi census iure eodemque debite conditionis servio, quo ea, dum vixit, ditioni suę subiugata possedit.

Huic traditioni inerant Arnolt, domus sancti Petri advocatus, Adelger de Zulpicha, Reginbolt, Frederich comes, Burchart, Bezelinus custos, Luidolf prepositus, Cuono, Hezel, Rahtere.

Et hoc totum prefata comitissa fratribus predictis dedit hac conditione adhibita, quatinus in anniversario depositionis suę die a fratribus illi diligenter agatur eius memoria.

Ad hec et nos considerantes, quia ille bene utitur rebus transitoriis, qui ex iis adquisierit premia vite celestis, videntes etiam et sepe intelligentes domni antecessoris nostri Annonis ac predictę comitissę bonam in fratres prenomatos voluntatem, cum ipsi preventi morte hanc implere non poterant, nos, pro modulo nostro, cum pro nostris tum pro illorum peccatis redimendis, fratribus illis qualemcunque consolationem fecimus, scilicet monetam eiusdem loci et IIII mansos in Hudenchovon ad supplementum prebendę eorum dedimus, banno Dei ac sanctę Marię, matris eius, sanctique Petri apostoli ac nostro anathematizantes eum, quicumque predictam traditionem comitissę vel nostram infregerit ausu temerario.

Huic nostrę traditioni testes aderant: Herimannus prepositus, Bertolfus prepositus, Hezelinus prepositus, Heriman, Gerhart, B....., Rûdbertus, Heriman, Liudolf, Folemar, Bernart, Mezelinus, Iohan, Adelbrat comes, Adolph de Monte, Gerhart de Gulecho, de Saphenberch Adelbrecht, Hesse comes, Dudo, Reginbolt, Reginhere filius Wicmanni, Rethere advocatus, Heinrich et frater eius Tiederich, Hemmo, Wezel, Warin, Adelbrat villicus, Liudewig, Eppo, Adelbero, Truprat, Tiederich, Odaker, Brunsten, Hazecho, Regenzo.

Quę singulę traditiones predictę ne prolixitate temporis oblivioni tradantur, sed potius, tam futurorum quam presentium fidelium ad notitiam, hanc inde cartam fieri ac sigillo nostro iussimus insigniri.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 242, S. 155,  
naar het oorspronkelijke.

Sigewin was aartsbisschop van Keulen van het jaar 1079 tot 1089.

#### No. 187.

Herman, graaf van Zutfen, abt van het klooster s. Pantaleon te Keulen.

In de jaren 1082 en 1121.

Anno MLXXXII. Domnus Humbertus abbas obiit et successit Herimannus.

Anno MCXXI. Domnus Herimanus, bonae memoriae abbas, postquam prefuit 40 annis, obiit.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz, Monum  
Script., xvii, p. 743 en 752.

Hermannus, eiusdem nominis primus, nonus nostri monasterii abbas, comes Zutphaniae, eodem anno, videlicet MLXXXII, successit. Hic construxit oratorium in honore sancte Crucis et duodecim Apostolorum, hac inscriptione teste: etc.

Moritur demum anno Domini MXXI sub Honorio II, Romano pontifice, Friderico I, archiepiscopo Coloniensi, ac Henrico V imperatore, postquam annis quadraginta prefuit; sepultus in oratorio Apostolorum, quod ipse vivens construxerat.

Necrologium abbatum monasterii s. Panthaleonis  
Coloniae, bij Würdtwein, Nova subsidia diploma-  
tica, IV, p. 6.

De stichting van den abt wordt bevestigd door eene oorkonde van den aartsbisschop van Keulen van 2 Juli 1094, bij Lacomblet, Urkundenbuch, I, n°. 248, S. 160.

### N°. 188.

Irmgarde, zuster van Herman, graaf van Zutphen, abt van s. Pantaleon te Keulen, en van Rupert, geeft aan dat klooster een wijnberg.

Na het jaar 1082.

Donationis cuiusdam vineae litera b. Irmgardis Zutphaniensis.

In nomine Dei omnipotentis.

Notum sit omnibus fidelibus, tam futuris quam praesentibus, quod ego Irmgarda, liberam habens potestatem de rebus et possessionibus meis facere quae vellem sine ulla contradictione, pro remedio animae meae parentumque meorum, tradiderim ad altare s. Panthaleonis . . . . . per manus Ruperti, nepotis mei, filii fratris mei Ruperti, detinenda firmiter, per manus comitis Henrici de Casle, eiusdem altaris advocati, contra omnem personam, unde etiam cartam hanc conscribi et sigillo fratris mei domini Hermanni, eiusdem loci abbatis, consignari et confirmari feci, ne ullus haeredum meorum vel posterorum unquam hanc traditionem infringere aut alienare quocunque ingenio praesumat, quod qui fecit anathema sit.

Huius rei testes sunt Maxquardus prior eiusdem loci, Arellinus custos, Almerus advocatus, Ganzellinus, Richolphus, Albur.

Van Spaen, Codex diplomaticus, achter het 2° Deel  
der Inleiding, n°. 16. bl. 35.

Herman werd abt van s. Pantaleon in het jaar 1082. Is het te gewaagd aan te nemen, dat bij zijne verheffing tot die waardigheid, zijne zuster de gift gedaan heeft?

Casle is mogelijk Kessel; en dan vinden wij hier voor het eerst een graaf van die landstreek, en vermoedelijk denzelfden, die in het jaar 1114 deel nam aan den oorlog tusschen keizer Hendrik V en de Keulenaren.

N<sup>o</sup>. 189.

Koning Hendrik IV geeft de abdij te Elten in de gouw Hameland, in het graafschap van Gerard, aan de kerk van Hamburg.

22 Juni 1083.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, Heinrici filius imperatoris secundi, divina favente clementia rex.

Exemplum iustitiae et honestatis a patribus nostris, divae memoriae augustis, accipientes, tum ex proprio sensu per nos ipsos, quae sint iusta ac Deo placita intelligentes, regiam nostram maiestatem decere perspeximus, ut fideles nostros, fidem ac iustitiam ad nos servantes, dignis retributionibus remuneremur. Quamobrem Liemarum, sanctae Hammaburgensis ecclesiae venerabilem archiepiscopum, nominis nostri precipuum amatorem atque optime de nobis merentem, dignum duximus, ut pro sua in nos fide egregia ac perpetua devotione magno . . . . munere donaremus, etc.

Huic ob fidem in nos tantam et voluntatem quam optimam spontanea voluntate benefacere volentes, abbatiam Altene, in honore sancti Viti martyris constructam, iuxta Rhenum fluvium, in pago Hameland, Gerardi comitatu sitam, sanctae Hammaburgensi ecclesiae in veneratione Salvatoris atque eius genitricis, perpetuae virginis Mariae, nec non etiam supradicti sancti Viti, pretiosissimi martyris, consecratum, perpetuo iure possidendam tradidimus eidemve Liemaro, prefatae ecclesiae provisorio et pastori dignissimo, ac suis deinde successoribus in omne evum perfruendam, concessimus, quo tali libertatis nostrae exemplo facilius ceteros ad similem devotionem et nostrum servitium attraheremus. Etc.

Data x kalendas Iulii, anno Dominicæ incarnationis MLXXXIII, indictione VI, anno autem ordinationis domni Heinrici regis III regis XXIX, regni XXVII.

Actum Romae post urbem captam feliciter. Amen.

Lappenberg, Hamburgisches Urkundenbuch, I,  
n<sup>o</sup>. 114, S. 107.

Deze gift werd door den keizer bevestigd den 28<sup>sten</sup> December 1085, toen hij aan de kerk te Hamburg gaf de abdij te Vreden, in pago Westphala dicto, in comitatu Gerardi. Lappenberg, a. w. I, n<sup>o</sup>. 116, S. 110, naar het oorspronkelijke te Hannover.

---

N<sup>o</sup>. 190.

Konraad, bisschop van Utrecht, ontvangt van het kapittel van s. Jan aldaar de tol te Smithuizen met twee mansi en een bosch in Wanbeke.



In het jaar 1085.

In nomime Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Cognoscant fideles, tam futuri quam presentes, quod Anselmus, prepositus et reliqui fratres // ecclesie beati Iohannis baptiste, in Traiecto constitute, michi Cunrado, eiusdem loci episcopo, thelo-neum in Smithusen duos quoque mansos // cum quinque mancipiis, silvam etiam, quam Forest vulgo nuncupant, in loco Wanbeke nominato, cum omnibus appenditiis dederunt. // Pro istis autem dedi eis, etc.

Huius quoque rei testes subscripsimus Lanzonem, maiorem domus sancti Martini prepositum Traiecti, Adelhardum, prepositum sancti Salvatoris ibidem, Rüdolfum, prepositum sancti Petri in Traiecto, Liebertum, prepositum in Andensele, Ecgebertum decanum, Lambertum, Engelbertum prepositum, Wezelinum decanum, Theodericum, comitem Hollandie.

Et ut inconvulsus contractus iste permaneat, sub anathemate firmavimus et sigilli nostri impressione signavimus et cartam hanc testem futuram sub predictis presentibus testibus dedimus anno Dominice incarnationis MLXXXV, indictione VIII, anno presulatus mei octavo, regnante Henrico imperatore quarto.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het Kapittel van s. Jan, te Utrecht. In het midden van onderen is een perkamenten strook, waaraan het zegel gehangen kan hebben.

Van deze oorkonde, die ook voorkomt in Liber hirsutus te Utrecht, gaf bisschop Guido in het jaar 1311 een vidimus. Volgens een transumptum iudiciale van des bisschops officiaal van het jaar 1474, bevestigde bisschop David in het jaar 1461 de giften. Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 7, bl. 147, noot a. Over den tol, die later naar Emmerik en vervolgens naar Schenkenschans verlegd en aan het kapittel van s. Marie te Utrecht overging, zal ik nog meer oorkonden mede te deelen hebben.

Dr. Vermeulen meent, volgens zijn Verslag aangaande de archieven der provincie en der voormalige vijf Kapittelen te Utrecht, bl. 65, op afdoende gronden, die hij echter niet opgeeft, de bovenstaande oorkonde voor onecht te mogen houden. Een nauwkeurig onderzoek door den Rijksarchivaris Mr. Van den Bergh en mij ingesteld heeft ons die meening niet doen deelen.

---

No. 191.

Keizer Hendrik IV doet door zijne graven Gerard van Wassenberg en Gozewijn van Heinsbergen Luipo stellen in het bezit der abdij van s. Truijen.

In het jaar 1085.

Interea Luipo, unus de fratribus nostris, ille inquam, qui Leodii

apud sanctum Laurentium exilii sententiam susceperat, fuga exilium evadit, necessitate quidem ea, quia Leodensium episcopum longius eum velle in exilium mittere sensit. Qui cum per omnes, quos utiles sibi fore existimabat, per ipsum quoque imperatorem, apud abbatem Lanzonem omni humilitate ageret, ut receptus in claustrum suum, quo nutritus fuerat, ordine quo et alii vivere posset, nullo modo intrare valuit. At ille cum parentibus suis Lovanii, interdum vero Salechem aliasque nonnunquam — nobiliter enim natus fuerat — de patrimonio suo tristis et merens vivebat. Sed auditis inimicitiiis, quae inter imperatorem et Herimannum Mettensem [episcopum] obortae fuerant, et quia abiudicatum illi episcopatum imperator cum omnibus appenditiis eius, simul etiam et abbatiam nostram eadem lege habebat in manu sua, locutus fratribus nostris, qui Gande in monasterio sancti Bavonis exulabant, necnon et quibusdam, qui abbatem Lanzonem aliquantum cum eo morati tandem effugerant, simul etiam aliquibus, qui cum eo adhuc erant, ut multa interea hac illacque preteream, ab imperatore tandem obtinuit ut, suscepto dono abbatiae nostrae de manu imperatoris, per duos comites eius in eam introduceretur, Gerardum scilicet de castello, quod dicitur de Guassenberge, et Gozwinum, avunculum eius, de castello, quod dicitur Heinesberge.

Intravit igitur VII kal. Iunii in pompa magna militum.

Rodulfus, Gesta abbatum Trudonensium, lib. III, c. 2,  
bij Pertz, Monum. Script., x, p. 240.

Volgens denzelfden schrijver, p. 239, werden de monniken van s. Truijen in het jaar 1083, ten gevolge van oneenigheden over het kiezen van een abt, verstrooid. De Annales Augustiani vermelden op het volgende jaar de onderwerping van den bisschop van Metz door den keizer, die den 16<sup>den</sup> October in die stad was. Pertz, a. w., III, p. 131, Stumpf, die Reichskanzler, II, N<sup>o</sup>. 2864, S. 238.

#### N<sup>o</sup>. 192.

Keizer Hendrik IV bevestigt de gift van het predium Gesseren door de abdis Suanihilde aan het klooster te Essen gedaan.

Mei 1085.

C. In nomine sanctę et individuae Trinitatis.

Ego Henricus, divina favente clementia imperator augustus.

Notum esse iubemus omnium fidelium nostrorum universitati, presentię scilicet et posteritati, qualiter Suanihildis, Dei gratia nostraque concessione Asnidensis monasterii abbatissa, nostrae dignitatis adiit clementiam, intimans celsitudini nostrę qualiter ipsa, suę consulens

animae, pro se et parentum suorum, æterna memoria, sanctę Dei genitrici Marię, ad reliquias sanctorum Cosmę et Damiani, hæc sua paternę hereditatis contulerit predia, consentiente quidem et annuente fratre suo Burghardo et coniuge sua domna Williberga cęterisque coheredibus suis, videlicet Gesseron, Wedereke, Hukengeswage. Nec non etc.

Et ut perenniter hæc traditio stabilis perduret hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Facta sunt hæc in sancta Magontiensi sinodo coram his testibus et banno suo hæc confirmantibus, tribus scilicet sedis apostolicę nunciis cardinalibus, nec non et reverendis archiepiscopis et episcopis: Wezelino Magontiense, Sigewino Coloniense, Liemaro Bremense, Erpone Monasteriense, Conrado Traiectense, ut quicumque hæc infringere presumpserit ante oculos Dei anathema sit.

Signum domni Heinrici imperatoris invictissimi.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 235, S. 152.

Hoezeer de oorkonde dagteekening noch zegel heeft, twijfelt Lacomblet niet, doch Stumpf, Die Reichskanzler, n, n<sup>o</sup>. 2867, S. 239, wel aan hare echtheid. De eerste deelt mede, dat het kasteel van Wachtendonk gebouwd is bij Gesseren en dat de kerk van die plaats nu de Sebastiaanskerk bij Wachtendonk is.

---

### No. 193.

Keizer Hendrik iv beslist, volgens uitspraak der rijksgrooten, de geschillen over de kerk te Echt tusschen graaf Gerard van Wassenberg en de kerk van s. Servaas te Maastricht.

In het jaar 1087.

In nomine sancte et individue Trinitatis et victoriosissime crucis et sancte Dei genitricis Marie et perpetue virginis.

Henricus, Romanorum imperator augustus, omnibus ecclesie Dei filiiis ac fidelibus eiusdem Dei gratiam pacemque perpetuam.

Quoniam nostrum est, qui regni providentiam gratia Dei suscepimus, ecclesiis Dei sollicitudinem adhibere, necessarium duximus nobis Deoque gratissimum, reformare, si quid delinquerit et reducere eos, qui viam iustitie pretergrediuntur. Unde volumus notum esse omnibus presentibus et posteris, quia ecclesiam de Echa, que pertinet ad prebendam fratrum ecclesie sancti Servatii, que est in Traiecto, quam comes Gerardus de Wassenbergh invaserat, iudicio optimatum aule

nostre Aquisgrani ecclesie sancti Servatii restituimus, Theodericum de Herlar de eadem ecclesia advocatum fecimus. Sed cum post primum iudicium idem comes Gerardus nollet desistere, secundo, coadunatis principibus palatii, Aquisgrani de eadem re iudicium habuimus. Predictus Theodericus, quem primo iudicio fecimus advocatum ecclesie, adhibitis secum testibus liberis atque ydoneis, die constituto eandem ecclesiam sancto Servatio sacramento optinuit. Comes Gerardus eo, quod iusticiam eandem detinuerat, eidem Theoderico advocato emendavit lege palatii. Hoc igitur iudicium, ut perpetuo stabile inconvulsamque permaneat, assensu principum aule nostre, banno imperiali confirmavimus et hanc cartam inde fecimus conscribi et manu propria, ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Henrici quarti regis et imperatoris.

Hermannus cancellarius, vice Wezelonis archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec Aquisgrani palatio, anno dominice incarnationis MLXXXVII, indictione decima, regnante Henrico imperatore, Conrado filio eius duce, anno regni eius trecesimo secundo, imperii quarto, Henrico episcopo Leodiensi, Godescalco Traiectensi preposito, Dudikino decano.

Hii affuerunt testes: Sygwinus Coloniensis archiepiscopus, Limarus Bremensis archiepiscopus, Cunradus Traiectensis episcopus, Burchardus Lausanensis episcopus, Henricus Leodiensis episcopus. Hii quoque regni principes: dux Saxoniae Magnus, dux Lothariorum Cunradus, Adelbertus comes, Cono comes, Arnoldus comes, Henricus comes de Lacho, Godefridus comes de Kerelo, item Godefridus filius eius cum multis aliis.

Compte rendu des Séances de la commission royale  
d'histoire, IX, 3<sup>me</sup> serie, p. 14.

In de uitgave der Commissie staat onder de getuigen dux Saxoniae, Magnus dux Lothariorum, doch Magnus is geen bijvoegelijk naamwoord, maar de eigenaam van den Saksischen hertog.

Op den twist over Echt zal betrekking hebben, wat in AA. SS. Bol. 13 Mei, p. 223, in *Miracula s. Servatii episcopi*, uit een HSS. der XI<sup>de</sup> eeuw, wordt meêgedeeld: *Accidit aliquando, ut canonici Traiectenses causam acturi [adessent] Aquisgrani, super ecclesiam et bona de Echt, quam pridem Gerberga [Oorkonde van 968] soror Ottonis maioris imperatoris uxorque Gisleberti, ducis Lothariae, a militibus interempti et Traiecti regali magnificentia sepulti, animae illius pro reconciliatione b. Servatio tradidit. Quae post longum litigium eis fuit adiudicata.*

Konrad, bisschop van Utrecht, bevestigt, in tegenwoordigheid van keizer Hendrik iv, statuten der kerk, waarbij bepaald wordt dat de bisschop de begeving heeft der proosdijen van Tiel, Odiliënberg en Elst, maar dat hij die slechts geven mag aan een kanonnik van den Dom.

29 October 1088.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis et sancti Martini confessoris, gloriosi patroni mei, ego Conradus, sanctae Traiectensis ecclesiae humilis episcopus, notum esse volo posteritati universae, quod a venerabilibus viris, in Christo dilectis, praeposito, decano et capitulo maioris ecclesiae Traiectensis praedictae vocatus, veni ad capitulum, ut privilegia eiusdem viserem et statuta ab antecessoribus meis episcopis ipsis concessa, edita, praesentata. Visis igitur et examinatis pluribus ipsorum privilegiis concessis eis et editis, videlicet a dominis Frederico, Raboldo, Baldrico et Adelboldo, ecclesiae ipsorum, a Danis destructae reparatore et fundatore glorioso, pluribusque aliis episcopis antecessoribus meis, inter cetera repperi statutum sub his verbis:

Ne ea, quae sancti patres et antiquitas veneranda spiritu sancto inspirante decreverunt, a memoria posteritatis deleantur, decet et convenit scripturarum memoriis perhennare et nota facere tam praesentibus quam futuris. Sciant igitur universi, quod in fundatione prima maioris ecclesiae Traiectensis certus numerus est statutus canonicorum, videlicet quadraginta cum praeposito et decano. Processu vero temporis multiplicatis fidelium populis, pluribusque ecclesiis collegiatis ex inspiratione divina de consensu maioris ecclesiae praedictae fundatis et constructis, tam in civitate quam dioecesi Traiectensi, deinde per episcopos ac maiorem ecclesiam earum fundatores decretum extitit et statutum, ut omnes ecclesiae praedictae matri ecclesiae, scilicet maiori praedictae, perpetuis temporibus sint subiectae et in memoriale subiectionis, cum praeposituram earundem aliquam vacare contigerit, capitulum, ad quod eiusdem collatio pertinet, unum de canonicis praedictae maioris ecclesiae in praepositum eligat et nullum alium praesumat, cum archidiaconi esse non debeant nisi immediate in ecclesia cathedrali. Item cum episcopus praeposituram Tyellensem, thesaurariam, scholasticam, choriepiscopatum et quaedam alia officia, scilicet de Elst et Edelenberghe, praepositurae nuncupata, quae et claustrales obedientiae appellantur, suae collationi reservarit, nulli eas conferre, nisi canonico maioris, poterit aut debet. Ecclesiavero s. Salvatoris.

quae cum maiori simul est fundata et dotata ipsique annexa fraternitate speciali, suam praeposituram conferre cuicumque voluerit est consueta. Decretum est etiam etc.

Praemissa omnia et singula privilegia et statuta rationabiliter edita a venerabilibus viris meis praedecessoribus episcopis, iam cum Christo viventibus, duxi confirmanda in Dei nomine et praesentibus confirmo, praecipiens omnibus posteris sub anathematis vinculo inviolabiliter observare.

Acta sunt in capitulo maioris ecclesiae, praesentibus domino meo Henrico IV imperatore ac venerabilibus viris Annone Coloniensi, Everardo Trevirenci archiepiscopis, Burchardo Halverstadensi, Frederico Monasteriensi episcopis, Godefrido, Frederico, Everardo ducibus et pluribus aliis regni et episcopatus fidelibus, anno Dominicae incarnationis MLXXXVIII, anno domini Henrici regni XXXIII, imperii V, mei vero XIII, IV kalendas Novembris.

Miraeus, Opera diplomatica, III, p. 564.

Van Spaen, Inleiding, I, bl. 247, en Moll, Kerkhistorie, II, I, bl. 307, houden dit stuk met grond voor verdicht. De inhoud is echter vermoedelijk waar.

---

#### No. 195.

De abdij van s. Truijen heeft bezittingen in Teisterbant.

In het jaar 1094.

Dux Godefridus, qui postea Iherosolimam profectus rex ibi defunctus est, totam abbatiam nostram suo mancipat servitio. Ne dum reparata erant templi claustrique nostri edificia, sed fratres quasi in tuguriis circa exustos parietes haec illacque habitabant; parum apud eos religionis minusque consilii. Inter quos erat quidam Herimannus. ---

Hic, laicorum suggestione corruptus --- providentiam invadit totius abbatiae nostrae, sperans sic tandem ipsum et nomen et fructum obtinere posse. Huic dono fratres vehementissime reclamabant. ---

Vicit tamen ducis violentia, corrasaque est illi, modo hinc modo illic, cum maximo dampno aecclesiae, gravis nimis pecunia. Nam soli nostri homines de Testebant usque ad LX marcas inde persolventes, mendicare tandem compulsi sunt, qui prius fuerant divites.

Rodulfus, Gesta abbatum Trudonensium, lib. V, c. 4, bij Pertz, Monum., Script., x, p. 251.

N<sup>o</sup>. 196.

Gerard, graaf van Gelre, en zijn broeder Hendrik getuigen van Ida, gravin van Boeljon, bij eene gift van haar en haren zoon Godfried aan het klooster te Aflingem.

In het jaar 1096.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Ida Boloniensis comitissa, humilis Christi ancilla, cunctis in fide manentibus gaudia promereri promissa fidelibus, etc.

Factum est autem hoc apud Traiectum in ecclesia s. Servatii confessoris, praesentibus etiam reliquiis s. Gertrudis virginis, pro simili negotio illuc tunc allatis.

Ut autem haec traditio omnibus retro seculis rata et inconvulsa permaneat, omnem rem, uti gesta est, litterarum memoriae commendamus et sigillis nostris ego et Godefridus filius meus roboramus et testes idoneos, qui huic rei interfuerunt, subtersignavimus.

Signum Lamberti nostri capellani. S. Gerardi comitis de Gelre et fratris eius Henrici. S. Godescalci de Iacen. S. Henrici de Cuck. S. Cononis de Montaut. S. Theoderici de Bemel. S. Henrici de Birbaica. S. Balduini de Ostervic. S. Walteri de Grimberges. S. Reineri advocati Leodicensis.

Denique, etc.

Factum est autem hoc incarnationis Domini anno millesimo nonagesimo sexto, indictione quarta, regnante Domino nostro Iesu Christo, anno etiam profectionis Christianorum contra paganos Ierusalem.

Miraeus, Opera diplomatica, 1, p. 77.

N<sup>o</sup>. 197.

Herman III, aartsbisschop van Keulen, geeft aan de abdij Sieberg Stralen, dat een predium van gravin Irmindrudis was.

13 December 1096.

Herimannus tercius, Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Christianę religionis ac precipue ad summa sacerdotia provecis officium est, etc.

Quapropter --- notum esse volumus qualiter nos --- ad monasterium sancti Michahelis archangeli, quod positum est in monte Sigeberge --- quedam hic notata predia cum omnibus suis utilitatibus

donavimus, videlicet: Lōvesberc, Wurmelinga, Clossinge, Edelenkirecha, Flamesfelt, Manbrōch, Stokheim, Argeste, Liure, Halinge, Milinchusen, Hovestete, Rode, Strale, quod erat predium Irmindrudis comitissę, integramque et absolutam traditionem ad predictum monasterium contulimus, ut etc.

Huic negotio testes interfuerunt prepositus de domo sancti Petri Arnoldus, Hezo eiusdem domus decanus, abbas Herimannus de sancto Pantaleone, abbas de sancto Martino Adelbodus; capellani: Adelhardus, Iohannes, Ingrammus, Thieodericus, Everhelmus, Berenhardus, Regenbertus, Heinricus; milites: Gerhardus de Hostaden, Gozuinus, Thieodericus de Tonebure, Godescalcus; servientes: Heremannus advocatus, Gunzelinus, Bruno, Thieodericus, Thietmarus, Heremannus, Gerbertus.

Actum Colonię anno ab incarnatione Domini mxcvi, indictione iiii, idus Decembris, regnante Heinrico tercio Romanorum imperatore augusto, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 252, S. 162,  
naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 198.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij de bisschoppen van Spiers en Worms eene ruiling aangaan.

9 November 1099.

Notum esse volumus omnibus, tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quod Iohannes Spirensensis ecclesie antistes --- et Cuno Wormaciensis ecclesie presul, quoddam concambium, etc.

Ut autem prescriptum concambium ratum et inconvulsum in omnes retro generationes permaneat, confirmatum est assensu Heinrici tercii imperatoris in presencia complurium ipsius principum. Fuerunt autem ibi presentes et consenserunt: Egilbertus Trevirensis archiepiscopus, Hermannus Coloniensis archiepiscopus, Harthvigus Magadeburgensis archiepiscopus, Liemarus Bremensis archiepiscopus, Burchardus Basiliensis episcopus, Otto Argentinensis episcopus, Emechardus Winceburgensis episcopus, Udo Hildesheimensis episcopus, Fridericus Halverstadensis episcopus, Albewinus Merseburgensis episcopus, Walramus Einsticensis episcopus, Widelo Mindensis episcopus, Burchardus Monasteriensis episcopus, Heinricus Padelbrunnensis episcopus, Wido Osenburgensis episcopus; preterea dux Fridericus palatinus comes,



Sigefridus, Cuno filius ducis Ottonis, Gerhardus comes de Gielra, Gerhardus comes Moguntinus, Adelbrath, Burchardus marchio, Wippreth, Heriman.

Factum est Moguncie v idus Novembris, anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>CVIII, indictione VI, anno imperii Heinrici tereii imperatoris augusti xv.

Würdtwein, Subsidia diplomatica, IV, n<sup>o</sup>. 90, S. 329.

Würdtwein vergist zich, in het begin van het opnoemen der vorsten, in de plaatsing der leestEEKENS; hertog Frederik, waarschijnlijk van Swaben, was geen paltzgraaf: die betrekking bekleedde sedert het jaar 1095 Sigfried. Er moet dus gelezen worden: dux Fridericus, palatinus comes Sigefridus.

### N<sup>o</sup>. 199.

Lijst der inkomsten van het klooster te Werden in het territorium te Halle uit Tulethen, Renen, Endesle, Bekestere, Huzzere, Putten, Halverikhuizen, Hello, Wapegelde, Ra, Oeken, Rienderen, Wichmond en Mediclo in de Betuwe.

XII<sup>e</sup> eeuw.

#### XVII. De territorio in Halle.

In Halle Suavo II mod. silig. et II den., porcum I aut VIII den. et servitium curtis. Ibidem Ekkehardus tantum, Rutholfus tantum, Rätgerus tantum.

In Tülethe Geldue vidua III mod. avenę et dimidium, VIII den. et obulum, anserem I.

In Renen Iohannes I mod. hordei, II mod. avenę, XVI den. et obulum, anserem I. Ibidem Hathegoldus tantum, Bitterolfus tantum, Ekbertus tantum.

In Endesle Ezzelinus xxx den. et I anserem.

In Bekesteren Lievekin x mod. silig., porcum I aut VIII den. et servitium curtis.

In Hūzzere Waldericus v solid., porcum I aut VIII den. et servitium curtis.

In Putte Adalbertus tantum.

In Halverinchuson Rūthericus tantum.

In Hello Bezzelinus xxx den.

In Wapegelde Tiego xxx den.

In Ratnen Abbo v solid.

In Ōken Hazzeko x den., porcum I aut VIII den. et servitium curtis.

In Renere Henricus x solid. Ibidem Ekbertus x den., porcum I aut VIII den. et servitium curtis.

In Withmunde de quadam terra v solid.

Iuxta Bethue in Mediklo de quadam terra v solid.

Lacomblet, Archiv für die Geschichte des Nieder-  
rheins, II, S. 276.

Onder de inkomsten in Gruninga et Frisia komt S. 288 voor: Ad servicium abbatis et nunciorum eius et advocati, dum intrant Frisiam statuto tempore: in Lon v solid. Daventriensis monetae, in Dalon XIII mod. silig. XIII mod. brac. v solid. in Grunlo xxx den., in Slene v solid., in Arlon VI mod. silig. VIII mod. brae., in Glemmene III mod. silig. III mod. bracia.

---

No. 200.

Opgave der inkomsten van de kerk van O. L. V. te Aken te Erkelens, Haslo, Linne en Swalmen.

XIII<sup>e</sup> eeuw.

Indiculus reddituum regalis ecclesiae B. M. V. Aquisgrani.

In Aquisgrani palatio sunt, etc.

In Erclenze sunt v dominicales mansi, aspiciunt ibi XXIII et dimidius, quorum unusquisque solvit xx denarios et duos porcos, XII denarios valentes, et II pullos, II carratas lignorum, et exercet III bonuaria, et servit per totum annum, si opus fuerit.

In eodem predio sunt VIII mansi, unusquisque ex his solvit v solidos, praeterea solvunt similiter XVI denarios et totidem pullos.

Sunt etiam ibidem III mansi, quos servientes tenent. Est etiam ibi I camba, solvens xxx modios. Est etiam ibi molendinum, solvens xxx modios. Est etiam ibi terra, solvens XVIII denarios. Haistoldi solvunt I libram. Est etiam ibi terra elemosine, solvens xv denarios.

In Ostrich etc.

Nona de Haslo et de Linne, de Sualmo pertinet ad ecclesiam Aquensem, quo tamen ab usu fratrum penitus rapiuntur.

In Rikela etc.

Ernst, Histoire du Limbourg, VI, Codex diplomatique Limburgensis, n<sup>o</sup>. 2, p. 83.

---

No. 201.

Keizer Hendrik IV neemt, door tusschenkomst van de fideles curiae suae, onder welken Gerard, graaf van Wassenberg, de abdijs Lobbes in zijne bescherming.

16 Mei 1101.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus.

Notum esse volumus omnibus Dei et nostris fidelibus, tam futuris quam praesentibus, nos monarchiam imperii nostri etc.

Interventione etiam fidelium curiae nostrae, scilicet archiepiscopi Coloniensis Frederici, Burchardi Monasteriensis, Cononis Wormatiensis, Adalberonis Metensis, Walcheri Cameracensis episcoporum, ducis Frederici, marchionum Burchardi et Herimanni, comitum Seifridi palatini, Alberti Namurcensis et filii eius Godefridi Lovaniensis, Arnulphi Losensis, Gerardi Guasimbergensis, concessimus eidem abbatiae --- ut --- nostra gaudeat defensione, etc.

Et ut haec nostra concessio imperialis per succedentia tempora maneat inconvulsa, manu nostra eam firmavimus atque sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domini Henrici Romanorum imperatoris.

Humbertus cancellarius, vice Rothardi archicancellarii, recognovi.

Data decimo septimo calendis Iunii, anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo primo, indictione octava, anno ordinationis domini Henrici quadragesimo octavo, regni vero quadragesimo sexto, imperii autem octavo.

Actum in obsidione castris vocabulo Lemburg, in Dei nomine feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, II, p. 673.

---

## N<sup>o</sup>. 202.

Otto van Zutphen en Gerard, graaf van Wassenberg, zijn tegenwoordig bij de teruggave door Hendrik, graaf van Limburg, ten overstaan van keizer Hendrik IV, van het predium Pronsfeld aan de abdij te Prumen.

3 Augustus 1101.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia tertius imperator augustus.

Omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum esse volumus, quod de quodam predio fecimus, videlicet Prumizvelt, qualiter Prumiensi ecclesiae s. Salvatoris, a iustis possessoribus idem predium traditum, ab invasore raptum eidem ecclesiae recuperavimus.

Illud idem etc.

Illud ergo predium ab eiusdem ecclesiae abbatibus absque ulla contradictione diu possessum, diu retentum, quidam comes Henricus de

Lintburc invasit, rapuit et quod suum non erat quasi proprium possedit. Quam iniuriam dominus Wolframms abbas Prumiensis cum fratribus tam diu est conquestus nobis, donec misericordia moti, zelo Dei accensi, iudicio principum super eundem comitem predictum, cum exercitu venimus, castella eius destruximus eumque ut huic Dei ecclesie aliisque, quas devastavit, iusticiam faceret compulimus. Primum igitur Colonię, in nostra presentia et filii nostri Henrici regis, iudicio principum convictus, prefatum predium Prumizfelt, quod s. Salvatori rapuit, in manum nostram et prefati abbatis Wolframi et advocati Bertoldi iuste reddidit.

Aderant hii principes nostri: Egilbertus Trevirensis archiepiscopus, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Burchardus Monasteriensis, Wido Osenburgensis, Henricus Padebrunnensis, Adilbero Mettensis, Cuono Warmatiensis episcopi, dux Fridericus, marchio Burchardus, Gerart de Wassenberch, Gerart de Guliche, Wernerus de Grūninchē, Adolfus de Monte comites, et alii multi principes nostri.

Deinde cum de Colonia ad insulam Werde venimus, curtem nostram, idem comes Henricus predium quod Colonię reddidit, se reddidisse Werde negavit; ubi principes convenire fecimus et eundem Henricum, in presentia nostra iudicio et testimonio principum, quod abbati predium, quod negaverat, reddidit, convicimus, quod, ut nunquam alterius negare posset, idem predium in manum nostram et in manum Wolframmi abbatis et eius advocati Berchdolfi eum reddere fecimus, presente filio nostro Henrico rege, astantibus principibus Burchardo Monasteriensi, Widone Osenbrucensi, Cuonone Wormacensi, Hecelone Veronensi episcopis, Magno duce, Ottone de Sutphem, Gerardo de Wasseberch, Theoderico de Thoneburch, Adolfo de Monte, Gerardo de Guiliche, Werinhero de Gruoninge, Henrico de Diedisso comitibus, et Berchdolfo filio Berdolfi comitis et suprascripti advocati et aliis compluribus nostris fidelibus, quod totum etc.

Signum domni Henrici tercii Romanorum imperatoris.

Anno Dominice incarnationis MCI, indictione VIII, anno autem domni Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti ordinationis eiusdem XLVIII, regni autem XLVI, imperii vero XVIII.

Data III non. Augusti.

Actum feliciter Werde, in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 403, S. 459.

In de uitdrukking: magno duce, in regel 25, is magnus geen bijvoeglijk naamwoord, zooals Beyer, volgens de lettersoort, waarmede hij liet drukken, en volgens zijn Register, S. 771, meent, maar de eigennaam van den toenmaligen Saksischen hertog. Zie dezelfde vergissing in n<sup>o</sup>. 193.

## No. 203.

Otto, graaf van Zutfen, tegenwoordig bij het ruilen van goederen tusschen de proosten van s. Steven te Mainz en van Ravengirsburg, waarbij de eerste de kerk van Alzei verkrijgt.

In het jaar 1103.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Notum esse cupimus omnibus in Christo fidelibus, qualiter ego Anselmus, prepositus apud s. Stephanum de Moguntia, et Diezelinus, prepositus de Ravengerisburc, ex consulto vicissim cambivimus bona ecclesiarum nostrarum propter utilitatem ipsarum et competentiam locorum. Factum est autem hoc concambium per manus nobilium virorum et dominorum nostrorum, Sigefridi videlicet palatini comitis et Bertholfi comitis de Nüringes, cum consensu domini Rûthardi Moguntine sedis archiepiscopi, in presentia domini Heinrici quarti, Romanorum imperatoris et augusti, ipso annuente ac magestatis sue auctoritatem omnimodo commodante.

Data est ergo ecclesia in Alzeia, cum omni utilitate et dotali manso et universa determinatione et decimatione, ecclesie s. Stephani prothomartiris in Mogontia et econtra, etc.

Ad munimen igitur concambii rationabiliter peracti et contra fraudem reclamantium, placuit omnibus sigillo domini Rûthardi Moguntine sedis archiepiscopi presens scriptum sigillari, in presentia domini Heinrici imperatoris et aliorum principum, quorum nomina inferius in hac karta notavimus: Brûno Treverensis archiepiscopus, Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Emehardus Wierzeburgensis episcopus, Bûrkardus Monasteriensis episcopus, Otbertus Leodicensis episcopus, Bûrkardus Traiectensis episcopus, Embricho prepositus, Sigefridus comes Palatinus, Otto comes de Sûtfene, Bertholdus comes de Nüringes, Emicho comes Silvester et alii quam plurimi.

Beyer, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 407, S. 466, naar het oorspronkelijke te Berlijn.

Keizer Hendrik iv vaardigde den 6<sup>den</sup> Januari 1103 te Mainz een algemeenen landvrede voor 4 jaren uit. Annales Augustani, bij Pertz, Monum., Script., III, p. 135. Waarschijnlijk is toen en daar de oorkonde verleden.

Alzei, zuidelijk van Mainz, tusschen Kreuznach en Worms, zal wel dezelfde plaats zijn, die voorkomt in de oorkonde van 28 December 1107.

## No. 204.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Frederik, aartsbisschop

van Keulen, over giften van Meginher van Randenrode aan het stift van Maria ad Gradus.

13 April 1104.

. C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus, divina concedente clementia Coloniensis aeclesiae archiepiscopus.

Iustum est, ut qui rectores, etc.

Testes sunt harum traditionum clerus et populus, ex quorum multitudine hos paucos notari iussimus: Arnoldus prepositus s. Petri, Ioannes decanus, Herman prepositus s. Gereonis, Sigefridus prepositus de Bunna, Volmarus prepositus de Xanto, Everhardus prepositus s. Andreae, Beringerus prepositus de s. Cuniberto, Dietericus prepositus s. Mariae, Hecil decanus, Gerhart de Gellero comes, Gerhart comes de Iulicho et frater eius Gerlach, Gerhart de Hochstaden, Dieterich de Mere, Herman de Zulpico, Hartpern de Fraegenzo, Eppo de Seleido, Bernewin de Othwilere, Gerunc de Seevene, Hūprecht de Oy, Bertran de Iecheze, Weltere de Buckenheim; ministeriales Hermannus urbis advocatus, Tiezo, Dieterich.

Gesta sunt hęc in Colonia ante altare s. Mariae, anno Dominicę incarnationis millesimo ciiii, indictione xii, nostrae autem ordinationis iiii, Heinrico iiii imperatore iiii imperante, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 263, S. 170,  
naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 205.

Keizer Hendrik iv bevestigt den tol, die te Koblenz geheven werd van schepen, komende van onderscheidene plaatsen, waaronder Bommel, Heerewaarden en Tiel.

5 Juni 1104.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia tercius Romanorum imperator augustus.

Notum sit omnibus, tam futuris quam praesentibus Christi fidelibus, qualiter Bruno, venerabilis ac fidelissimus nobis Trevirorum archiepiscopus, anno pontificatus sui tercio, nostram imperialem adierit clementiam, postulans, ut thelonium Confluentię a domno Poppone archipresule Treverensi fratribus s. Symeonis antiquitus traditum, sicut idem venerabilis Bruno archiepiscopus ab eiusdem scabinis

loci Berewicho, Godeberto, Erenberto, Wichardo et universa familia cum fidelitate admonendo, quid a singulorum locorum navibus, quidve in eodem loco thelonei antiquo iure solveretur, diligentissime exquisivit et ut ita in posterum æternaliter permaneat, sua episcopali auctoritate confirmavit, nos quoque ob æternam et nostri et sui memoriam utilitati, tam presentium quam futurorum, prospicientes, nostra imperiali auctoritate corroboraremus. Cuius piæ petitioni assensum prebuimus et quod rogavit fieri decrevimus.

Huius autem thelonei summa hæc est:

De Hoio venientes debent dare de unaquaque navi unum aeneum caldarium et duo bacena et duas denariatas vini; de Dienant similiter; de Namuco similiter; de omnibus locis circa Mosam iacentibus similiter; de Leodio venientes debent dare duas caprinas pelles et duo bacena et duas denariatas vini; de regno Baldewini venientes debent dare pellem arietis ad opertorium sellae, quod theutonice dicitur hult, et unum caseum et duas denariatas vini; de Antwerf similiter; de Boumela debent dare unum caseum et duas denariatas vini; de Herwerde debent dare unum bonum salmonem; de Thiele et de omnibus locis conpertinentibus venientes debent dare de unaquaque navi unum bonum salmonem pro honore et II denariatas vini; de Traiecto venientes, a Pascha usque ad autumnum, debent dare unum bonum salmonem, inde usque in Pascha CXX allecia et duas denariatas vini; de Taventria venientes, ab intrante XL<sup>ma</sup> usque ad Pascha, debent dare de singulis navibus CXX allecia, inde usque ad autumnum XX anguillas et II denariatas vini; de Duisburg venientes debent dare unam tabulam cere et unam denariatam vini; de Nuissa similiter; de Tuicia debent dare I denarium et unam denariatam vini; de Colonia debent dare IV denarios et I denariatam vini, in autumnum insuper de singulis navibus debent dare unam tabulam cere et I denariatam vini; de Moguntia debent dare IV denarios et I denariatam vini; de Binga et Loricha similiter; de Bunna similiter; de Wormacia et Spira similiter; de Strazburg debent dare VI denarios et II denariatas vini; de Constantia venientes debent dare unum siclum; de Zurich similiter, quicumque cuprum advexerint de unoquoque centenere debent dare IV denarios; de Ratispona venientes debent dare VI denarios et II denariatas vini; de Wirzburg similiter; de Treveris venientes debent dare IV denarios et duas denariatas vini; de Tullo similiter.

De unoquoque somario dantur IV denarii; de sclavo empticio IV denarii. Venditores gladiatorum debent dare decimum gladium. De uno accipitre venali dantur IV denarii. Pistores ipsius loci, quicumque sint

vel undecumque sint, qui ibi panem vendiderint, omni dominica dabunt panem unum theloneario vel ad XIII dies I obolum. Sutores aliunde venientes non audebunt ibi calceos vendere absque licentia thelonearii vel ipsius ministri. Sutores ipsius loci ter conveniunt ad placitum iniussi et unusquisque tunc dabit denarium unum et in festivitate s. Martini v denarios. Dabitur autem eis census sutorum aliunde venientium a festivitate s. Marię usque ad festivitatem s. Martini. Pro hoc autem dabunt theloneario et VIII senatoribus bonum pastum. Thelonearius autem dabit eis VI sextaria vini et caseum, qui manu una possit levare. In festivitate s. Marię ekonomus episcopi medietatem thelonei habebit, per unum diem integrum et duos dimidios.

Ut ergo hæc pronominati venerabilis archiepiscopi constitutio et devota petitio nostraque imperialis super his omnibus confirmatio perpetualiter inconvulsa permaneant, chartam hanc inde conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Henrici tercii Romanorum imperatoris invictissimi.

Data nonas Iunii, anno ab incarnatione Domini MCLIII, indictione XII, regnante Heinrico tercio Romanorum imperatore augusto, anno regni eius L, imperii autem XVIII.

Actum Moguntię in Dei nomine feliciter. Amen.

Beyer, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 409, S. 467,  
naar het oorspronkelijke.

Volgens het Topographisches Register, S. 791, verstaat Beyer onder Herewerde, Herforden in Westfalen. Uit de regelmatige orde, waarin de verschillende plaatsen opgenoemd worden, blijkt, dat van het Geldersche Heerewaarden sprake is. Duisburg, volgende op Deventer, kan Doesburg aan den IJsel zijn.

Senckenberg, Select. iur. et hist., VI, praefatio, p. 45, heeft ex membrana, quae seculi XII minimum est et operibus Ciceronis splendidissimis manu exaratis, in bibliotheca Erfurtensi, praefigitur, eene dergelijke, mogelijk oudere tollijst dan de bovenstaande, uitgegeven. Ten opzichte der Geldersche plaatsen is tusschen beide geen verschil.

#### No. 206.

Hendrik, graaf van Zutfen, trouwt eene dochter van Kuno, zoon van Otto, graaf van Nordheim.

Tusschen de jaren 1105 en 1118.

Habuit idem Cono comes [filius ducis Ottonis de Northeim] uxorem nomine Cunigundam, filiam Ottonis, marchionis de Orlagemunde. Hec primum nupserat regi de Ruzia [Isiaslaw]. Quo defuncto, reversa in patriam, nupsit huic Cononi. Filiam autem eius, quam habuit ex



rege Ruzorum, quidem de principibus Thuringorum, Gunterus nomine, accepit genuitque ex illa Sizonem comitem [de Keversberg]. Genuit post hec ex Conone comite quatuor filias, ex quibus unam accepit Heinricus, comes de Suitfenne, alteram [Mathildem] Willelmus comes de Licelenburch, terciam, que Adela dicebatur, Thiedericus, comes de Katelenburg, sed, illo defuncto, Helpricus, comes de Ploceke duxit eam peperitque illi Conradum marchionem et Bernhardum comitem.

Quarta Cunigunda nominata, sicut mater, nupsit Wiperto iuniori, quo defuncto accepit eam Thioppoldus, marchio de Bawaria. Senior autem Wipertus desponsavit matrem illorum tercius.

Annalista Saxo, bij Pertz, Monum., Script.,  
vi, p. 693 en 737.

De Annalist vermeldt het tweede huwelijk van Cunigunde en de geboorte harer vier dochters op het jaar 1062, de huwelijken van deze dochters en het derde der moeder op het jaar 1003. Daar Hendrik het eerst in het jaar 1105 voorkomt en in het jaar 1118 overleden was, weet ik aan zijn huwelijk geene betere plaats te geven dan in het tijdvak tusschen die jaren. Vgl. Seibertz, Diplomatische Familiengeschichte der alten Grafen von Westfalen zu Werl und Arnberg (1845), de Stamtafel.

---

### N<sup>o</sup>. 207.

De geestelijkheid en burgerij van Mainz schrijven aan keizer Hendrik iv, dat zijne vijanden, bijgestaan o. a. door graaf H., zoon van graaf O., de stad zullen aanvallen.

In het jaar 1105.

Domino suo et vere domino dilectissimo H., Romanorum imperatori augusto, Moguntinensis ecclesiae humiles servi F. camerarius, A. centurio cum universis ministris ac civibus inibi manentibus, quicquid fidelis oratio valet ac devota servitus.

Veraciter igitur innotuit nobis, quod ex utraque inimici tui ac nostri expeditionem contra civitatem nostram indixerunt, ex una videlicet rex filius tuus cum Thuringis et Saxonibus, ex altera vero episcopi, Metensis scilicet et Virdunensis, dux H., comes etiam H., comitis O. filius.

Uldaricus Babenbergensis, Codex epistolaris, in  
Eccard, Corpus historicum, II, n<sup>o</sup>. 213, p. 219.

Comes H., filius comitis O., ist ohne Zweifel Heinrich, der Sohn des Grafen Otto von Zütphen, der auch in zwei Urkunden von 23 [28] December 1107 erwähnt wird. Von Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit, III, S. 1143.

Burchard, bisschop van Utrecht, wijdt de door Otto, graaf van Zutfen, herbouwde s. Peter- en Walburgis-kerk aldaar, en bevestigt hare privilegiën.

In het jaar 1105.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Quoniam temporis successione ea, que a principibus statuuntur, plerumque a memoria hominum labuntur, nisi scriptorum monumentis reserventur, ideo per presenta scripta notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Burgardus, misericordia Dei Traiectensis episcopus, petitione illustris comitis domini Ottonis invitatus, Sutphaniam veni ad consecrandam ecclesiam beati Petri apostoli et sancte Walburgis, quam predictus comes, spiritu sancto plenus, a fundamento post incendium reformaverat. Cumque ad recognoscendam dotem ecclesie privilegia inspiceremus, invenimus quedam ex eis, tum ex antiquitate temporis tinearum morsibus corrosa, tum ex vicinitate flammaram incendii contracta. Quo viso comes, cum clericis suis canonicis communicato consilio, rogavit, propter habundantem cautelam, privilegia illa renovari a nobis. Nos igitur, iuste petitioni domini comitis obtemperantes, ipso cum filiis suis legitimis et universo clero ac populo utriusque sexus, quorum nomina ex parte subscripta habentur, inter consecrandum astante, pacem et bannum omnibus bonis predictae ecclesie fecimus et confirmavimus in hec verba: Doti ecclesie beati Petri apostoli et sancte Walburgis in Sutphania, nominatim iii curtibus principalibus, quarum una est in Sutphene, secunda Bruchehove, tertia Horstlare, quarta Rislo, cum omnibus appendiciis suis, agris cultis et incultis, servis et ancillis, mancipiis, nec non et omnibus mansis ad eandem ecclesiam pertinentibus, in usum prepositi et fratrum quacumque donatione contraditis, quorum nomina in rescripto habentur, et universis, nunc in eorum possessione existentibus, vel postmodum super accrescentibus, pacem veram ac firmam Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti facimus et precipimus. Beneficio quoque fratrum, quod dicitur x mansorum, et omnibus bonis in idem ius oblatis, quos x mansos comes Godescalcus, ob remedium ac salutem anime filii sui Gebehardi et omnium consanguiniorum suorum, precedentium et succedentium, libere cum omni iure, quo ipse tenebat, in usum singularem canonicorum magna cum devotione donavit, sola advocatia in manu sua propria et heredum suorum legitimorum huius oppidi retenta, ita ut nec ipse nec aliquis eius successor eam infeodare alicui posset, sicut ergo ipse, cum daret, decrevit et

presens comes Otto laudat et fieri postulat, sic et nos confirmamus et pacem eis, predictis scilicet x mansis, et omnibus in idem oblatiis ius et prenominate advocatie, ut nullus eam infeodare audeat vel possit, per virtutem banni nostri facimus et precipimus. Omnes autem, qui contra hanc comitis constitutionem et nostram confirmationem fecerint vel facere attemptaverint, et qui manum in aliquo predictorum honorum huius sancte et consecrate ecclesie miserit violenter, vel rapinam, vel exactionem, vel petitionem aliquam, vel qualemcunque lesionem, vel gravamen in eis facerit, omnes, inquam, tales excommunicamus et anathematizamus, ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum Dei, per banni nostri efficaciam et per potestatem a Deo nobis traditam, ut cum Sathana et angelis eius in perpetuam demergantur damnationem, nisi resipiscentes ecclesie Dei et fratribus satisfecerint.

Ad huius autem rei testimonium confirmandum, cedula hanc, sigilli nostri impressione denotam, conscribi iussimus, assistentibus bone auctoritatis hominibus, Sigewino videlicet, custode maioris ecclesie in Colonia, Wichardo, decano sancti Salvatoris in Traiecto, magistro Lamperto, Constantino advocato, Luberto castellano, Wilhelmo de Stapelo, Rutgero de Wite, Arnolde de Strazburg, Raberto et fratre eius Hertgero, Luberto et Gozelino de Berenchem, Godefrido de Rienen, Bernhardo de Dipenheim, Hartberto de Mocherthe, Wolphardo et Eremberto de Ettenon, Meinrico de Rinre, Ulrico de Amsene, Gerlaco de Dedingwerthe, Mensone de Thrile, Wenzone de Vrollehorst, Ulboldo de Wiken, Gerboldo de Wieburg et aliis pluribus.

Hec autem facta sunt anno millesimo cv ab incarnatione Domini, indictione XIII, anno autem imperatoris Henrici quarti LI.

Naar eene oude perkamenten rol, met het opschrift: Privilegia eccl. Zutphaniensis, in het archief der stad Zutphen.

Bondam, die deze oorkonde volgens Lindeborn, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 214, uitgaf, *Charterboek*, n<sup>o</sup>. 14, bl. 159, is, noot (d) en Voorbericht, bl. 49, van gevoelen, dat de naam van den zoon van graaf Godschalk niet moet zijn Gebehard, maar Gerhard, daar hij dezelfde zoude zijn, die onder dezen naam in de oorkonde van 22 Juni 1083 en de daarbij aangehaalde van 28 December 1085 als graaf in Hameland en in Westfalen voorkomt. De redenen, die hij aanvoert, zijn niet afdoende. Gebehard is dezelfde, die in de oorkonde van 1059 genoemd wordt en, blijkens deze, vóór zijn vader overleden is.

Tadama, *Geschiedenis der stad Zutphen*, bl. 65, leest ten onrechte uit de bovenstaande oorkonde, dat alle privilegiën der kerk vergaan of verschroeid zouden zijn.

Er wordt hier gewag gemaakt van een *rescriptum*, waaronder, in verband met dezelfde uitdrukking in eene oorkonde van koning Frederik van Mei 1172 [1182], bij

Van Berchen, *De nobili principatu Gelrie*, p. 39, op hare plaats later op te nemen, schijnt verstaan te moeten worden een over- of afschrift. Bondam, *Charterboek*, bl. 157, noot (b), geeft aan het woord eene verkeerde uitlegging, en de vraag van Van Spaen, *Inleiding*, I, bl. 218, noot (69), of voor *rescriptum* ook gelezen moet worden *registrum*, ontvangt uit de oorkonde van koning Frederik een ontkennend antwoord: beide uitdrukkingen komen daarin afzonderlijk voor.

---

N<sup>o</sup>. 209.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik IV goederen geeft aan de abdij Pantaleon te Keulen.

3 December 1105.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia III Romanorum imperator augustus, quartus rex.

Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter nos ob remedium anime nostre nostrorumque parentum, etc.

Huius rei testes sunt, quorum nomina subscripta videntur. Fride-ricus Coloniensis archiepiscopus, Wedelo Mindensis episcopus, Arnoldus prepositus, Iohannes decanus, Gerhardus comes de Gelera, Adolfus comes de Berge, Volcmarus, Erchinboldus, Gerhardus filius Gozwini; et de familia Bobardo, Fridebreht, Arnolt, Annecho, Germar, Engelbreht, Gerlach, Tiderich.

Signum domni Heinrici III Romanorum imperatoris augusti.

Theodericus cancellarius, vice Rothardi, Mogonciensis archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Data III nonas Decembris, anno Dominice incarnationis MCV, in-  
dictione XIII, regnante Heinrico III, Romanorum imperatore augusto,  
anno LVII, imperante autem anno XXI.

Actum est Colonię feliciter. Amen.

Lacomblet, *Urkundenbuch*, I, n<sup>o</sup>. 265, S. 171,  
naar het oorspronkelijke te Berlijn.

Het jaar der regeering als koning moet 50 zijn.

---

N<sup>o</sup>. 210.

Lijst der goederen van het stift Corvei, waarin voorkomt het beneficium van Otto, graaf van Zutfen, voor zijn advocale servitium, en hoe hij en zijn zoon Hendrik zich goederen hadden aangematigd.

Tusschen de jaren 1106 en 1128.

§ 48. Hoc est beneficium quod habuit Otto comes Sutfenensis pro

advocali servitio: II dominicalia, videlicet Lunne et Huntlosen. In Lunne vero pertinent IIII liti et VIII coteres et ecclesia, in Huntlosen VII liti et IIII mansi non possessi et ecclesia. Habuit etiam curiam in Lasdorph, ad quam pertinent XXXIII mansi possessi et IIII non possessi. Hec sola potest solvere VI talenta gravis monete. Alathorp vero, quod comes Henricus, filius Ottonis, predium sue proprietatis esse affirmat, quidam liber homo, Worat nomine, cum filio suo concubinali Regenberto uxore illius, sancto Vito dedit. Idem vero Regenbertus, mortua sua uxore, que erat sancti Viti, duxit uxorem de familia comitis et per illius filiorum potestatem, que ad comitem pertinet et que eandem domum hactenus possidebat, comes H. predium suum esse affirmat.

In Holewide autem, quod iacet in Ammern, pertinent VIII mansi, qui persolvunt xxx pannos. Hoc etiam comes Otto usurpavit; habuit nec advocatiam illam sed advocatiam ducis. Hec omnia bene solvent XII talenta gravis monete.

Kindlinger, Münsterische Beiträge, II,  
no. 19, S. 141.

Volgens Kindlinger, a. w. S. 146, lagen Lunne of Haselunne, Hundlosen, Lasdorp of Lastrup, Holewide of Holwedel in het graafschap Noordland, in het bisdom Osnabruck, waarover de graaf van Zutfen oppervoogd was.

De lijst is opgemaakt onder Erkenbert, die in de jaren 1106—1128 abt van Corvei was

#### N<sup>o</sup>. 211.

Iolanda, dochter van graaf Gerard van Gelre en Wassenberg, trouwt met Baldewijn III, graaf van Henegouwen, en laat haren zoon Gerard na het graafschap Dodewaard aan den Waalkant en het graafschap Dalen; — eene andere dochter, Judith of Jutta, trouwt met Walram, hertog van Limburg, en laat Wassenberg aan hare erven na.

Omstreeks het jaar 1107.

Balduinus Iherosolimitanus duxit uxorem Idam, filiam Henrici imperatoris quarti et genuit ex ea Balduinum. - - -

Hic duxit uxorem Yolendam, filiam Gerardi comitis de Wassenberga, et genuit ex ea Balduinum.

Sigeberti Gemblacensis continuatio Aquicinctina,  
bij Pertz, Monum., Script., VI, p. 433.

Balduinus comes Hanoniensis valde iuvenis uxorem duxit nobilissimam Yolendam, nobilis et potentis comitis de Gelra filiam.

Aliam vero eiusdem comitis de Ghelra filiam habuit uxorem Henricus, dux de Lemborch, ex cuius parte ad eius haeredes, dominos de Lem-

borch, pro parte suorum allodiorum, castrum Wassenbergha proprio devenit.

Balduinus autem comes Hanoniensis de Yolenda uxore sua filios habuit Balduinum primum et Gerardum secundum et filias duas. - - -

Primus filius Balduinus comitatum Hanoniensem obtinuit; iunior autem filius Gerardus allodia in Advallensibus partibus, ex parte matris Yolendis comitissae provenientia, scilicet comitatum de Dodewerda, et comitatum de Dala habuit, qui filium habuit comitem Henricum, militem probum.

Gislebertus, Chronica Hannoniae, bij Bouquet, Recueil, xiii, p. 551 en 554.

Uit eene oorkonde bij Miraeus, Opera diplomatica, II, p. 814, blijkt, dat Jolanda, wier moeder mogelijk eene Namensche gravin was, in het jaar 1107 getrouwd was. Haar man overleed in het jaar 1120 en haar oudste zoon Baldewijn volgde hem onder hare voogdij op. De Hollandsche gravin Jacoba van Beieren stamt van haar af.

Haar tweede zoon Gerard erfde hare allodiale goederen aan den Waalkant. Die betekenis meen ik te mogen geven aan de woorden van Gislebert: in advallensibus partibus, waarvan Van Spaen, Inleiding, II, bl. 108, zegt niet te weten, wat er onder verstaan moet worden en die Ernst, Histoire du Limbourg, III, p. 58, noot, alleidt van aval, naar beneden. Dodewaard ligt aan de Waal.

Eene dochter van Jolanda en Baldewijn, Jolanda geheeten, trouwde met Gerard van Crequi; eene andere, Gertrudis, met Roger van Toeni en de derde, Richildis, met Everhard, castelanus van Doornik, uit wien gesproten zijn de heeren van Mortagne.

Volgens Gislebert, a. w. p. 554, hertrouwde Jolanda, de moeder, cuidam fideli suo Godefrido de Bouchain, castellano Valencenensi, qui de ipsa Jolanda filium habuit Godefridum et filiam Bertam, die in eerste huwelijk had een graaf van Duras en in tweede Gilles van s. Aubert, senéchal van Henegouwen.

Gislebert vermeldt niet den naam der andere dochter van graaf Gerard van Gelre, die met Walram II, bijgenaamd Paganus, — niet Hendrik — trouwde. Zij heette Judith of Jutta, blijkens oorkonden uit de jaren 1151, 1158 en 1211, bij Kremer, Origines Nassoicae, Codex diplomaticus, n<sup>os</sup> 107, 112 en 127, p. 171, 184 en 249.

Na het overlijden van haar man in het jaar 1139, werd Judith non in het klooster te Kloosterrade of Rolduc en overleed den 24<sup>en</sup> Juni 1151.

Haar oudste zoon, Hendrik II, volgde zijn vader op en Limburg bleef in rechte lijn in haar geslacht tot Ermingard, in het jaar 1276 getrouwd met Reinald I, graaf van Gelre, en in het jaar 1283 kinderloos overleden.

De tweede zoon, Gerard, verkreeg uit de erfenis zijner moeder Wassenberg. Van hem stammen af de vorsten van Salm-Reifferscheidt.

De derde zoon, Walram, graaf van Arlon, overleed kinderloos in het jaar 1146.

Het komt mij voor, ook na den twijfel geopperd door Schliephake, Von dem Ursprunge des Hauses Nassau, dat Kremer, a. w. S. 350 vlg., op goede gronden aangeetoond heeft, dat Beatrix, de oudste dochter van Walram en Judith, de vrouw is geweest van Rupert van Laurenburg, die den titel van graaf van Nassau aannam. Hun rechtstreeksche afstammeling Hendrik, de Rijke, had tot vrouw Mechteld, dochter van Otto, graaf van Gelre. De nalatenschap werd in het jaar 1255 gedeeld door hunne zonen Walram en Otto, de stamvaders der Walramsche en Ottonische takken van Nassau. De laatste splitste zich, na het overlijden van Jan van Nassau in het jaar 1516,

n tweeën: A. Willem I, Prins van Oranje, wiens achterkleinzoon Willem III in 1702 kinderloos overleed, waardoor deze tak in het mannelijk oir uitstierf. B. Jan van Nassau, van wien onze tegenwoordige Koning in rechte lijn afstamt.

Ernst, a. w. p. 67, den oorsprong der vorsten van Salm-Reifferscheidt vermeldende, zegt: C'est la seule famille dans laquelle coule encore le sang des ducs de Limbourg par les mâles. In veel doorluchter geslachten vloeit van de spijzide het bloed der oude Geldersche graven.

Adelheid, de tweede dochter van Walram en Judith, had tot man Ecbert, graaf van Tecklenburg, in het mannelijk oir uitgestorven door het overlijden in het midden der xvi<sup>e</sup> eeuw van Conrad, wiens dochter Tecklenburg bracht aan Everwijn, graaf van Bentheim, wiens afstammelingen er nog den naam van voeren, hoezeer het bij uitspraak van het Rijkshof in het jaar 1702 toegewezen werd aan Willem Mauritz van Solms-Braunsfeld.

De hovenstaande geslachtskundige bijzonderheden zijn grootendeels, behalve uit de aangehaalde werken, genomen uit de Annales Rodenses, bij Pertz, Monum., xvi, p. 699, L'art de vérifier les dates, xiii, p. 361, xiv, p. 647, Almanach de Gotha, 1831, Maisons Souverains de l'Europe, p. 77, en Fahne, Geschichte der Grafen, jetzigen Fürsten zu Salm-Reifferscheidt.

---

No. 212.

Paus Paschalis II bevestigt de abdij s. Amand in het bezit van Heringen aan de Maas.

24 Mei 1107.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Hugoni, abbati venerabilis monasterii s. Amandi, quod Helnonense dicitur, eiusque successoribus in Christo substituendis in perpetuum.

Ad hoc nos, disponente Domino, in apostolica sedis servitium promotos agnoscimus, etc.

Universa ergo ad ipsum monasterium legitime pertinentia nos, largiente Domino, vobis vestrisque successoribus decreti praesentis assertione firmamus: villam scilicet Helnonem, etc.

Super fluvium Mosam villam Haryngas cum familia, ecclesia et appenditiis suis. Super fluvium Rhenum, etc.

Datum Trevis per manum Ioannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, ix kal. Iunii, indictione xv, anno Dominicae incarnationis mcvii, pontificatus autem domini Paschalis II p. p. viii.

Miraeus, Opera diplomatica, II, p. 1151.

## No. 213.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Hendrik v aan de abdijs. Pantaleon te Keulen geeft het rijksleen van Gertrudis van Boppard.

2 November 1107.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia quintus rex Romanorum.

Notum fieri volumus omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, qualiter nos ob remedium anime nostre nostrorumque parentum, consilio et rogatu, etc.

Huius rei testes sunt, quorum nomina subscripta videntur.

Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Burchardus Monasteriensis episcopus, Everhardus Heistetensis episcopus, Arnoldus prepositus, Iohannes decanus, Gerhardus comes de Gelera, Adolfus comes de Berge, Volmarus, Erchinboldus, Gerhardus filius Gozwini, et de familia Bobardo Fridebreht, Arnolt, Annecho, Germar, Engilbreht, Gerlach, Tiderich.

Signum domni Heinrici quinti Romanorum regis invictissimi.

Adelbertus cancellarius, vice Rothardi Mogontiacensis archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Data III non. Novembris, anno Dominicę incarnationis MCVII, indictione I, regnante Heinrico quinto Romanorum rege anno III, ordinationis autem anno VIII.

Actum est Colonię feliciter in Christo. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 270, S. 174,  
naar het oorspronkelijke te Berlijn.

## No. 214.

Koning Hendrik v staat toe, op verzoek van Otto, graaf van Zutfen, en van diens zoon Hendrik, dat ieder vrije zich of zijne goederen aan hunne kerk te Zutfen mag geven, regelt de rechtsmacht van den proost en zijn schout, bevestigt die van den graaf over zijne malmannen en in Menardinghame en zijn eigendommelijk jachtrecht aan beide zijden van den IJsel.

28 December 1107.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus, Dei gratia quintus Romanorum rex. //

Notum sit, tam futuris quam presentibus omnibus, quod pro petitione domini Ottonis, comitis de Sutfenne, et filii eius // Heinrici, qui imperio sepius magnificum exhibuerunt obsequium, ecclesie eorum in Sutfenne dedi beneficium in per//petuum, iure hereditario perman-



surum, ut quicumque liber vel libera se vel possessiones, mobiles vel immobiles, illi ecclesie dare voluerint, licenter, regia freti autoritate, hoc faciant, nec sit alicuius momenti contradictio iudicis, in cuius terra manent, censu tamen regio ei, cuius feodum est, non subtracto, siquidem censum solvit prius illa possessio. Item super predia culta vel inculta predicte ecclesie, super saltus, nemora, flumina, ripas et super omnia, que nunc in possessione habet vel postmodum habitura erit, prepositus ipsius ecclesie per omnem successionem, quicumque fuerit, iudicem ordinarium constituimus et eius scultetum. Item de omni negotio, quod ortum fuerit adversus ecclesie hominem, sive par eius sive homo alterius potestatis, agat in eum vel accuset eum, quod testibus vel iureiurando terminari potest, iudex erit prepositus. De furto autem, vel de rapina, vel incendio, vel sanguinis effusione, vel quocumque maleficio scultetus prepositi iudex erit. Item ipso domino comiti et eius successoribus confirmamus omnimodam iustitiam super homines suos, qui dicuntur malmanne et super eorum predia. Omnimodamque iustitiam in Menardinghame et bannum ferarum ex utraque parte Isle confirmanus, quod totum predecessores eius et ipse ex proprietate sua non ex dono regali habet, nec nos invidemus. Hec autem facta sunt consensu dominorum, qui iurisdictiones habent, et consilio et autoritate et testimonio principum regni.

Ego quoque propria manu annotavi, sigillo insignivi.

S. Frederici Coloniensis archiepiscopi. S. Otberti Leodiensis episcopi. S. Burchardi Traiectensis episcopi. S. Burchardi Monasteriensis episcopi.

Testes: Gerardus comes, Cruin c[omes], Cono c[omes], Heinricus c[omes] de Cassele, Theodericus de Los, Stephanus et Herimannus de Oies, Berengarius c[omes] de Sultebac.

Signum domini Heinrici quinti regis Romanorum invictissimi.

Ego Albertus cancellarius, vice Rothardi archicancellarii, recognovi.

Anno ab incarnatione Domini MCVIII, indictione I, anno domini Heinrici quinti regis Romanorum II.

Data Aquisgrani v kal. Ianuarii in Christo.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen. Het opgedrukte zegel is niet meer aanwezig.

Lindeborn, Hist. episcop. Daventriensis. p. 213, die deze oorkonde het eerst uitgaf, heeft malmanne in plaats van malmanne, zooals Bondam, Charterboek, bl. 161, noot (b), reeds terecht betoogde, dat gelezen moest worden. Van Spaen, Inleiding, I, bl. 224, noot (71), vond dit onwaarschijnlijk en verbeterde het woord in wasmannen, cereales.

Koning Hendrik v geeft aan graaf Hendrik van Zutfen, in ruil tegen het beneficium Alcei, een graafschap in Friesland en bepaalt dat, wanneer Hendrik zonder wettige erfgenamen mocht overlijden, zijn vader Otto hem in dat graafschap zal opvolgen.

28 December 1107.

In nomine sancte et individue<sup>s</sup> Trinitatis.

Henricus, Dei gratia quintus Romanorum rex.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus. Comiti Heinrico de Zutphania pro commutatione beneficii Alcei, quod mihi reddidit, comitatum Frisie, quem libere in manu mea tenebam, sibi in beneficium dedi. Et quia illud beneficium predictum Alcei iure hereditario et firma manu tenuerat, visum est mihi et fidelibus meis equum et iustum fore et ad utilitatem regni pertinere, ut comitatum Frisie ita etiam in omni iure comitatus, videlicet in omni questu, in placitis, in redditibus, sibi darem. Quod et feci et legitime confirmavi, ea quidem conditione, ut ipse Henricus et heredes sui legitimi per successionem, si tamen heredes haberet, amplius iure hereditario tenerent. Quod si illi heredes non essent vel si essent et quoque deficerent, pater Henrici Otto comitatum teneret, siquidem tunc temporis viveret, et hoc deficiente Ottone comitatus sine aliqua contradictione in manum regis rediret. Hoc igitur conditionis ordine collatum beneficium, ut ratum maneat et firmum, stabile et inconvulsum, consilio, auctoritate et testimonio principum regni hiis litteris commendandum decrevi, manu propria annotavi, sigilli insignivi.

S. Brunonis Treverensis archiepiscopi. S. Frederici Coloniensis archiepiscopi. S. Otberti Leodiensis episcopi. S. Burchardi Traiectensis episcopi. S. Arlongi Werzeburgensis episcopi. S. Brunonis Spirensis episcopi. S. Burchardi Monasteriensis episcopi.

Testes: Gherardus comes, Ervinus comes, Ernest comes de Hombore, Cono comes, Henricus comes de Cassele, Bruno frater eius, Fultinus, Witichinus, Theodericus de Los, Henricus de Lateste, Stephanus et Hermannus de Oies, Sigelo, Conradus, Wilhelmus, Symon, Arnulfus frater Hermanni, Gerardus, item Gerardus de Iuwei et frater eius Gerlacus, Fredericus, Wibertus, Hermannus comes de Redellenbergo, Berangarius comes de Sulzebac, Fredericus comes Palatinus, Godefridus de Calve.

Signum domni Henrici quinti regis Romanorum invictissimi.

Ego Aelbertus cancellarius, vice Rotardi archicancellarii, recognovi.

Anno ab incarnatione Domini MCVIII, indictione I, anno domini Henrici quinti regis Romanorum II.

Data Aquisgrani v calendis Ianuarii. Feliciter in Christo.

Altste register, bl. 1, in het archief van Gelderland te Arnhem.

Bondam, die dezelfde bron gebruikte, heeft, Charterboek, n<sup>o</sup>. 16, bl. 163, *Altei*, in plaats van *Alcei*, zoo als er duidelijk staat. Zie n<sup>o</sup>. 203.

Onder comitatus Frisiae zal verstaan moeten worden het een of ander graafschap in Friesland, mogelijk een van die, door Adam van Bremen comitatus sparsim diffusi genoemd.

---

N<sup>o</sup>. 216.

Burchard, bisschop van Utrecht, geeft de kerk van Limmen aan die van s. Marie te Utrecht, door handen van graaf Gerard, advocatus van deze kerk.

In het jaar 1108.

In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte et gloriose semper virginis Dei genetricis Marie.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuri temporis quam presentis, quod ego Burchardus, Dei gratia Traiectensis ecclesie episcopus, tradidi ecclesiam Limben cum omnibus appenditiis eius ad altare beate Marie per manum comitis Gerhardi eiusdem ecclesie advocati, etc.

Acta est publice hec traditio anno Dominice incarnationis MCVIII, indictione prima, sacro sancte Romane ecclesie venerabili papa Pascali presidente, regnante quinto Henrico anno regni eius III, episcopatus domini Burchardi VIII.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I,  
n<sup>o</sup>. 100, bl. 65, naar het oorspronkelijke  
te Utrecht.

Het schijnt niet twijfelachtig, of de genoemde graaf was die van Gelre, wiens kleinzoon Hendrik, volgens eene oorkonde van het jaar 1156, ook advocatus was der kerk van s. Marie, die vele bezittingen in de Veluwe had.

---

N<sup>o</sup>. 217.

Gerard van Wassenberg is tegenwoordig bij den afstand door Burchard, bisschop van Utrecht, van de kerk te Aalburg aan den abt van s. Truijen.

26 Juni 1108.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Burchardus, Traiectensium episcopus, ecclesiam de Alburc, que est s. Trudonis, in qua michi aliquid episcopalis iuris esse videbatur

per dominorum suorum negligentiam et advocati mei Willelmi bannum, advocato suo Florentio comiti de Hollant et abbati eiusdem loci s. Trudonis Rodulfo absolutam ab omni culpa et proclamatione liberam restitui, exfestucavi et ipsum Willelmum advocatum meum bannum, quem de ea se accepisse dicebat, exfestucare feci.

Actum est hoc in urbe Traiectensi vi kal. Iulii, presentibus prepositis Rodulfo, Herimanno, Ansfrido, Liutardo, Adelhelmo; principibus Florentio comite de Hollant, Gerardo de Wassenberge, Hugone de Vorne, Adelwino de Ledene cum filiis suis, Dudone de Furneholt, Reinardo de Melin, Harberone de Bucstelle, Theoderico de Herlar, Gisleberto de Welle, Gerardo de Vene, Reinzone de Vene, Willelmo de Goe et aliis multis.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland, no. 99, bl. 64,  
naar het oorspronkelijke te Brussel.

De oorkonde heeft geene jaarteekening, doch de abt Rodulf deelt het opgegeven jaar mede in zijne Gesta abbatum Trudonensium, lib. ix, c. 2, bij Pertz, Monum., Script., x, p. 281, onder bijvoeging dat hij den rijken Hollandschen graaf, gravissimum pinguetudine, met zilveren koorden naar Utrecht had moeten trekken en den harden nek van den bisschop met een hamer van hetzelfde metaal ten zijnen gunste had doen neigen, om aan de abdiij het bezit van Aalburg terug te bezorgen,

---

N<sup>o</sup>. 218.

Burchard, bisschop van Utrecht, doet uitspraak tusschen de congregationes van s. Marten en s. Bonifacius en Arnold van Rothe en Alverade, weduwe van Hendrik van Kuik, over de geschillen wegens een predium tusschen de Lek en de Linge.

13 Augustus 1108.

In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore s. Salvatoris, s. Martini et omnium sanctorum.

Cum discordiae seminatores, etc.

Ego ergo Burchardus, Dei misericordia episcopus, quia Dei praedio, quod inter Leckiam et Lingiam fluvios situm est, non minimas litium flammas, diutissime ad meum tempus usque deductas, inter duas congregationes s. Martini et s. Bonifacii et inter Arnoldum de Rothe et Henricum de Kuch ipsorumque coheredes invaluisse consideravi, ut illas extinguerem, meorum fidelium, tam clericorum quam laycorum, quanto ullum sanius inveniri potuit, inii consilium. Facta itaque eiusdem divisione praedii, etc.

Actum est publice anno Domini mcviii, indictione i, idus Augusti, sub regno Henrici v, presidente s. R. eccl. Pascali.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 44, te Utrecht.

Om een blik te werpen in den toenmaligen staat van geweld en rechtsonzekerheid in Teisterbant en ook wel elders, en hoe omkooperij op groote schaal werd gedreven, neem ik, naar aanleiding van deze en de vorige oorkonde, het volgende over uit de Gesta abbatum Trudonensium van Rodulf, een tijdgenoot, die den 23<sup>en</sup> Februari 1108 abt werd en zijn werk in het jaar 1114 of 1115 eindigde. De non possessis et acquisitis decima est de Barduwich [Baardwijk] in Teisterbant, quae modo solvit in anno marcam et dimidiam, quam statui ad annale servitium episcopi Metensis et de superescente homo debet esse abbas, qui eam tenet. In hanc introierat homo nobilis, sed tyrannus crudelis, Arnulfus [in de oorkonde Arnoldus] de castello Rode, contra quem diu contendit predecessor meus abbas Theodericus, sed non prevaluit. Ille enim ex episcopo Traiectensi dicebat se eam tenere, in quam ego gravissimam litem ingressus, multis protectionibus ad curiam imperatoris Heynrici fatigatus sed non defatigatus, pecunia tandem inter me et tyrannum mediante, Aquisgrani in curia imperatoris decimam obtinuit.

In eodem territorio palus quaedam olim inarabilis modo frugifera est, cuius terminus pertinet ad aecclesiam nostram de Alburch; hanc decimam quasi novam, patrocinio Traiectensis episcopi, sibi usurpaverat Gerardus, Flaminius qui dicebatur et erat patriae comes. Contra tantos dominos tam potentes, maxime contra episcopum Traiectensem, qui eum iuvabat, tantam [quantam] litem sustinuerim, edicere longissimum est. Maxima igitur necessitate ad comitem de Hollant Florentium, advocatum nostrum in illa terra, compulsus sum me convertere, et divisa ei decima, si eam totam iuveret nos retinere, sic patrocinio eius evici, quia nec episcopus neque comes Gerardus audebant eum offendere. Tenemus igitur quiete hodie decimam. Pertz, Monum., Script., x, p. 285.

---

No. 219.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Frederik I, aartsbisschop van Keulen, aan het s. Severyn-stift aldaar de advocatie voor de curtes Schwadorf en Rondorf geeft.

In het jaar 1109.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fridericus, Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Quia voce Dominica monemur vigilare semper et parati esse, etc.

Acta sunt hec a nobis et banno confirmata in generali synodo nostra, anno Dominicę incarnationis mcviii, indictione secunda, anno episcopatus nostri viii, regnante Henrico quinto, Romanorum rege augusto, anno regni eius iii, subscriptis testibus: Arnaldo domus s. Petri preposito, Iohanne decano, Sigefrido Bunuensi preposito, Herimanni s. Gereonis preposito, Folmaro Xantensi, Wezelone s. Severini, Beringero s. Kuniberti, Everhardo s. Andreę, Theodorico s. Marię et aliis ecclesię nostrę prepositis, abbatibus, decanis; laicis liberis Gerardo comite de Gelre, Adelberto de Safenberg, Adelberto de Norve-nich, Herimanno de Udenkircha, Gerardo de Iulich, Gerardo Almaro

advocato, Herimanno converso, Hartwico, Herimanno, Godefrido, Liudolfo, Richezone, Sigefrido, Tietmaro, Adelrico, Gerlacho et universo clero et populo in synodo residente, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 272, S. 176.

---

No. 220.

Paus Paschalis II bevestigt de giften, waaronder Stralen, aan de abdijs Sieberg gedaan.

28 November 1109.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei.

Dilecto filio Cūnoni abbati venerabilis monasterii, quod in monte Sigeberch situm est eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum, etc.

Confirmamus siquidem vobis, etc.

Cetera etiam loca, quae per manus advocatorum eidem cenobio et servis Christi ibidem degentibus in victum vestitumque concessit, id est Acchera, item Acchera, Strala, Nistera, etc.

Scriptum per manum Raineri scriniarii, regionarii et notarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus.

Datum Laterani per manum Iohannis sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii, IIII kal. Decembris, indictione III, incarnationis Dominice anno MCIX, pontificatus domni Paschalis secundi anno XI.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 271, S. 175,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 221.

Gerard van Gelre onder de principes, op wier raad en verzoek keizer Hendrik V de burgers van Spiers bevrijdt van het betalen van het Budteil of van de helft der roerende goederen, die zij nalaten.

14 Augustus 1111.

Omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam praesentibus quam futuris, notum fieri volumus, qualiter nos pro remedio animae chari patris nostri, felicitis memoriae, Henrici imperatoris, consilio et petitione principum nostrorum Friderici videlicet Coloniensis archiepiscopi, Brunonis Trevirensis archiepiscopi, Brunonis Spirensis episcopi, Cūnonis Strazburgensis episcopi, Udalrici Constantiensis episcopi, Ottonis

Babenbergensis episcopi, Burchardi Monasteriensis episcopi, Hermannii Augustensis episcopi, Friderici ducis, comitumque Gotfridi de Calwe, Friderici de Zolra, Hartmanni de Dilinga, Berengarii de Sultzbach, Gerardi de Gelra, Henrici, Dudonis, Stephani, Gerungi et Waltheri, in ipsa die sepulturae eius, omnes, qui in civitate Spirensi modo habitant vel deinceps habitare voluerint, undecunque venerint vel cuiuscumque conditionis fuerint, a lege nequissima et nefanda, videlicet a parte illa, quae vulgo Budteil vocabatur, per quam tota civitas ob nimiam paupertatem annihilabatur, ipsos suosque heredes excusimus. Ne vero, etc.

Data XIX calend. Septembris, indictione IV, anno Dominicae incarnationis MXXI, regnante Henrico V rege Romanorum anno VI, imperante I.

Actum est Spirae in Christo feliciter, sub Brunone, venerabili praesule Spirensi ecclesiae praesidente.

Dumont, Corps diplomatique, I, n<sup>o</sup>. 143, p. 64.

De gewone aanhef ontbreekt bij Dumont, doch komt in andere uitgaven voor.

---

No. 222.

Godebold, bisschop van Utrecht, verklaart, dat een geschil tusschen den abt van s. Bavo te Gent en dien van s. Paulus te Utrecht, over een mansum te Driel, ten voordeele van den eersten is beslist.

Tusschen de jaren 1112 en 1127.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Godeboldus, Dei gratia Traiectensis episcopus.

Notum facio praesenti scriptura, tam futuris quam praesentibus fidelibus Christi, quod contentionem quandam iustitia mediante terminavimus, quae erat inter abbatem Vulricum claustris sancti Bavonis et nostrum sancti Pauli de manso quodam in Drile, quem noster abbas aliquamdiu iniuste tenuerat. Recognita itaque veritate et iustitia sancto Bavoni suam recognovit, iniustam possessionem efestucavit, praesentibus clericis et laicis, quorum nomina subscripta sunt, pacem iniit.

Reingodus, Luithardus, Gerardus praepositi, Walterus, Iohannes, Geverhardus, Arnoldus, Symon, Gerardus clerici. Godefridus, Ricininus, Franco, Hildeger, Thiebo, Gadezo.

Warnkönig, Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte, Urkundenbuch zum dritten Th., n<sup>o</sup>. 64, S. 133.

Godebald was bisschop van Utrecht van 1112 tot 13 November 1127, Vulrich abt van s. Bavo van 1099 tot 1130. De oorkonde, die geene dagteekening heeft, moet dus geplaatst worden tusschen de twee eerstgenoemde jaren. Warnkönig brengt haar tot het jaar 1125, zonder daarvoor redenen aan te voeren.

---

No. 223.

Otto, graaf van Zutfen, sterft.

In het jaar 1113.

Otto locupletissimus comes de Sutvene obiit.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz,  
Monum. Script., xvii, p. 749.

Lindeborn, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 204, zegt van het collegie van kanunniken te Zutfen: *quando autem et a quo collegium hoc sit institutum haud satis constat, verisimile interim est authorem eius exitisse Ottonem Nassovium, eius nomine primum Geldriae et Zutphaniae comitem, utpote cuius monumentum ut et coniugis ipsius (qua est fere omnium sententia) hodie adhuc in medio templi duabus elevatioribus tumbis visitur, infra artificiosam et inauratam ex ferro coronam, cate-nulis a fornice pendulam.*

Voor verscheidene jaren is onder mijn toezicht in het midden der kerk, waar hare kruizen zich snijden, eene opgraving geschied en ongeveer 1.50 meter onder den beganen grond gevonden een zerk van gelen, zoogenaamden Bentheimer zandsteen, lang 2, breed van boven 0.64, van onderen 0.54 meter. De randen zijn afgekant en met ogievormige figuren voorzien. De oppervlakte, die door dat afkanten hooger dan de andere zerken geweest moet zijn, is zeer afgesleten, doch toont nog duidelijk dat er een man ten voeten uit verheven op uitgehouwen geweest is. Die zerk wordt in de bibliotheek der kerk bewaard.

De ijzeren twaalfkantige kroon, waarvan het verguldsel verdwenen is, hangt nog in de kerk, doch op eene andere plaats. Zij is zeer fraai bewerkt. In den onderste rand staan de namen van Jesus, Maria en van de Apostelen en daar boven is eene jacht afgebeeld. Er zijn geene sporen aan, dat zij tot verlichting heeft gediend.

---

No. 224.

Hendrik, graaf van Zutfen, neemt deel aan den oorlog tusschen keizer Hendrik v en de Keulenaren.

In het jaar 1114.

*Dissentio episcopi Coloniensis Friderici et ducis de Lovene Godefridi et comitis Westfalie Friderici fratrisque sui Heinrici et Theoderici de Ara et Heinrici de Sudvene et Heinrici de Linburg. Contra quos imperator exercitum ductans, episcopatum Coloniensem et omnem circa regionem preda flammis vastat. - - -*

*Imperator - - - versus Veronam et Iuliacum, presidia Colonien-sium, cum exercitu properat, preda flammis et rapinis omnia vastat.*



Unde reversum Fridericus archiepiscopus, Godefridus dux Lotharingie, Henricus comes de Sutven, Theodericus comes de Are excipiunt, viriliter quidem sed infeliciter. - - -

Superveniente autem Friderico comite Westfaliae et fratre eius Henrico cum valida acie, imperator bello avertitur et insequentibus adversariis rex fuga labitur. Tercio post hinc bello in campis Anturnacensium, ix miliaribus a Colonia distantibus, valido apparatu congregiuntur, ubi Colonienses, sicut solebant, victores efficiuntur. Nullus preterea principalium virorum ex parte Coloniensium aut captus refertur aut occisus, preter Henricum comitem de Kesle, virum egregium, qui per fraudem suorum, equorum pedibus suffocatus, Colonie iuxta aeclesiam maiorem beati Petri honorifice tumulatus est.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz,  
Monum., Script., xvii, p. 749.

---

No. 225.

Frederik I, aartsbisschop van Keulen, bevestigt de giften, waaronder Stralen, aan de abdij Siegborg gedaan.

In het jaar 1116.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus, divina dignatione Coloniensis archiepiscopus, omnibus in Christo presentibus et futuris.

Respectu timoris et amoris Christi, etc.

Igitur omnia bona que ab initio foundationis sue eidem monasterio collata sunt, per invocationem divinae maiestatis et auctoritatem nostri banni perpetua pace sine contradictione, sicut tradita sunt, perseverent, id est Strala ex toto, Flatena, etc.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 278, S. 180,  
naar het oorspronkelijke.

Lacomblet stelt deze oorkonde, die geene dagteekening heeft, volgens de archieven der abdij, in het aangegeven jaar.

---

No. 226.

Graaf Gerard en zijn zoon Gerard getuigen in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik v de kerk te Utrecht bevestigt in het bezit van een graafschap in Friesland.

Tusschen de jaren 1116 en 1118.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Henricus v, etc.

Testes, qui viderunt et audierunt, hi sunt: Theodericus episcopus Monasteriensis, episcopus Vercellensis, comes Gerardus, filius eius Gerardus, Godefridus de Malsne, Heremannus frater eius, Stephanus de Oie, Heremannus Piscis, Arnoldus de Roche et alii quam plures testes idonei.

Signum domini Henrici v, Romanorum imperatoris augusti.

Philippus cancellarius, vice archicancellarii, recognovi.

Van Mieris, Charterboek, 1, bl. 83.

Van Spaen, Inleiding, II, bl. 109, acht het waarschijnlijk, dat Gerard, vader en zoon, in deze oorkonde vermeld, de Geldersche graven van die namen zijn, en plaatst de ongedagteekende oorkonde tusschen de jaren 1116, toen, zoo hij meent, Theoderich bisschop van Munster geweest kan zijn, en 5 April 1118, toen Gerard, de vader, overleden was. Ik heb daar tegen deze bedenking, dat Philip, die de oorkonde recognizeerde, kanselier was van September 1122 tot 7 Mei 1125, dus na het overlijden van graaf Gerard. De keizer gaf den 2<sup>en</sup> Augustus 1123 te Utrecht voorrechten aan Deventer. Gerard van Gelre komt voor onder de getuigen. Heeft ter dier tijde de bovenstaande bevestiging plaats gehad en moet er gelezen worden: filius eius Henricus? Of is de oorkonde verdicht?

---

#### No. 227.

Hendrik, graaf van Zutphen, is getuige in de oorkonde, waarbij Frederik I, aartsbisschop van Keulen, vernieuwt de gift van eene curia, door zijn voorganger Anno aan de kerk te Zylflich gedaan.

In het jaar 1117.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fridericus, Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus. //

Notum esse cupimus, tam futuris quam presentibus, quod beate memorię predecessor noster Anno secundus, // venerabilis archiepiscopus, pro eterna retributione et oratione fratrum ecclesię Sebliccensis curiam in loco eodem // eidem fratribus tradidit, ea condicione ut nullius nisi fratrum dispositioni serviret. Quia autem in eadem curia plerumque voluntate prepositorum et prebende defectum immoderate fratres perpassi sunt, nos, fratrum condolentes miserię, totius prioratus intercessione et consilio, hanc traditionem renovavimus, ut eadem curia per omnia solis fratribus serviat in agris, areis, pratis, silvis, pascuis, cultis et incultis, piscinis, molendinis. Si quis autem diabolico, quod absit, instinctu hanc traditionem infringere temptaverit, collata beato Petro potestate domnique pape Pascalis et nostra auctoritate, verbo anathematis dampnum [se agnoscat] nisi [resipuerit et fratribus et ecclesię satisfecerit.]

Hee autem facta sunt anno incarnationis Dominice MCXVII, indicione [sic] x, Heinrico quarto imperatore, episcopatus vero nostri anno xviii, Tederico advocato, istis testibus: Iohannes sancti Petri prepositus, Henricus eiusdem ecclesie dekanus, Herimannus Xanctensis prepositus, Godefridus dux, Fridericus comes Arnesberg, Arnoldus de Clive, Henricus comes de Sutvene.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met opgedrukt zegel in wit was, gedeeltelijk nog aanwezig.

Door eene scheur in het perkament zijn de woorden tusschen [ ] meer gegist dan gelezen.

Uit deze en de volgende oorkonde blijkt, dat in het jaar 1117 Gelre en Zutten nog niet vereenigd waren.

#### N<sup>o</sup>. 228.

Gerard, graaf van Gelre, en zijn zoon Gerard zijn getuigen in de oorkonde, waarbij Frederik I, aartsbisschop van Keulen, met de kerk te Zyflich ruilt den berg Meregelphe tegen den census der kerken tusschen Maas en Waal, met uitzondering van die te Dreumel en Niftrik, die aan de congregatie te Xanten betalen.

In het jaar 1117.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Sciant omnes nostri in Christo successores // cunctique fideles, tam posterius quam presentes, quod ab ecclesia Seblicense montem illum, qui dicitur Meregelphe, acquisivimus nobisque singulariter // in dominicatum effecimus, et monentibus amicis nostris ecclesie fidelibus et petente Litardo, eiusdem ecclesie preposito, fratribus censum // ecclesiarum, que site sunt inter Walum et Mosam, de quarto in quartum semper annum nobis persolvendum, tradidimus, et sicut nobis eatenus ita deinceps persolvatur sine omni contradictione ipsis fratribus, quantum in recursu quarti anni hoc ad vestitum suum fratres recipiant et pro predicti montis commutatione et pro nostra et predecessorum sive successorum nostrorum eterna retributione; duabus siquidem ecclesiis exceptis, Trumele et Nifterka, que Xanctensi serviunt congregationi, reliquid omnes beato Martino, Seblicensis cetus patrono, transcripsimus, ita ut de eodem ecclesiarum censu dimidia marca singulis annis ad refectioem fratrum provideatur, proximo die post festivitatem Omnium sanctorum, in commemoratione omnium predecessorum nostrorum. Cum vero et nos viam universe carnis ingressi fuerimus, eadem refectio ad diem nostre depositionis anniversarium

transferatur et in perhenni memoria, tam nostri quam predecessorum et successorum nostrorum, in orationibus fratrum et solempniis missarum hoc institutum teneatur, quod ex caritate ordinavimus et testamenti astipulatione nostrique sigilli impressione corroboravimus. Si autem aliquis temerarius hoc cassare presumpserit vel impensa fratribus subtraxerit, collata beato Petro ligandi potestate hunc ligamus, et domini papę Pascalis nostraque autoritate anathematis sententia, nisi resipuerit et fratribus satisfecerit, dampnamus.

Actum autem et confirmatum est hoc a nobis in eadem ecclesia anno Dominię incarnationis MCXVII, indictione X, anno etiam cathedrę archiepiscopatus nostri XVIII, presentibus et consentientibus nostris hominibus ecclesię fidelibus, quorum nomina in huius rei confirmatione subnotari decrevimus: Iohannes prepositus s. Petri, Heinricus decanus eiusdem ecclesię, Herimannus prepositus Xanctensis ecclesię, Theodericus prepositus sanctę Marię, Eggebertus prepositus sancti Severini, Theodericus advocatus Seblicensis ecclesię, Gerhardus comes de Gelleren et filius eius Gerhardus, Tedericus de Gladebach.

Naar het oorspronkelijke in het rijksarchief te 's Gravenhage, voorzien van des bisschops opgedrukt zegel in wit was.

De graaf van Kleef wilde in het jaar 1223 op den berg Mergelpe een slot bouwen, waartoe hij de toestemming van den aartsbisschop van Keulen behoefde, welke hij verkreeg door het slot leen en openhuis van den aartsbisschop te maken. Lacomblet, Urkundenbuch, IV, S. 650, en Archiv, IV, S. 385.

#### N<sup>o</sup>. 229.

Theoderich, bisschop van Munster en heres legitimus oppidi Sutphaniensis, geeft aan Constantijn de Berge terug de advocatie over de kerk te Zutfen, die hij hem ontnomen had, omdat hij, in strijd met de voorwaarden door zijn vader gesteld, haar in leen had uitgegeven.

Tusschen de jaren 1118 en 1127.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Theodericus, Dei gratia Munigardevordensis [episcopus] et oppidi Sutphaniensis heres legitimus, notum facio omnibus, tam futuris quam presentibus, quod in curia domini prepositi in Sutphenne, me residente ad iudicium pro querimonia familie ecclesie, Constantino de Berge post aliquantam cause ventilationem adiudicata est advocatia, quoniam eam Udoni infeodaverat, quod nec ei nec alicui eius heredi licuit facere, hac enim conditione interposita ei data erat, ut nec ipse nec aliquis heres eius eam infeodaret vel infeodare posset. Udonem

sine spe restitutionis deposui, quin etiam iuramento confirmavit, quod nec ipse nec aliquis heres eius de illa advocatia se intromitteret umquam amplius; et sic eam in manu propria retinebam. Procedente vero tempore, intercedentibus amicis Constantini pro ipso, advocatiam ei reddidi, et omnibus capitulis, que pater meus determinaverat, item interposita condicione, ut nec minimum ipse transgrediretur, nec aliquis heres eius, videlicet, ut non nisi ter in anno litones convocaret et hoc in curiam prepositi, preposito vel eius vicario ibi semper existente, ut eius consilio omnia in melius disponerentur, et tunc a singulis singuli denarii singulis vicibus ei darentur, nec tunc vel postea quicquam amplius ab eis exigere presumeret vel unquam se ingereret non vocatus; de cerealibus nunquam se intromitteret nec de curiis prepositi. Singula ergo capitula, etsi hic posita non sint, sicut pater meus determinavit et episcopus Traiectensis Willelmus eius petitione banno confirmavit, sic et nos banno nostro confirmamus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Hec viderunt et audiverunt boni testimonii viri, ipse prepositus Ekebertus, Bernhardus de Dipenheim et filius eius Wernerus, Reinwardus de Vason, Segefridus de Hummelo, Othelricus de Amsnōn, Gerlacus de Ditdigwerthe, Bezelinus de Ritherlo, Grunbreht, Druthwart, Pelegrimus, Wenzo, Reinzo.

Naar eene oude perkamenten rol met het opschrift: Privilegia eccl. Zutphaniensis, in het archief der stad Zutfen.

Ware de aandacht van Von Giesebrecht gevallen op de bovenstaande oorkonde, door Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 18, bl. 166, uitgegeven naar Lindeborn, Historia episcopatus Daventriensis, p. 214, hij zoude Bd. III, S. 893, in de noot, van zijne Geschichte der deutschen Kaiserzeit, het niet twijfelachtig gesteld hebben, of bisschop Theodorich wel uit het geslacht der graven van Zutfen was.

Ekkehard, Chronicon, bij Pertz, Monum., Script., VI, p. 256, zegt op het jaar 1121: Domnus Thidericus, qui Burkardo Rufo, dudum in legatione Heinrici imperatoris apud Constantinopolim defuncto, [19 Maart 1118] per electionem aecclesiasticam in cathedram Monasteriensem successerat, a suis indigne tractatus, Saxonibus principibus querimoniam iniuriarum suarum detulit; et quia vir illustris natu et virtutibus famosus extitit, per Lotharium ducem, congregato exercitu, sedem suam etiam contra regis voluntatem repetiit. Annalista Saxo, bij Pertz, a. w. VI, p. 765, op het jaar 1127: Theodericus episcopus Monasteriensis obiit II kal. Martii, met welken dag overeenkomt het Necrologium Hisdesheimensis ecclesiae, bij Leibnitz, Scriptorum rerum Brunsvicensium, I, p. 764. Het Necrologium Monasteriense, bij Ficker, Die Münsterischen Chroniken, S. XLV, heeft den 22<sup>en</sup> Januari als sterfdag.

Dr. Schmid, Die säcularisirten Bisthümer, I, S. 441, geeft eene korte schets van Theodorich's leven.

## No. 230.

Gerard, graaf van Wassenberg, en zijn zoon Gerard, getuigen van Frederik, aartsbisschop van Keulen, in de oorkonde over de stichting van de kerk te Dunwald.

In het jaar 1118.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fridericus, licet indignus et peccator, tamen Dei gratia Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam successuris quam presentibus, quod quidam Heidinricus, etc.

Factum est --- anno Dominicę incarnationis mxcviii, indictione xi, cum idonei testes adessent, quorum nomina subsequuntur, etc.

Meo etiam rogatu Herimannus, filius Herimanni, ministerialis mei, quinque mansos in predicto nemore sitos, quos a me in beneficio habuit, hac reddidit conditione, ut eidem ecclesię ego eos, pro ipsius animę et parentum eius remedio, contraderem, quod et libenter feci coram his testibus, quorum hec sunt nomina: Adolphus comes de Monte, Gerardus comes de Wassenberg et filius eius Gerardus, Goswinus de Hennesberg et frater eius Gerardus, Gerardus de Wyckerode, Almerus advocatus, Henricus de Aldendorf, Henricus de Dornicho, Emelrich, Herman, Iohan, Retler, Emund.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 288, S. 188.

Daar graaf Gerard en zijn broeder Hendrik in de volgende oorkonde den 5<sup>den</sup> April 1118 zelfstandig handelende optreden, was hun vader Gerard toen overleden en moet de bovenstaande oorkonde in het begin van het jaar verleden zijn. Van Spaen, Inleiding, II, bl. 110 en 130, stelt haar ten onrechte op het jaar 1117.

## No. 231.

Frederik I, aartsbisschop van Keulen, doet afstand van zijn recht op de tienden van een te ontginnen broek te Stralen, terwijl graaf Gerard en zijn broeder Hendrik het broek uit hunne advocatie ontslaan.

5 April 1118.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fridericus, Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Ammonent nos mandata ordinate caritatis, persuadent etiam viscera paterne pietatis ubicumque nobis oportunum fuerit amministrare necessaria nostris fratribus, secus pedes divine contemplationis ad audiendum verbum dominicum residentibus, quatinus optimam partem, quam elegerunt, tanto amplectantur artius, quanto provisus his, que corpora exigit imbecillitas, vivere possint expeditius. Unde cum frater

noster Sigebergensis cenobii religiosus abbas Cūno paludem quandam incultam, curiæ suę, quę appellatur Strale, adiacentem, statuisset colere et ad usus fratrum redigere, decimationes eiusdem paludis, quę secundum instituta canonum deberent nos contingere, ob memoriam nostri et predecessorum sive successorum nostrorum, b. Michaeli, in predicto monte Sigebergensi, ad usus fratrum curavimus tradere, ita ut quicumque fructus utilitatis in posterum de eadem palude accreverit, liber ab omni debito, secundum dispositionem abbatis asscribatur fratrum ministerio. Sed et advocati eiusdem paludis, videlicet comes Gerhardus et frater eius Henricus, advocatiam illam, in testimonio nostri et aliorum multorum nobilium et ignobilium, manumiserunt et ecclesię liberam resignaverunt, et ne quid heredes eorum in posterum super hoc reclamare vel aliquid iuris sibi usurpare presumerent, liberam sepe dicto loco eiusque colonis concessam nostro privilegio corroborari petierunt. Quod et nos parati facere, locum eundem, absolutum a decimis, ab advocatis et a debito cuiuscumque exactionis, privilegio nostro confirmamus, et si quisquam temerarius, quod absit, postmodum hoc violaverit, collata beato Petro potestate et domni apostolici nostraque auctoritate, tradimus eundem sathanę, donec resipiscat et ecclesię satisfaciat.

Actum est autem et confirmatum hoc a nobis in eodem cenobio, anno Dominicę incarnationis mcviii, indictione xi, anno etiam cathedrę archiepiscopatus nostri xviii, nonas Aprilis, presentibus nostris hominibus, clericis et laicis, liberis et ministerialibus, quorum nomina subnotari decrevimus. Clerici: Iohannes prepositus de s. Petro, Henricus decanus, Egebertus scolasticus, Theodericus, Iohannes, Wigmodus, Arnulfus, Godescalcus, Gerhardus et plures alii; laici: comes Gerhardus et frater eius Henricus, comes Adolfus de Monte, comes Adolfus de Saphenberg, comes Gerhardus de Iuliaco, Gerhardus iunior filius Gerhardi, Gerhardus de Caesle, Arnulfus de Ödenkirche et plures alii; ministeriales: Almarus advocatus, Henricus de Aldenthorp, Sigebodo de Tuitio, Themo, Herimannus, Herimannus de Alechtre et frater eius Iohannes et alii quam plures.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 287, S. 187,  
naar het oorspronkelijke.

Het lijdt geen twijfel, dat de gebroeders Gerard en Hendrik graven van Wassenberg en Gelre waren.

Graaf Gerard sticht op zijn allodium Wassenberg eene kerk.

30 September 1118.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum sit universalitati fidelium sancte matris ecclesie filiorum, qualiter ego comes Gerardus ecclesiam, in honore sancte Dei genetricis Marie et sancti Georgii martyris a domno et venerabili Leodiensi episcopo Otberto dedicatam, pro anime mei et patris mei aliorumque predecessorum meorum remedio, in meo allodio Wassenberg construxerim et de meis prediis, Deo annuente, dotare et ditare disposuerim. Obtinui autem precibus meis et meo servitio ab ipso domno episcopo et archidiacono et decano ipsam ecclesiam liberam reddi ab omni obsonio, sinodali tamen sibi iure retento. Contuli igitur in presens ipsi ecclesie ad prebendam fratrum ibidem Deo famulantium quicquid allodii habueram in Munemunte cum omnibus redditibus, exceptis meis ministerialibus cum suis beneficiis. Contradidi quoque ei dimidiam partem ecclesie in Birgele et dimidiam partem ecclesie Steinkirken et ecclesiam de Humersheim cum omni iure, et octavam partem ecclesie Weirte, et curtem Eilenchoven, et ecclesiam Havert, et in Bride quinque solidos Traiectensis monete, et ministerialem unum cum beneficio suo, et decimationem in Rothusen, et allodium in Grantenrothe et in Lovenihe partem allodii et in Erkelenze aream unam, et in Gollekerothe quoddam allodium, et in Breidele partem allodii et ecclesiam in Wilderothe. Quidam vero mei ministeriales, omni affectu meum adiuvantes desiderium et animabus suis in futuro providentes remedium, ipsi ecclesie partem sue contulerunt substantie. Sigebodo videlicet, qui Strabo agnominabatur, allodium in Vollete, uxore sua superstite fructuarium usum inde percipiente, et quinque solidos per annos singulos solvente, contulit. Quidam autem liber homo, Ezzo nomine, partem allodii sui, ipsi prefato allodio interiacentem et singulis annis triginta denarios Colonienses solventem, donavit. Ipsius vero ecclesie prediorum, tam in presens collatorum quam in futuro conferendorum, advocaturam mihi et ei, quisque heres fuerit castelli et allodii in Wassenberg, retinui; nichil prorsus de eadem advocatura preter orationes fratrum exigens servitii. Super hac quoque contradictione et dispositione, quia humane conditionis fragilitas, et de die in diem, proch dolor! ad peccandum pronior posteritas in humanis actibus nichil satis ratum esse patitur, cartam hanc conscribi postulavi, quam domni et venerabilis Leodiensis episcopi Otberti



sigilli impressione astipulari, et libertatem ecclesie ab eo concessam et dispositionem meam eius banno confirmari obtinui, quatenus et ipsius carte veridica attestazione et pontificalis banni districtione convincatur et reprimatur, si quis immo quisquis sue remissioni et mee dispositioni obviare moliat.

Huic prescripte concessioni et dispositioni testes interfuerunt idonei, quorum nomina subscripta habentur: dominus Fredericus prepositus sancti Lamberti, Heynricus decanus, Andreas archidiaconus, Alexander archidiaconus, Almannus archidiaconus, Steppo archidiaconus, Arnulfus presbiter, Stephanus, Emmo, Iohannes, Liezelinus prepositus sancte Crucis, Nicholaus prepositus sancti Dyonisii, Wido canonicus; liberi homines: Engelbertus de Bugenheim, Reinardus de Stalburg, Gerardus de Berge, Gozuinus de Sustris, Heribertus filius Heriberti de Melin.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo octavo decimo, indictione undecima, imperante Henrico imperatore quinto, pridie kalendas Octobris.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 289, S. 189.

Dat Gerard graaf was van Gelre, blijkt uit het Necrologium van Wassenberg op 24 October 1131.

De goederen, in de oorkonde opgenoemd, zijn: Obermörmt, Birgelen, Steinkirchen, Hommersum, Wehr, Ellinghoven, Havert, Granderath, Lövenich, Erkelens, Golkrath, Breyell, Wildenrath.

#### No. 233.

Diderich van Amersfoort geeft de goederen van Davitslaar ten Zutfenschen rechte aan zijne dochter Henrika, vrouw van Hugo Butyr.

26 Mei 1119.

Nos Didericus de Amersfordia, miles, notum facimus has litteras inspecturis, quod bona de Davitslaer, cum omnibus suis pertinentiis, in feudum concessimus domicellae Henricae, filiae nostrae, et hoc sub pacto Zutphaniensi. Et pro filia fecit nobis iuramentum fidelitatis Hugo Butyr, miles, predictae filiae maritus et sic ille quoque factus est noster homo.

In horum testimonium apponendum duximus nostrum sigillum.

Datum anno Domini mc et decimo nono, postridie octavae Pentecostes.

Verhoeven, Brevis rerum Amerfortiarum descriptio, in Mathaeus, Rerum Amerfortiarum scriptores duo inediti, p. 10.

Daar in deze oorkonde, voorzoover mij bekend is, het eerst gewag gemaakt wordt van leenen ten Zutfenschen rechte, waarvan de grondslag was: Dat naeste lijf, die

rechte man voort wijf, d'oltste op der straten, meen ik aan haar eene plaats te moeten geven, daarlatende of Davitslaar lag in de Veluwe of in het sticht Utrecht. Verhoeven zegt dat hij haar mededeelt volgens een apographum, eadem, qua scriptum est, servata phrasi ac formula. Misschien vermeldde hij dit, om den wel wat ongewonen vorm van het stuk.

---

N<sup>o</sup>. 234.

Paus Calixtus II bevestigt de abdij van s. Amand in het bezit van Heringen aan de Maas.

20 November 1119.

Calixtus, episcopus servorum Dei, dilecto in Christo Bovoni, abbati venerabili monasterii s. Amandi, quod Helnonense dicitur, eiusque successoribus regulariter substituendis in Christum, et divinis praeceptis instruimur et apostolicis monitis informamur, ut pro ecclesiarum statu impigro vigilemus effectu.

Quam obrem, etc.

Super flumen Mosam villam Haringas cum familia, ecclesia et appendiciis suis. Super fluvium Renum, etc.

Datum Belvacii per manum Chrisogani, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, XII kal. Decembris, indictione XIII, incarnationis Dominicae anno MCVIV, pontificatus autem domini Calixti secundi p. p. anno primo.

Miraeus, Opera diplomatica, II, p. 1455.

---

N<sup>o</sup>. 235.

Frederik, aartsbisschop van Keulen, regelt de rechten der tinsplichtigen van de kerk van Xanten aan de overzijde van den Rijn, die gedwongen werden het placitum te Meer, Bienen en Zuilen in de Hetter en Warbeyen in de Duffel bij te wonen.

In het jaar 1120.

1122 März 24  
Ilgen, Quellen I, 4

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Quia divina ordinatione ex officii nostri autoritate debemus possessiones ecclesiarum ab iniustis oppressionibus defensare unicuique, quod suum est, conservare, notum fieri volumus, tam futuris quam presentibus, qualiter, iustitia dictante et dilecto filio nostro in Christo Herimanno Xantensi archidyacono interveniente, censuales Xantensis ecclesie liberavimus ab iniusta advocatorum et exactorum oppressionibus, eosque resignavimus sue legi, qua traditi fuerant ecclesie.

Nam cum eisdem ex liberis natalibus ecclesie traditos et nullius placito iure obnoxios sepe placitis suis fatigarent, hinc advocatus comes Arnulfus, filius Thiederici comitis, illinc Gerardus de Hostaden, occasione feodi avi, quod habebat in Binen, nos iura eorum ab utroque distinximus et hac eos libertate perpetualiter conservari decrevimus, omnes videlicet censuales s. Victoris, ubicunque locorum trans Renum manentes, qui ad observandum placitum iniuste cogebantur ad hec loca: Mere, Binen, Sulen, Werbedde, nullius omnimodis observent placitum, nisi forte advocato altaris semel in anno eos convocare placuerit, illud vero Xanctis in porticu ecclesie per censorem, quem prepositus eis prefecerit, fiat. Ibiq; infra, etc.

Archidiaconus Xanctensis Herimannus, Godefridus prepositus s. Severini, Godesco Xanctensis decanus cum quibusdam fratribus, Iohannes Resensis decanus cum universis suis fratribus et cetera . . . . .

Binterim und Mooren, die Erzdiözese Köln,  
III, no. 27, S. 86.

---

No. 236.

Godebold, bisschop van Utrecht, draagt de kerk van Warnsveld met de kapel te Vorden op aan het kapittel van s. Peter te Utrecht.

In het jaar 1121, vóór 13 April.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Notum sit omnibus fidelibus Dei, praesentibus et posteris, quod ego Godeboldus, Dei gratia Traiectensis episcopus, concessi fratribus beati Petri Traiectensis ecclesiam de Warnsveld cum capella appendente, quae dicitur Urdene, ut habeant potestatem fratres redditus ipsos convertere ad quoscunque suos usus elegerint. Fecimus autem hoc rogatu fidelis nostri Theodorici praepositi et ob salutem animae meae, ut sit mei ianitor ille propitius, cuius vice etiam nos episcopi claudimus et aperimus. Fecimus etiam ipsam ecclesiam liberam a circatu episcopi, ab oblatiis, ab omni episcopali debito, nisi si episcopus ibi praesens synodum habeat et duas marcas pro servitio accipiat.

Et ut hoc apud posteros maneat inconvulsum, banno episcopali traditionem firmavimus, carta et sigillo nostro roboravimus.

Actum est publice in Traiecto, anno ab incarnatione Domini M<sup>CXXI</sup>, indictione XIII, imperii Henrici quinto, domino Godeboldo episcopo Traiecti praesidente.

Affuerunt in testimonium clerici Mengodus maior praepositus, Harmanus praepositus, Theodoricus praepositus, Luitardus praepositus,

Lubbertus decanus, Gerardus decanus, Wichardus camerarius; laici liberi: Theodericus comes Holl[andiae], Wilhelmus comes et Theodericus filius eius, Godefridus de Malsen et frater eius Hieronimus, Alnodus de Rodhe et frater eius Giselbertus; ministeriales: Ialo schultetus, Giselbertus et filius eius Gerardus, Lutbertus, Werenboldus, Richardus, Gelbrandus, Lutbertus, Wernerus nepos schulteti, Arnoldus Knif, Isbrandus, Otto camerarius.

Lindeborn, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 231.

Imperii Henrici quinto, achter de Indictie, is stellig eene fout, waarschijnlijk ontstaan door het weglaten van het cijfer x achter quinti, want tot 13 April 1121 liep het tiende jaar van het keizerschap van Hendrik v. Vóór dien dag, kan men dan stellen, dat de opdracht geschied is.

---

Nº. 237.

Theodorich, tweede abt van het klooster Kamp, geeft eene verklaring, hoe het gekomen is aan goederen te Honnepel, waaruit blijkt: dat Godehildis, moeder van Gerard en Rotger Brewe, gaf 2½ mansus; dat Constantijn de Berge 1½ mansus, die Trubert van hem in leen had, met toestemming van dezen opdroeg aan Gerard, graaf van Gelre; dat die het goed gaf aan Frederik I, aartsbisschop van Keulen, van wien het bij ruiling door het klooster verkregen is.

Tusschen de jaren 1122 en 1131.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Ego Theodericus, ecclesie Campensis secundus abbas, notum fieri cupio, qualiter possessio ecclesie nostre in Honepole collecta fuerint.

Noverint igitur, tam presentes quam futuri Christi fideles, hoc fuisse initium contracte possessionis a nobis in eodem loco.

Fuit itaque mulier quedam, secundum seculum nobiliter nata, Godehildis nomine; hec duos mansos et dimidium in prefato loco ecclesie nostre contulit. Huius autem collationis talis occasio talis extitit: duos namque filios habuit, quorum senior Gerardus Brewe et iunior vero Rotgerus vocabatur, qui Rotgerus, contempta vanitate seculi, monachus apud nos factus est. Predicta igitur Deo devota femina, tam pro salute anime tam pro amore filii, ad Dominum conversi et nobiscum manentis, senioris filii consensu, duos mansos antedictos et dimidium beate Marie et nobis in perpetuum coram testibus dedit.

Trubertus quoque, ministerialis Arnoldi, comitis Clive, cum in eadem villa Honepole maneret et mansum et dimidium de allodio beatri Petri possideret in pheodo, digna commutatione recepta, ita

allodium taliter condonavit. Constantinus siquidem nobilis quidam de Berga, sic enim vocabatur castrum ipsius, filium habens Rabodonem, predictum pheodum Truberto concesserat, scilicet, consentiente eodem Truberto, comiti Gerardo de Gelre, de cuius manu videtur ipse Constantinus habuerat, resignavit, et comes Gerardus archiepiscopo Coloniensi Fritherico primo, qui archiepiscopus Frithericus, equa commutatione recepta et coram se et per se beato Petro confirmata et eiusdem fidelibus ordine retrogrado, scilicet iure concessa, ita ut comes Gelrensis Gerardus de manu archiepiscopi Fr., Constantinus vero de comite G. commutationem reciperet et possideret allodium, quod prius beati Petri fuit, nobis contradidit et privilegio confirmavit. Etc.

Uit de archieven van Van Spaen, bij den  
Hoogen Raad van Adel, te 's Gravenhage,  
portefeuille n<sup>o</sup>. 215.

Van Spaen schreef dit stuk af: Ex archivis abbatiae Campensis in autographo, capsula 2, n<sup>o</sup>. 1. Aquisgranum. Het aanhangend zegel aan een wit koord was niet meer aanwezig.

Frederik, aartsbisschop van Keulen, stichtte de abdij, gelegen tusschen Rheinberg en Meurs, in het jaar 1122. Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 297, S. 296. Zij werd den 31<sup>en</sup> Januari van dat jaar door Cistercienser monniken betrokken. Michels, Geschichte der Abtei Camp. 1832. Binterim und Mooren, die Erzdiözese Köln, III, n<sup>o</sup>. 28, S. 88. Gezegde aartsbisschop overleed den 25<sup>en</sup> October 1131. Theodorich stond aan hoofd der abdij van het jaar 1137 tot 1177.

Gerard en Rotger Brewe van Druten waren bloedverwanten van Folcond, die het klooster te Bern stichtte.

---

N<sup>o</sup>. 238.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik v de kerken van s. Servaas en van s. Marie te Maastricht bevestigt in haar recht van dwangmolen.

In het jaar 1122.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum facimus omnibus, tam posteris quam presentibus, quod ego Henricus, Romanorum imperator augustus, audita querimonia fratrum ecclesiarum sancti Servatii et sancte Marie, que sunt Traiecti, etc.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M<sup>CCXXII</sup>, indictione quinta decima, regnante quarto Henrico imperatore Romanorum augusto.

Huius confirmationis testes hi sunt: Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Godeboldus Traiectensis, Arnulphus prepositus Aquensis, Bruno cellerarius, Gerardus comes de Gelre, Arnulphus comes de Los, Giselbertus comes de Duras, Wigerus advocatus sancti Lamberti,

Arnulphus et Giselbertus frater eius de Rode; de fratribus: Anclinus decanus, Rado, Stephanus, Franco; de burgensibus: Adolphus, Henricus, Alsteinus, Fulquinus.

Comptes-rendus des séances de la commission royale d'histoire, 3<sup>me</sup> Série, IX, p. 16.

---

N<sup>o</sup>. 239.

Gerard, graaf van Gelre, en zijn zoon zijn tegenwoordig, toen keizer Hendrik v aan het klooster Siegberg geeft het recht op de metalen, die in den bodem zijner bezittingen gevonden mochten worden.

29 Maart 1122.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia quartus Romanorum imperator. Si anime nostre pericula humana fragilitate undique accumulata, etc.

Hanc autem nostram concessionem sua confirmaverunt presentia Fredericus Coloniensis archiepiscopus, Godeboldus Traiectensis episcopus, Theodoricus Monasteriensis episcopus, Godefridus dux Lovaniensis, Cünradus dux, Adelbertus comes Namucensis, Gerhardus comes de Gelra eiusque filius, Arnoldus comes de Clive, Giselbertus de Duraz.

Signum Henrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Bruno cancellarius recognovi, vice archicancellarii.

Data Aquisgrani, anno Dominicę incarnationis MCXXII, indictione XV, IIII kal. Aprilis.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 294, S. 193,  
naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 240.

Gerard, graaf van Gelre, onder de vorsten, op wier raad en oordeel keizer Hendrik v bevestigt eene gift, door zijne grootmoeder aan het klooster te Burtscheid gedaan.

25 April 1122.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus.

Notum esse volumus omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod de octo mansis et aliquibus mancipiis in loco Sinceche dicto, que avia nostra, Agnes dicata, tradidit ecclesie sancti Iohannis in Porceto, etc.

Hec autem sunt nomina principum, quorum consilio et iudicio hec sunt discussa et terminata, que subnotari fecimus: Fredericus Coloniensis archiepiscopus, Godeboldus Traiectensis episcopus, Conradus Osnabrugensis episcopus, Arnoldus Aquensis prepositus, Hezelo decanus, Henricus notarius imperatoris, Godefridus dux Lovaniensis, Godefridus comes Namurcensis, Gerardus comes de Gelre, Arnoldus comes de Los, Wilhelmus comes de Loceleburch, Lambertus comes de Acuto-Monte et Giselbertus comes et Wigerus advocatus, Arnolfus de Esslo, Volemarus dapifer imperatoris, Everardus de Haga, Theodericus Aquensis iudex.

Signum domni Heinrici imperatoris Romanorum quarti invictissimi.

Bruno cancellarius recognovi, vice Adelberti archicancellarii, anno Dominicæ incarnationis MCCCII, indictione XV, VII kal. Maii, Aquisgrani.

Günther, Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus,  
I, n<sup>o</sup>. 95, S. 194, naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 241.

Keizer Hendrik v herstelt de abdij te Werden in het bezit van een allodium in villa Eitera, gelegen tusschen Rijn, Lek en IJsel, haar lang te voren door graaf Rutbert en zijne vrouw Ermentrude ontnomen.

27 Mei 1122.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus.

Iusticiam cuique facere cum omnium sit generaliter, nostri solummodo est principaliter, quoniam ad hoc imperiali celsitudine ceteris videmur preminere mortalibus, ut iudicium et iusticiam faciamus omnibus iniuriam patientibus. Unde fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum, nolumus latere dilectionem, qualiter fidelis noster Berengozus, Werthinensis ecclesie abbas, nostrum imperialem adivit celsitudinem, postulans videlicet quatinus allodium, quod ab avo nostro Heinrico, pie memorie augusto, pro remedio anime sue parentumque suorum, in villa, que dicitur Eitera, sancte Marie fuerat contractum, sed per violentiam comitis Rütberti et uxoris sue Ermenthrudis iam diu iniuste constat ablatum, eidem monasterio per iusticiam restitueremus et restitutum nostra imperiali auctoritate confirmaremus. Cuius rationabili ac iuste petitioni, pro divino respectu parentumque nostrorum ac nostri remedio, assensum prebentes, prefatum allodium, quod respicit

ad villam, que dicitur Eitera, quod situm est inter hos fluvios, Renum et Leccam, Leccam et Islam, cum agris, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, quesitis et inquirendis, terris et cultis et incultis et cum omnibus appendiciis, sancte Marie sanctoque Liudgero, iusto fidelium nostrorum iudicio, ratione ea reddimus atque firmamus, ut nulla persona, ecclesiastica sive mundana, prefatum allodium eidem ecclesie ultra quoquomodo alienare presumat, sed pro remedio anime nostre parentumque nostrorum inibi semper ratum et inconvulsam permaneat. Et ut hec nostre restitutionis digna confirmatio nullo umquam cassari possit ingenio, kartam hanc inde conscriptam manu propria firmamus et sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici quarti Romanorum imperatoris augusti.

Bruno cancellarius, ad vicem domni Adalberti archicancellarii, recognovi.

Data vi kalendas Iunii, anno Dominicę incarnationis mcccxxii, indictione xv, anno autem regni domni Heinrici xxxiii, imperii vero xii.

Actum Traiecti, in Dei nomine. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 295, S. 193,  
naar het oorspronkelijke.

Van Spaen gaf deze oorkonde uit in Codex diplomaticus, achter het 2<sup>de</sup> deel der Inleiding, no. 19, bl. 39, doch las Eitera in stede van Eitera. Op deze vergissing bouwende, maakt hij, Inleiding, 1, bl. 193, Rupert, dien hij stelt een afstameling van het graaflijk huis van Zutphen te zijn, tot graaf van een gedeelte van Zutphen, want — zoo schrijft hij — de Etter of Hetter is eene nog bekende landstreek tusschen Emmerik en Rees gelegen, waarvan zeker weleer een gedeelte tot Zutphen gerekend wierd. De gelegenheid tusschen Rhijn en Leck, Leck en IJssel — zoo vervolgt hij — veroorzaakt wel eenige zwarigheid, dewijl een rivier de Leck aldaar thans onbekend is. Doch Van Spaen neemt daarom de mogelijkheid aan, dat een gedeelte van den Rijn hooger op vroeger ook den naam van Lek gedragen kan hebben. Om deze gezochte bewijsvoering, die gedeeld wordt door Tadama, Geschiedenis der stad Zutphen, bl. 57, te doen vervallen, was het noodig de oorkonde, zooals zij door den nauwkeurigen Lacomblet uitgegeven was, op te nemen. Bij IJsselstein, dus tusschen den Krommen Rijn, de Lek en den Hollandschen IJssel, lag oudtijds het dorp Eiteren. Zie De Geer, Bijdragen tot de geschiedenis en oudheid der provincie Utrecht, eerste gedeelte, die zich echter bl. 4 vergist door het klooster Werden aan de Ruhr te verwisselen met dat te Keizersweerd.

De keizer zegt in de oorkonde, dat Eitera aan het klooster te Werden geschonken is door zijn grootvader, zijnde Hendrik III, die tusschen de jaren 1039 en 1056 regeerde. In de Lijst der goederen van het klooster, omstreeks het jaar 983 opgemaakt, hiervoren n<sup>o</sup>. 110, wordt ook een Eiteren vermeld. Duidt dezelve naam hetzelfde goed aan, dan is die Lijst later opgesteld dan gemeend wordt.

Door Stumpf, Acta imperii adhuc inedita, gevoegd bij zijne Reichskanzler, n<sup>o</sup>. 46, S. 51, is uitgegeven eene oorkonde van 10 October 1036, waarbij keizer Konrad II aan den abt van Werden geeft predium in pago Eitheri in comitatu Erimanni, dat een clericus, nomine Waltgerus, hem had opgedragen. Op den rug van het oorspronkelijk stuk te Dusseldorp is geschreven: Eithera seu Moninchof.



Dit Eiteren zal in Twente gezocht moeten worden. Kindlinger schreef namelijk in Februari 1801 aan Van Spaen, en deze teekende het op in zijn Repertorium Gelricum, 1, n<sup>o</sup>. 1339, bl. 560, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, dat in Liber minor privilegiorum van de abdij Werden vermeld zijn: Litterae Reinaldi, comitis Gelrensis et Zutphaniensis, et comitis de Bentheim de advocatia Moninchof in Eythera (in Twentia) 1338; en Littera Agnetis, domicellae de Almelo, de curte Moninchof et eius advocatia 1338 *cf. Mg. Dipl. Conrad. II, 232 = Eiteren*

---

N<sup>o</sup>. 242.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik v aan die van Deventer geeft vrijdom van de doop- en begrafenisrechten.

2 Augustus 1123.

Notum habeant omnes, tam praesentis quam futuri [temporis] quod Daventriensibus pro devotissima fidelitate sua, etc.

Huius rei testes sunt Fredericus Coloniensis archiepiscopus, Bruno Trevirensis archiepiscopus, Albero Leodiensis episcopus, comes Gerardus de Gelra, comes Arnulfus de Cliva, Arnulfus de Rotha, Stephanus Oyensis.

Data Traiecti, anno incarnationis Dominicae MCXXIII, indictione XIII, IV non. Augusti.

Lindeborn, Historia episcopatus Daventriensis, p. 176.

Lindeborn, wien het slechts te doen was om den inhoud, gaf de oorkonde uit zonder haar begin en volledig slot.

Het indictiegetal is verkeerd; het moet 1 zijn.

---

N<sup>o</sup>. 243.

Keizer Lothar III geeft aan het klooster te Lauresham de curia Gent.

Tusschen de jaren 1125 en 1137.

13 September 1125. Lotharius, dux Saxonicus, cuius precepto curiam Gannitam et decem talenta in Bruomat recepimus, in regnum ungitur.

Chronicon Laureshamense, bij Pertz, Monum., Script., XXI, p. 435.

Het is duidelijk dat het preceptum gegeven is door Lothar als koning of keizer en dus in de aangewezen jaren.

---

N<sup>o</sup>. 244.

Theodorich van Zutfen, bisschop van Munster, en Gerard, graaf van Gelre, getuigen in de oorkonde, waarbij Godebald, bisschop van Utrecht, ingevolge uitspraak der vorsten, ten overstaan van koning Lothar, aan het kapittel van

den dom te Utrecht teruggeeft het broek, behoorende bij Amerongen, Doorn en Koten.

In het jaar 1126.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Que perperam a potestatibus per negligentiam sive per suggestionem aliquorum geruntur, decognita veritate in melius commutanda sunt. Hoc enim bene placitum est coram Deo et coram hominibus. Igitur ego Godebaldus, Dei gratia Traiectensis episcopus, paludem pertinentem ad Amerungon, Thornen et Coten, quam semper prepositi quidem maioris ecclesię cum fratribus suis possederant, nos autem pro necessitate nostra extraneis vendideramus, cognita veritate et iusticia eorum coram domino rege Lothario et principibus regni eius, recognovimus et reddidimus, precepto quoque domini regis dictante iusticia et iudicio principum, reinvestiti sunt. Nos vero decimam cum censu et iusticia de tota supradicta palude illis tradidimus, excepta sola decima, que pertinet ad ecclesiam de Amerungon, tam in paludibus quam in montibus; sinodalem autem iusticiam, tam de illa palude quam de nostra, pertinente scilicet [ad] Wercunden et Seist, adiacenti [sic] supradicte paludi ex eadem parte Rheni, preposito maioris ecclesię perpetua traditione concessimus.

Ut autem hec rata permaneant, cartam hanc eis conscripsimus et sigilli nostri impressione consignavimus.

Testes huius traditionis fuerunt episcopus Monasteriensis Theodricus, episcopus Leodiensis Albero, episcopus Verdenensis Thietmarus, dux Saxonie gener regis Henricus, comes Paganus, comes Arnoldus de Lon, comes Gerhardus de Gelre, comes Arnoldus de Clive, comes Atholfus de Huvele, comes Theodericus de Upage, dominus Gerardus de Hostade, dominus Godefridus de Malsen et frater eius dominus Hermannus, dominus Riquinus de Maltberge, dominus Godefridus de Rienen, Arnoldus castellanus, Vulggerus de Amestelle, Werenboldus de Wercunden, Wilhelmus, Hugo et quam plures alii, tam liberi quam servientes ecclesię.

Data anno Dominicę incarnationis millesimo cxxvi, indictione III, anno episcopatus domini Godebaldi episcopi XII.

Actum Traiecti feliciter.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 50<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Bondam. Charterboek, bl. 174, noten f en i, treedt in breede beschouwingen omtrent de jaarteekening der oorkonde, waarin, — en daarin ligt voornamelijk het bezwaar, — voorkomt dux Saxonie gener regis Henricus. Hij plaatst achter Saxonie eene, en meent dat Bruno de bedoelde hertog van Saksen zoude zijn. Dit is niet

juist. Magnus, hertog van Saksen, in het jaar 1106 overleden, liet geen zoon na, en keizer Hendrik v benoemde in zijne plaats Lothar van Supplinburg, die den 13<sup>en</sup> September 1125 als koning werd gekroond. Zijne dochter Gertrudis trouwde den 20<sup>en</sup> Mei 1127 met Hendrik den Grootmoedigen, hertog van Beieren, een zoon van Wulfilde, eene dochter van Magnus, en die met het hertogdom Saksen werd beleend. Annalista Saxo, bij Pertz, Monum., Script., vi, p. 744 en 765. Hij kon echter in het jaar 1126 niet in die hoedanigheid en als schoonzoon des konings voorkomen. Om dit bezwaar op te heffen, geloof ik aan te mogen nemen, dat de oorkonde twee verschillende handelingen bevat: de uitspraak omtrent het broek in Januari 1126, toen koning Lothar te Goslar een rijksdag hield, waar de rijksgrooten tegenwoordig waren, en de werkelijke overdracht van het broek in het jaar 1127, ten overstaan der geestelijken der Utrechtsche kerk. Toen zal men aan 's konings schoonzoon de titels gegeven hebben, die hem toekwamen.

---

No. 245.

Gerard, graaf van Wassenberg, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik v bevestigt eene gift, aan de abdij van s. Jacob te Luik gedaan.

31 Maart 1125.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus.

Iustum esse iudicamus et acceptum, etc.

Supradictae traditionis testamentum, ut ratum maneat et incun-  
culsum, signi sigillique mei adstipulatione confirmavi, ac tot tanto-  
rumque virorum testimonio comprobatum est, quorum nomina sub-  
scripta sunt: Adelbero episcopus Leodiensis, Godeboldus episcopus  
Ultraiectensis, Henricus episcopus Virdunensis, Andreas praepositus  
sancti Lamberti, Philippus praepositus Traiectensis, Alexander et  
Steppo archidiaconi; Reinzo, Arnulphus, Reinbaldus, Wido, canonici;  
Tietbaldus marchio, Godefridus comes Namurcensis, Berengerus comes  
de Sorbach [Sozbach], Arnulphus comes de Los, Gerardus comes de  
Wassenberch, Wilhelmus comes, Lambertus comes, Gerardus frater  
Goswini, Wigerus advocatus sancti Lamberti, Arnulphus de Rode,  
Wenricus de Calvo-Monte, Otto filius Gileberti de Duraco, Arnulphus  
de Erseloh, Lambertus frater Henrici de familia imperatoris, Heinricus  
Houveth [Louveh], Folmarus, Ricardus, Ludovicus et alii multi.

Anno Dominicæ incarnationis mxxv, indictione tertia, anno autem  
imperii domini Henrici Romanorum imperatoris xv.

Actum Leodii feliciter in nomine Domini, pridie kalendas Aprilis.

Ernst, Histoire du Limbourg, vi, Codex  
diplomaticus Limburgensis, n<sup>o</sup>. 37, p. 124,  
naar het oorspronkelijke.

Gerard van Wassenberg komt ook voor in eene andere oorkonde van Hendrik v van denzelfden dag, Ernst, a. w. en p., n<sup>o</sup>. 38, p. 125, met dezelfde getuigen, behalve Godfried, graaf van Namen.

Verschillende spelling heb ik tusschen [ ] aangegeven.

---

N<sup>o</sup>. 246.

Graaf Gerard geeft met zijn zoon Hendrik en met toestemming van zijne vrouw Ermengarde de kapel te Ellekom aan de kerk te Zutfen.

Tusschen de jaren 1127 en 1131.

Scimus, quia temporalis mentio preterit, ideo ratum testimonium indigentia // requirit, quod in hac re notificatur. Principalis comes Gerhardus, coadunato filio // suo Heinrico et consentiente legitima sua Ermengarde, subegit capellam, quę est // in Ellenchem, cum omni decimatione sua Sutfeniensi ecclesię et eandem contradidit in prebendam fratrum ibi degentium, pro redemptione animarum et consolatione tocius sue parentele. Presentia fratrum, quę tunc aderat, pro collato beneficio devocionem orationis memorandam frequentius instituit, quod posteritas non minus adimplebit, ut sic memoratis heredibus salus et honor vivis, et venia possit impetrari defunctis.

Eodem donativo multi interfuerunt, quorum credimus veritati: ingenuorum Adam de Brunchorst, Bernard de Bucharst et eiusdem qualitatis quam plures, preter copiam ministrorum, quorum nomina hec sunt: Udo de Sutfene, Pilegrim, Drohtward, Wenzo de Frollehorst, Wenzo de Lestnon, Wibraht de Bocholte, Reinzo de Angerhen, Rodbraht de Aschethe.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen. Het opgedrukt zegel is niet meer aanwezig. Eenige overgeblevene stukken toonen, dat het bestond uit witte was.

Van Spaen vermeldt, Inleiding, 1, bl. 241, dat hij van deze oorkonde een authentiek afschrift zag, aan het slot waarvan stond: Was bestedigeth mit eyn opgedrukt siegel in wit wasch, daer van dopschrift noch leesbaar † Andreas . . . . Traiectensis eps. Hieruit blijkt, wie haar gegeven heeft. Andreas werd bisschop in 1127, graaf Gerard stierf 24 October 1131. Het stuk is in viere gevouwen, zonder dat de gedeelten, die het bovendeel uitmaken, eenigszins in het oogvallend kleiner dan de andere zijn. Men zoude anders geneigd zijn te veronderstellen, dat het bovenste gedeelte der oorkonde afgesneden was.

---

N<sup>o</sup>. 247.

Gerard van Gelre getuige in de oorkonde, waarbij Frederik, aartsbisschop van Keulen, goederen te Stamheim aan de kerk van s. Marten te Keulen geeft.

In het jaar 1127.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Fride-ricus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, quid spei, quid recompensationis, etc.

Testes Arnoldus prepositus maioris ecclesie, Hugo decanus ecclesie eiusdem, Bruno prepositus sancti Gereonis, Godefridus sancti Severini prepositus, Arnoldus prepositus sancti Andree; nobiles: Gerardus de Gelre, Arnoldus comes de Berge, Waleramus comes de Lemberg, Gerardus comes de Iuliaco, Lodewicus, Gerardus, Theodericus, Christianus; ministeriales: Cunradus advocatus, Reinoldus, Almerus, Warnerus, Hartmannus et alii multi.

Actum est hoc in celebri conventu Colonie anno singularis nativitat-  
is MCXXVII, indictione quinta, agente in sceptris Lothario, piissimo rege, et domno Albano, reverendo abbate, ecclesie curram aurigante, feliciter.

Ennen und Eckertz, Quellen der Geschichte  
der Stadt Köln, 1, n<sup>o</sup>. 46, S. 502.

N<sup>o</sup>. 248.

Koning Lothar III bevestigt het kapittel van s. Servaas te Maastricht in het bezit der kerk te Echt.

13 Juni 1128.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Lotharius tercius, Dei gratia Romanorum rex.

Notum facimus omnibus fidelibus Christi, presentibus et posteris, qualiter ecclesiam de Etha, sitam in pago Maselant, in episcopatu Leodiensi, in comitatu comitis de Los, transtulerimus de manu diripientium et contulerimus fratribus ecclesie beati Servatii, quae est Traiecti, ad cotidiana refectio-  
nis augmentum. Siquidem fratres Traiectenses multis tribulationibus gravati, magnis laboribus fatigati, ut eandem ecclesiam libere possiderent, nullo modo potuerunt educere de manu comitis Gerardi, qui eam longa invasione oppresserat et commodum fratrum rapuerat. Tandem, data et consumpta multa pecunia, prevaluerunt, potestate quidem imperatoris Heinrici adiuti, qui consilio optimatum suorum lege iusticie fecit et abiudicari. Postquam

autem pervenit eadem ecclesia in manus prepositorum, nec sic quidem respectu laboris et dispendii, quod sustinuerant fratres, condignum susceperere commodum. Ventum autem est usque ad nostra tempora, et quia fratres noverunt devotionem nostram, quam habebamus erga beatum Servatium, ceperunt nos sollicitare et pulsare ad aures nostras, ut de eadem ecclesia per manus nostras plenam invenirent misericordiam. Inclina vimus ergo cor nostrum ad faciendas petitiones eorum et prefatam ecclesiam dedimus in manu decani ad opus fratrum in cotidiano usu refectorii, ea libertate, eo iure, ut deinceps prepositus, quicumque fuerit in eadem ecclesia, nullam habeat potestatem, sed solus decanus possideat et fratres et administrent in refectorio ad communem fratrum utilitatem.

Pro testimonio autem rei gestae, testes subscribi fecimus, quorum haec sunt nomina: archiepiscopi: Meinherus Treverensis, Nortbertus Magedeburgensis; episcopi: Alexander Leodiensis, Andreas Traiectensis, Siwardus Mindensis, Thiethardus Osenbruggensis, Burchardus Cameracensis, Stephanus Metensis; de ecclesia beati Servatii: Iohannes decanus, Stephanus magister scholarum, Franko cantor, Heinricus, Winandus, Warinherus, Reinherus, Piligrinus, Volewinus et ceteri; de liberis: dux Paganus, dux Simon, comes Namucensis, comes de Los, Gozwinus de Montefalconis, Gerardus de Honstad, Willelmus de Dolehem; de familia ecclesiae: Godefridus, Lambertus, Folbaldus, Lambertus, Engrammus.

Et ut haec nostrae traditionis carta firma [fidem] firmam faciat semper et inconvulsam, prefatam traditionem nostram super hac eam iussimus conscribi et inpressione sigilli nostri insigniri et roborari et subscriptione propriae manus nostrae firmavimus.

Signum Lotharii tercii, Dei gratia Romanorum regis invictissimi.

Ego Thietmarus regis notarius, [ad] vicem Adelberti archicapellani, recognovi.

Data idus Iunii, anno Dominicæ incarnationis millesimo cxxviii, indictione vi, anno vero regni Lotharii regis gloriosissimi iii.

Actum Aquisgrani in palacio feliciter. Amen.

Naar het oorspronkelijke te Parijs, Staatsbibliotheek, no. 9307 der Latijnsche handschriften.

Aan den heer Westenberg, Raad van legatie te Parijs, ben ik verplicht deze oorkonde naar het oorspronkelijke te kunnen uitgeven.

## No. 249.

Alveradis, eene edele vrouw, sticht, met toestemming en op verzoek van hare zonen Godfried en Herman en van de medeëigenaren en tiendheffers, op aandrang van Walter, abt van het s. Martens klooster te Laon, op de Weerd van Heringer het klooster Mariënweerd en begiftigt het met goederen te Runeresborch, Paveien, Rietveld, Tricht, Spijk, Enspijk en Beest; Andreas, bisschop van Utrecht, bevestigt de stichting en de giften.

In het jaar 1129.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Andreas, gratia Dei sanctae Traiectensis ecclesiae episcopus.

Quia, propiciante Domino, pontificali cathedrae licet indigni praesidemus, et si omnibus in communi nostrae dioecesis fidelibus generalem curam debemus, illis tamen, qui felici naufragio, abiecta saeculari sarcina, de mundi huius fluctuante pelago ad tranquillum et placidum contemplationis portum enataverunt, speciali dilectionis et sollicitudinis necessitudine obligamur, ut et ex nostris eis prodesse et aliorum erga eos liberalitatem approbare et firmare studeamus, quatinus pia vicissitudine de orationibus eorum aliquid imperfectioni nostrae subsidium comparemus. Igitur omnibus, tam praesentibus quam futuris, notum fieri volumus, quod Alveradis, mulier nobilis, annuentibus, immo petentibus filiis suis Godefrido et Herimanno, locum, qui antea Herigeri Insula, nunc autem Insula sanctae Mariae nuncupatur, consensu etiam et petitione Luthardi, sanctae Mariae Traiectensis praepositi, et Rodolphi de Spike, qui tertiam partem decimae praefati loci a praedicto praeposito in feodo tenuit, nec minus consensu Helye de Inspihe, qui dimidiam partem supra dictae insulae et tertiam partem decimae a praefata Alverade possedit, et Hisboldi de Bise, qui reliquam partem saepefatae insulae ab eadem Alverade obtinuit, annuentibus etiam Hermanno Calf et praememorato Hisboldo, qui tertiam partem decimae praescripti loci a Heilewiga, hanc illam laudante elemosinam, possidebant, Domino et beatae Mariae et Waltero Laudunensi abbati, summae religionis viro, ad ecclesiam inibi fabricandam per nostras manus libere contradidit, eo quidem tenore, ut cum nobis et domino Laudunensi abbati opportunum visum fuerit, abbas a fratribus in eodem loco sub regula beati Augustini, secundum tenorem Laudunensis ecclesiae, debite viventibus, praesente Laudunensi abbate, canonice eligatur et a nobis seu successoribus nostris libere consecretur. Abbas vero sancti Martini Ludunensis [sic] cenobii, cuius vigilantibus sollicitudine saepedictae Insulae ecclesiae primo fundata est, consecrato primo abbate, ecclesiam

illam ab omni temporalis commodi exactione et obediencia absolvit, excepto quod, si aliquid minus ordinatum ibi invenerit, cooperante praesentis loci abbate, fraterna admonitione ordinabit. Praeterea vero ecclesiam praedictam ab omni, tam nostra quam ministrorum nostrorum exactione absolvimus. Iuges autem nobis seu successoribus nostris orationes et filialem obedienciam retinemus. Sepeliri quoque in cimiterio praememoratae Insulae defunctos suae congregationis licebit, alium vero nullum, nisi conductu vel licentia suorum parochialium sacerdotum. Oleum etiam infirmorum ab ecclesia nostrae sedis ipsis donabitur.

Ad praedicta quoque beneficia praememorata Alveradis cum filiis suis duos mansos terrae in Runeresbusch, et decimam xx mansorum in Paveia et in Rietvelt, et quatuor pasturas: unam Triiecti, aliam Spihe, tertiam Inspihe, quartam Bise, addidit.

Quaecunque igitur quorumlibet fidelium collatione praefatae ecclesiae congesta sunt vel ulterius conferentur, huius nostri decreti munimento confirmamus et sigilli nostri impressione, adhibita testium fidelium subscriptione, corroboramus. Collata vero conservatoribus pace, in pervasores, quoad resipuerint, anathematis exterminium promulgamus.

Actum Traiecti in generali synodo, anno incarnationis verbi MCXXVIII, regni domini Lotharii, Romanorum regis gloriosissimi, IIII, presulatus domini Andreae primo, indictione VII.

Signum Meingoti praepositi ecclesiae sancti Martini. Signum Herimanni praepositi de sancto Bonifacio. Signum Gerardi de sancto Petro praepositi. Signum Luthardi praepositi de sancta Maria. Signum Philippi Daventriensis praepositi. Signum Alelmi praepositi de Tiela. Signum Alwini archidiaconi. Signum Lutberti decani. Canonorum Luzonis, Hertberti, Ottonis. Signum Florentii comitis Hollandiae. Signum Gozwini de Falkenberg, Tiederici Traiectensis comitis, Tiederici, Winegeri, Rutcheri de Merehem, Godefridi de Riene, Richwini de Maltberga.

Cartularium van Mariënweerd.

Dat ik deze en vele andere belangrijke onuitgegevene oorkonden kan mededeelen, ben ik verplicht aan de hulpvaardigheid van den weleerwaarden heer A. Van Lommel, S. I., te Rotterdam, die eerlang eene nieuwe monographie der abdi van Mariënweerd zal leveren.

De laatste oorkonde van het fraaie op perkament geschreven Cartularium is van het jaar 1361, Exaltatio crucis, waarop de namen der abten enz. volgen.

De Beka, Chronica, p. 47, zegt: Defuncto Godelboldo pontifice, dominus Andraeas, natus de Kuyck, xxv electus est episcopus, vir discretus, honestus, pius et pacificus. His diebus Theodoricus comes, proavum suum in Hamerte occisum ulcisci desiderans, Herimanno de Kuyck ubique terrarum hostiles tetendit insidias, ita quod, nullo



pacificatore mediante, treugarum obtinere posset inducias. Andraeas autem episcopus per continuam interpellationem demum interceptit antiquam altercationis invidiam, et per hunc modum in utramque partem firmissimam elohoravit amicitiam, ut Heremannus pro anima Florentii comitis monasterium construeret et etiam per competentes praediorum possessiones promitteret. Igitur eodem anno fundatum est monasterium in insula beatae Mariae virginis.

Dit heeft men steeds als waarheid aangenomen. Zie Römer, *De abdij Mariënweerd*, in *Archief voor kerkelijke geschiedenis*, xvi, bl. 147, en de schrijvers door hem aangehaald.

Het onjuiste daarvan blijkt uit de bovenstaande oorkonde.

De abdij is gesticht door Alveradis, die, blijkens de oorkonde van 13 Augustus 1108, hiervoor n<sup>o</sup>. 218, — in haar geheel uitgegeven door Van den Bergh, *Oorkondenboek van Holland en Zeeland*, I, n<sup>o</sup>. 101, bl. 65, — weduwe was van Hendrik van Kuik.

Hare zonen Godfried en Herman geven hunne toestemming tot de stichting en verzoeken dat zij geschiede.

Zij komen in dezelfde volgorde, behalve in deze, in vele andere oorkonden voor. Hoezeer nu wel in enkele Herman staat vóór Godfried, moet deze toch als de oudste aangemerkt worden. Mocht dus de stichting van het klooster een zoenoffer van het geslacht van Kuik zijn, dan zou hij daarvoor in de eerste plaats zijn opgetreden en niet zijn jongere broeder Herman, in het minste niet hunne moeder.

---

N<sup>o</sup>. 250.

Godfried, proost van Xanten, geeft aan de kerk aldaar drie talenten uit de kerken te Wamel, Renen en Appeltern.

Tusschen de jaren 1129 en 1134.

Aprilis xvi k. Gertrudis v.

O. Godefrid, presbiter, primo praepositus et frater noster, postea canonicus s. Marie in Steinvelde, a quo habemus tria talenta, unum de ecclesia in Wamele et unum de ecclesia in Renen, unum de ecclesia in Apeldrem.

Kalendarium neccrologium Xantense saeculi XIII,  
bij Binterim und Mooren, *Die Erzdiözese  
Köln*, I, S. 382.

Blijkens oorkonden bij Lacomblet, *Urkundenbuch*, I, n<sup>os</sup> 307, 308, 314 en 319, S. 203, 204, 207 en 211, was Godfried in de opgegeven jaren proost van Xanten.

---

N<sup>o</sup>. 251.

Gerard, graaf van Gelre, bij koning Lothar III beschuldigd van kwade voornemens, verkrijgt vrijgeleide, geeft zich aan hem over, terwijl de zijnen 1000 mark als losprijs beloven.

2 Februari 1129.

Rex Liuderus natale Domini Wormatie celebravit, ubi Gerhardus de Gelre, absens accusatus ab Herimanno de Calvelage male in parte

regis sensisse, inducias se expurgandi accepit. Rex festum purificationis sancte Marie Colonie celebrat, absente episcopo, qui tunc, sicut et duobus superioribus annis, inimicicias contra regem exercebat. Ibi predictus Gerardus, absque ulla condicione, se in potestatem regis tradit; mille marcas pro eius liberatione et gratia regis inpetranda sui spondent.

Annalista Saxo, bij Pertz, Monum., Script.,  
VI, p. 766.

Annales Palidenses, bij Pertz, a. w., XVI, p. 78, vermelden hetzelfde.

Graaf Gerard werd waarschijnlijk beschuldigd, evenals de aartsbisschop van Keulen deed, de partij te kiezen van den tegen-koning Konrad III, den 18<sup>en</sup> December 1127 gekozen.

Blijkens de volgende oorkonde, van 10 Februari 1129, was de graaf getuige van den koning, en dus in genade aangenomen.

#### N<sup>o</sup>. 252.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Lothar III een wijnberg aan de abdij Pantaleon teruggeeft.

10 Februari 1129.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Lotharius, divina favente clementia tertius Romanorum rex.

Quia ad hoc Dei gratia in regnum sublimati sumus, etc.

Huius traditionis testes sunt: Comes presbiter cardinalis, Otto Halverstadensis episcopus, Sigiwardus Mindensis episcopus, Thithardus Osnabrugensis episcopus, Gerhardus abbas s. Maximini, Lenfridus abbas Prūmiensis, Bernhardus abbas Wiridensis; de clero Coloniensi: Hugo decanus s. Petri et prepositus Aquisgrani, Bruno prepositus s. Gereonis, Cristianus prepositus s. Cuniberti, Arnoldus prepositus s. Andreę, Heinricus prepositus ss. Apostolorum; de optimatibus regni: duces Walramus qui et Paganus et Heinricus filius eius; comites palatini Willehelmus Franconum et Fridericus Saxonum; comites: Gerhardus de Gellere, Arnoldus de Thonoburg, Gerhardus de Iulicho, Herimannus de Calvala, Heinricus de Kessile, Adolphus de Berge, Adolphus de Saphinberg; liberi: Gerhardus de Hostadin, Gerhardus de Heimesberg, Lūdowicus de Quinheim, Gerhardus de Mulinarco, Gerhardus de Randirode, Bernhardus vicedomnus de Hildinisheim; ministeriales de Bobart: Arnoldus, Cunradus, Hekkehardus, Helce villicus, Marewardus, Berwaldus.

Actum Colonie III idus Februarii, anno Domineę incarnationis millesimo cxxviii, indictione vii, anno III regni Lotharii tertii,

gloriosissimi regis Romanorum, anno pontificatus Friderici Coloniensis archiepiscopi xxx.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n°. 304, S. 200,  
naar het oorspronkelijke, te Berlijn.

Er wordt geene melding gemaakt van het Signum regis, noch van het Recognovit, wat vergeten schijnt, doch wel van de regeeringsjaren van den aartsbisschop van Keulen, wat in eene koninklijke oorkonde opmerkelijk is.

---

N°. 253.

Gerard, graaf van Gelre, genaamd de Lange, getuige in de oorkonde, waarbij koning Lothar III de burgers van Duisburg bevestigt in het recht van vrije steengroeve in het bosch aldaar.

8 Maart 1129.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Lotharius tertius, Dei gratia Romanorum rex.

Notum esse volumus, tam futuris quam presentibus, quod cives regie ville nostre, Duisbuch vocate, etc.

Huic vero rei interfuerunt subscripti fideles nostri: episcopi: Siwardus Mindensis, Thiedhardus Osenbruggensis, Ecbertus Monasteriensis, Andreas Traiectensis, Otto Halverstadensis; dux prefatus [Walramus]; comites: Gerhardus Longus de Gelere, Arnoldus de Clive, Hermannus de Caverlage, Hermannus de Salmene, Otto de Rinecke, Florentius de Hollande, Gerhardus de Hostad, Bernhardus de Hildenesheim, Godefridus et Hermannus de Cuch, Adolfus de Berge; de ministerialibus regni: Rokerus et Theodericus de Aquis, Engelbertus de Hamerstein, Gunzelinus et Meinhardus de Noviomago; de ipsa villa: Ellenhardus scultetus, Engezo, Wolbero, Liupoldus, Reginzo et ceteri plures.

Signum domni Lotarii tercii, Romanorum Dei gratia regis invictissimi.

Ego Thiethmarus regis notarius [ad] vicem Adelberti archicapellani recognovi.

Dei et omnium sanctorum eius odium incurrat, si quis hoc infringat.

Data VIII idus Martii, anno Dominicę incarnationis millesimo cxxviii, indictione VII, anno vero domni [Lotarii, quo] in regem electus et unctus est quarto.

Actum Duisburch feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n°. 305, S. 200,  
naar het oorspronkelijke te Duisburg.

---

Koning Lothar III bevestigt de oorkonde van keizer Otto III van 18 December 996, betreffende den twist over de goederen van het klooster te Elten, en geeft aan de ingewijde kerk aldaar jaarlijks twee talenten uit zijne inkomsten te Duisburg.

10 April 1129.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Lotharius, divina favente clementia rex.

Si loca vel monasteria a religiosis personis, etc.

Quoniam etiam iam dictam beati Viti ecclesiam in b. Blasii natale a Senmardo [Siwardo] Mildenensi [Mindensi] episcopo, praesente et favente Traiectensi episcopo, una cum clero suo aliisque quampluribus s. ecclesiae fidelibus, consecrari mandavimus ibique in proprios ecclesiae usus de censu nostro, quem Duisborch habemus, unoquoque anno duo talenta probatae monetae donavimus, iuvante et precante pia regina et coniuge nostra Rebecca [Richenza].

Datum quarto idus Aprilis anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo trigesimo quarto, anno quinto Lotharii regis secundi.

Actum Gosselarie.

Huius rei testes sunt Adelbertus Maguntinensis archiepiscopus, Norbertus Magdeburgensis archiepiscopus cum aliis decem episcopis, tres marchiones et alii plerique terrae nobiles.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 306, S. 201.

Wat niet gedrukt is, komt overeen met de oorkonde van 18 December 996. In de namen der plaatsen is eenig verschil. Ik laat ze volgens de bovenstaande oorkonde hier volgen: Eltena, Furnon, Voerthusen, Embrica, Felvida, Appelentherna, Hervelt, Linden, Thule, Arnle, Malsum, Brummen, Olborch, Rode, Hannipe, Thelden, Triendum, Putte, Steenrewald, Muffet, Wechamerlohon, Fledeglo, Rynhare, Helibanbecke, Lynchusen, Freckloo.

Bondam, Charterboek, bl. 184, noot 99, heeft aangetoond, dat het jaar der oorkonde 1029 in plaats van 1034 moet zijn. Dit wordt bevestigd door de volgende aantekening, medegeedeeld door Lacomblet, a. p.: Dyt naebeschreven is die schrieft, die gehouwen is in den vyrkantigen steen, stainde beneden in der gevelen der hallen:

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod Wichmannus comes ecclesiam hanc in honore beati Viti martiris edificavit, dilapsam Irmgardis abbatissa, felicitis memorie, reedificavit et novissime diebus istis Lotharius rex, [ad] memoriam sui et contectalis sue Richize, donans ei singulis annis duo talenta gravis monete de Tousburch, eam dotavit. Et ut hec traditio stabilis esset litterarum traditione et sigilli impressione confirmavit. Anno MC vicesimo nono. Dedicata est hec ecclesia a Lymaro Mindensi episcopo.

Clementia, gravin van Glisberg, vrouw van Gerard, graaf van Gelre, geeft, met toestemming van haren zoon graaf Willem en hare dochter Irmesindis, Schiffenburg bij Marburg, om er een klooster te stichten.

17 Juni 1129.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Meigenerus, Trevirorum Dei gratia archiepiscopus, notum esse volo Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod donna Clementia, venerabilis comitissa, consensu filii sui comitis Willehelmi et filię Irmesindis, locum Schiffenburg cum XVII nominatis mansis in decimatione et omni integritate, quorum duo siti sunt in Cuonradesrod, s. Petro legali traditione dedit, hac ratione et iure, ut nec ipsa nec sui heredes deinceps aliquam potestatem in eo habeant, preter solam advocatiam, in qua tamen, advocativo respectu, nullus debet venire nisi vocatus. Prepositura etiam electione fratrum erit, nisi, quod Deus avertat, inter eos super ea dissentio fuerit, tunc dominus, archiepiscopali parti fautorus, electioni providebit.

Et ut hoc inviolatum et ratum permaneat, hanc confirmationis cartam sigillo meo insigniri et banno corroborari placuit.

Acta sunt hec Treveris xv kalend. Iulii, anno Dominicę incarnationis MCXXVIII, ordinationis autem meę II, testibus subtitulatis . . .

Dezelfde oorkonde uitgebreid.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Megenerus, Treverorum archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum.

Noverit universitas fidelium, tam presentium quam futurorum, qualiter Clementia, comitissa de Glizberc, montem in silva, quę dicitur Wischerewalt, Schiffenburg vocatum, et terram novalium circumiacentium ad XX mansos vel amplius, cum fontibus inde manantibus et cum usu omnium lignorum excidendorum ad edificandum vel comburendum, cum pascuis animalium vel quibusdam pratis, per manum Gerhardi mariti sui, comitis de Gelre, summo Deo creatori et gubernatori omnium beatissimeque Dei genitrici Marię libere contradidit, cirotheca in altum quasi ad Deum proiecta. Addidit quoque duos mansos arabilis terre in villa, quę dicitur Conradsrath. Michi autem, omni iure divino et humano conveniente, quum decime sacerdotum Domini debent esse, decimas de omnibus novalibus quecunque in

eadem silva Wischerewald a quocunque tunc novata fuerunt vel postmodum novabuntur, in manum donavit, hac ratione, quatenus ecclesiam, in ipso monte a nobis Deo et s. Marię dedicatam, ipsis decimis dotaremus, quod et libentissimo animo fecimus. Fecit autem hanc pię devotionis traditionem assensu palatine comitisse Gertrudis, ad quam pertinet quarta pars prenominate silve; eo videlicet rationis tenore, ut ibidem canonici sub regula b. Augustini Deo eiusque genitrici deservirent. Preterea constituit prefata comitissa Clementia, ut quicumque heredum suorum maior natu esset super bona predieti loci advocatiam haberet, hac lege, ut fratres eosdem cum suis redditibus et familia ab omni iniuria tueatur, nec aliquam inde utilitatem vel servitium exigat vel expectet, nisi ut per orationes eorum eterne remunerationis premium consequatur. Hanc vero traditionem domine Clementię et nostram, banno bb. apostolorum Petri et Pauli et domini pape et nostro confirmatam, quecunque secularis vel ecclesiastica persona temerare vel ab ecclesia predicta alienare temptaverit, nisi cito resipiscat, perpetuo anathemate dampnata, cum Dathan et Abiron in morte secunda ęternis ignibus comburatur et non consumatur.

Huius rei testes sunt: Godefridus maioris domus prepositus, Arnoldus archidiaconus, Eberhardus cantor, Richardus abbas Sprenkirbacensis, Widegowe, Lenzechinus sacerdos; de laicis: comes Gerardus de Clerivas, Fridericus comes de Vianna, Meinardus comes de Spanheim, Hartradus de Merenberg, Ekehardus de Holefe, Marquardus de Solmese, Wezelo Wolff, Crafft de Bilstein; ministeriales: Ludevicus Treverensis, Hinricus dapifer, Hermannus camerarius de Urley, Ortwinus camerarius, Heremannus de Palatio, Conradus de Hagene, Sigefridus de Hahe cum filiis suis, Baldewinus de Cleu et frater eius Guntramus, Gerhardus dapifer comitisse, item Gerardus, Ernest et frater eius . . . . Reimar et frater eorum de Linden, Bernhardus de Gunese, Hezechinus de Garvenheim, Gerhardus de Selterse, Lupoldus de eadem villa. Buchardus et Gebehardus de Wesenare.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis MCXXIX, indictione VII, epacta XXVIII, concurrente I.

Beyer, Urkundenbuch, I, nos. 465 a en 465 b, S. 524.

Albero, aartsbisschop van Trier, bevestigde de stichting den 29<sup>en</sup> Juni 1139.

Clementia zelve, cum nepotibus Ottone et Wilhelmo, die haar noemen consanguinea nostra, geven in het jaar 1141 over de stichting eene verklaring, wat de laatsten in het jaar 1162 herhalen. Beyer, a. w. I, nos. 512, 523 en 631, S. 568, 578 en 691.

Noch in deze stukken, noch in het eerste, dat ik hierboven mededeel, wordt gewag gemaakt van een man van Clementia, die Gerard, graaf van Gelre, geweest zou zijn. Deze is, volgens de oorkonde n<sup>o</sup>. 245 hiervóór, tusschen de jaren 1127 en 1131 ge-

trouwd geweest met Irmgarde van Zutfen, die, na zijn overlijden in het jaar 1131, blijkens eene oorkonde van het jaar 1134, toen hertrouwd was met Konrad, graaf van Luxemburg. Voor Clementia is als vrouw van Gerard geene plaats, en er moet stellig geloofd worden aan eene vergissing bij het afschrijven der oorkonde in het Nene Urkundenbuch über Gleiberg und Hüttenberg, waaruit Beyer putte.

---

No. 256.

Reinwidis, eene edele vrouw uit Roermond, geeft aan de kerk te Kloosterraad of Rolduc  $1\frac{1}{2}$  mansum te Holtzheim bij Meersen.

In het jaar 1130.

Anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo xxx - - -

His diebus dedit ecclesiae mansum terrae et dimidium Reinwidis, matrona nobilis de Ruregemunde, facta altari, ut mos est, traditione et ingressa locum suscipiens habitum, inclusa est iuxta sanctuarium in dextro sanctuarii latere, versus meridianum.

Sed quia femina non potest sola sine feminis habitare, necesse duxit sibi feminas ministrare, unde sunt exortae fratribus creberrime conturbationes et molestiae, qua ex re defuncta Reinwide non permissa est ibi amplius includi aliqua vel habitare.

Terra haec sita est apud Holtzheim iuxta Mérsenē et solvit xi solidos publicae istius monetae.

Obiit soror Reinwidis III idus Martii mensis.

Annales Rodenses, bij Pertz, Mon., Script., xvi, p. 709.

---

No. 257.

Andreas, bisschop van Utrecht, scheidt de parochianen van Duiven van de kerk te Groesen, mits zij voor de dienst van den bisschop en den aartsdiaken betalen 21 denarios oblationis, waartegen zij aan hunne kerk geven een halve mansus en de tiende van drie mansi.

In het jaar 1131.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Amen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam et presentibus, quod ego Andreas, Dei gratia Traiectensium episcopus, audita et cognita eorum necessitate, tum pro longa et intolerabili itineris difficultate, tum etiam pro negligentis et contentionibus multis, que inde sepius proveniebant, sed et pro timore Dei et anime meę salute, consilio et interventu sapientium fidelium meorum, clericorum videlicet et laicorum, cum in manibus meis prepositura Embricensis iudicata

fuisset, parochianis de Thufen concesserim, ut per omnia infra ambitum termini sui et parrochię suę omnimodas Christianitatis procuraciones in baptismo, synodo et sepultura ꝥclesię et atrii constructione et aliis quibuscumque iusticiis libere et absolute habeant, et ab ecclesia de Grosnen ab omnibus ꝑenitus exactione soluti et liberi in posterum permaneant, ea lege eoque tenore, ut, sicut de huiusmodi ꝥclesiis circumquaque constitutum est, ad servicium episcopi et sui archidiaconi XXI denarios, qui denarii oblationis appellantur, singulis annis persolvant. Ipsi autem eandem ecclesiam suam dimidio manso terre et decima trium mansorum dotaverunt.

Quod ut ratum et inconvulsum in futuris generationibus et ꝑvis permaneat, paginam hanc eis in munimentum inde conscribi et sigilli nostri impressione corroborari et insigniri iussimus.

Actum est autem anno Dominicę incarnationis MCCCXI, indictione VIII, regnante domno Lothario II, anno regni eius V, anno vero episcopatus domni Andreę III.

Huius rei testimonio testes idonei interfuerunt, clerici et laici liberi et ministeriales: Meingotus maioris ꝥclesię prepositus, Herimannus prepositus, Luizo prepositus, Liuthardus prepositus, Liutbertus decanus, Wichardus decanus, Gerhardus decanus, Wazzo decanus, Arnoldus decanus, Hartbertus canonicus, comes Arnoldus de Cleve, comes Theodericus de Upgoie, Giselbertus Odiosum caput, Arnoldus castellanus, Alferus scultetus, Gerhardus telonearius, Egbertus de Amstelle, Ruthulfus Knif, Isbrandus, Wicherus dapifer, Suetgerus camerarius, Gevehardus et alii quamplures.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 311, S. 205,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 258.

Andreas, bisschop van Utrecht, beschikt over zijn aandeel in de oblationes te Putten en Ermelo.

In het jaar 1131.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Andreas, Dei gratia Traiectensis episcopus, notum facio presenti scripto presentibus et futuris, qualiter unionem pacis, etc.

Et, ne contrarius legis infrenarem os bovi trituranti, debet enim qui arat in spe arare, statui ut VI solidi, qui dantur in rationem meam pro oblationibus de Putta et Ermello, in tres congregationes predictas deinceps et in omne tempus dividantur hoc modo, etc.



Gesta sunt hec anno Dominice incarnationis MCXXXI, indictione VIII, episcopatus mei III, presentibus his: preposito Meingodo, Heremanno, Luzone, Liuthardo; decanis Siudberto, Wichardo, Wazone, Arnoldo, Gerardo.

Bondam, Charterboek, no. 26, bl. 177.

---

N<sup>o</sup>. 259.

Andreas, bisschop van Utrecht, geeft de kerk en de curtis Beusichem aan de kanunniken van s. Jan te Utrecht.

In het jaar 1131.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Sciant fideles, quam presentes tam posteri, quoniam ego // Andreas, Traiectensis ecclesie pontifex humillimus, inter prepositum Herimannum et canonicos ecclesie beati Baptiste // Domini medius, caritate mecum media, ecclesiam et curtim in Bosenchem a manu prepositi suscepi et utrumque, ipso petente et concedente, // cum omni allodio, quocumque situm est locorum, appendente, exceptis feodis duorum liberorum: Amelrici, Giselberti et quatuor ministrorum: Suethgeri, Alberti, Harnodi, Gozwini, et cum omni ea libertate iustitie, qua ipse et omnes antecessores sui ante ipsum usque in presentem diem sunt usi, in augmentum prebendarum canonicis supramemorate ecclesie, pro salute mea, pie in Christo donavi. Decimas vero duorum altarium in Hoge et in Geshoron ab eisdem canonicis suscepi et eas in usum suum preposito commisi ita, ne quoquam ab ecclesia predicta elonget, nec per aliquem inpediat, sed ut prudens dispensator, et in his et in ceteris ecclesie bonis, curam diligentissime fratrum agat.

Ad huius rei sanctionem kartam quoque iussi fieri et nota sigilli mei signavi. Si quis autem quicquam impie contra hoc molitus fuerit, gladio anathematis intereat.

Hoc autem factum est anno Dominice incarnationis millesimo cxxxi, indictione viii, regnante rege Lothario, anno vii regni eius, anno iii episcopatus domni Andree, pontificis humillimi Traiectensis ecclesie.

Testes de sancto Martino: Hardbertus prepositus, Lutbertus decanus, Simon filius comitis Hollandie, Wernerus prepositus de Berche, Conradus, Heinricus, Adelardus; de sancto Petro: Lutbertus decanus, Thiedricus Freso, Rodolfus, Albero, Altetus, Everhardus, Odoldus; de sancta Maria: Arnoldus decanus, Radolfus, Alwinus.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het kapittel van s. Jan, te Utrecht, met opgedrukt, ongeschonden zegel in witte was.

---

## No. 260.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Lothar III het klooster Beuron, in Wurtemberg aan den Donau, in zijne bescherming neemt.

29 Maart 1131.

Et ut haec nostrae tuitionis auctoritas firma in perpetuum permaneat et inconvulsa, manuscriptum hoc inde fieri et sigilli nostri impressione iussimus insignari. Amen.

Innocentius papa, servus servorum Dei, omnibus in Christo salutem et apostolicam benedictionem.

Manuscriptum hoc, datum a charissimo in Christo filio Lothario, illustri et glorioso, Dei gratia Romanorum rege, in nostra et quam plurimorum fidelium presentia, auctoritate Domini nostri Iesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra confirmamus, et ne aliquis contra huius chartae edictum presumat quicquid facere interdiciamus sub anathemate. Amen.

Et ut huius manuscripti memoria firmiter teneatur, placuit etiam quorundam nomina principum scribendo nequaquam oblivione tradere, quos curiae Leodiensi cognovimus adfuisse.

Signum domini Lotharii tertii Romanorum invictissimi.

Tietmarus, ad vicem Adalberti archicancellarii, recognovi.

Data quarto kal. Aprilis, anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo tricesimo primo, indictione nona, anno vero regni Lotharii, Romanorum regis serenissimi, sexto.

Actum Leodii feliciter in nomine Domini. Amen.

Huius chartae nuntius et exactor fuit frater Henricus de Sucindorphe.

Sequuntur nomina testium prescriptorum Lothari regis Romanorum.

Moguntinus archiepiscopus. Coloniensis archiepiscopus. Salzburgensis archiepiscopus. Magdeburgensis archiepiscopus. Bremensis archiepiscopus. Babenbergensis episcopus. Ratisponensis episcopus. Wirzburgensis episcopus. Eystetensis episcopus. Halberstatensis, Hildenesheimensis, Cicensis, Merseburgensis, Havelburgensis, Patherbrunnensis, Monasteriensis, Osenbrugensis, Constantiensis, Argentinensis, Wormatiensis, Traiectensis, Metensis, Tullensis, Verdunensis et Tiburtinus episcopi et XII cardinales et preterea plures episcopi, quorum nomina et civitates ignoramus.

Principes quoque uti laici ibi erant. Simon dux Paganus. Dux Wilhelmus. Palatinus de Rheno. Otto de Bavaria. Palatinus Fridericus de Saxonia. Marchio Tietbaldus. Marchio Henricus. Ludovicus lant-

gravius de Thuringia. Comes Otto de Rynege. Comes Adalbertus de Saxonia. Comes Sigifridus. Comes de Hollant et frater eius. Comes Namurcensis. Comes Gerhardus Gelre. Comes de Montenon et frater eius. Comes Conradus de Lutzelenburg. Comes Reinoldus de Mūnczen et frater eius Fridericus. Comes Arnoldus de Luon. Comes Arnoldus de Cleve. Comes Hugo. Comes Hermannus de Salme et filius eius, et filius ducis Simonis, filius ducis Pagani. Wilhelmus comes de Gliczberg. Preterea multi nobiles, quos longum est enumerare.

Notizenblatt. Beilage zum Archiv für Kunde österreicherischer Geschichtsquellen. Erster Jahrgang, 1851, S. 98, naar een vidimus van het jaar 1500.

Deze oorkonde is, wat haar vorm althans aangaat, zeer verdacht. Vgl. Jaffé, Regesta pontificum, n<sup>o</sup>. 5352, en Stumpf, Die Reichskanzler, II, S. 278, n<sup>o</sup>. 3258, die de oorkonde zal uitgeven onder no. 96 der Acta imperii adhuc inedita

#### N<sup>o</sup>. 261.

Gerard, graaf van Gelre, bijgenaamd de Lange, sterft.

24 October 1131.

XXIV Octobris obiit dominus Gerardus Longus comes Gelrie, qui fuit fundator et dotator huius ecclesie in Wassenberg.

Necrologium van Wassenberg, bij Binterim und Mooren, Die Erzdiöcese Köln, III, S. 79, noot 3.

In het koor der kerk van Wassenberg is op een steen uitgehouwen een klein afbeeldsel van een gewapenden ridder te paard, dat voor dat van graaf Gerard gehouden wordt.

Uit het bovenstaande blijkt, dat Gerard van Wassenberg, die voorkomt in n<sup>o</sup>. 232 en op verscheidene andere plaatsen, dezelfde is als Gerard van Gelre.

Volgens de oorkonde van 2 Februari 1134, was Gerard getrouwd met Ermengarde, heres legitima oppidi Suthaniensis, en had hij bij haar een zoon Hendrik, die, na haar overlijden, Gelre en Zutfen vereenigde.

Eene dochter was de vrouw van Hendrik, broeder van Christiaan, hertog van Oldenburg. De Annales Stadenses hebben op het jaar 1167, bij het verhaal van het verzet van vorsten en geestelijken tegen Hendrik den Leeuw. In eodem turbine [het beleg van Oldenburg] obiit Christianus comes [de Aldenburg] --- Moritur etiam Heinricus, frater Christiani. Hic duxerat sororem Heinrici, comitis de Gelre, de qua genuit Heinricum et Gerardum, postea clericum, et filiam, quam duxit Wedekindus de Stumpfenhusen, filius Geronis. Pertz, Monum., Script., xvi, p. 346.

Volgens Von Hodenberg, Höyr Urkundenbuch, 2<sup>e</sup> Abth., S. 5, noot 1, was Gerard in de jaren 1193—1116 bisschop van Osnabrück en aartsbisschop van Bremen.

Möser, Osnabrückische Geschichte, III, S. 1, zegt dat de ouders van dien bisschop waarschijnlijk waren Elimar II, graaf van Oldenburg, en Eilica, gravin van Cappenberg. Deze waren de ouders van genoemde Christiaan en Hendrik van Oldenburg. Von Raumer, Historische Charten und Stammtafeln zu den Regesta historiae Brandenburgensis, no. 14.

Sommigen heeten de vrouw van Hendrik Salome. Van Spaen, Inleiding, II, bl. 140. Dien naam heeft de vrouw van Mauritz, den oudsten zoon van graaf Christiaan van Oldenburg, in eene oorkonde van het jaar 1211, bij Möser, a. w., S. 234.

---

N<sup>o</sup>. 262.

Andreas, bisschop van Utrecht, geeft aan Remvard, Otwerd, Hemelrik en Heribert op tins- en tiendrecht uit het onbebouwde land Hoevelaken, bij het Grauwe veen, behoorende tot het beneficium van Hendrik, zoon van Emo.

In het jaar 1132.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Sciant fideles, tam futuri quam praesentes, quod ego, Dei gratia, Andreas Traiectensis episcopus, terram quandam, quae vocatur Hove-laken, iacentem iuxta Grawenvene, quae usque ad nostrum tempus inculta et penitus inutilis fuit, consensu et petitione Henrici, filii Emonis, ad cuius beneficium praedicta terra cum censu et iustitia et decima pertinuit, Remvarde et Otwerdo, Hemerrico et Heriberto terram praefatam Hoflake in hereditariam proprietatem contradidi, ita ut ipsi et filii, et omnis successor eorum, sed et omnes, qui ab ipsis praedictam terram emerint, hereditarie terram illam habeant et possideant. Et est terminus illius terrae inter Grawenvene et inter rivum, qui confinis est praedictae terrae et protenditur in longitudine usque ad medietatem in vene. Habentibus vero et possidentibus terram illam statuimus, singulis annis de singulis mansis, praedicto Henrico et post eum heredi ipsius, qui beneficium eius habiturus est, quatuor nummos censuales in die sancti Martini persolvere, eosque sub eodem Henrico et post eum sub herede ipsius, semel in anno in praedicta terra unum placitum observare omnemque decimam maiorem et minorem eidem Henrico et heredi ipsius de terra illa daris statuimus, sed pro minori decima duos nummos, pro pullo equae et pro vitulo unum nummum statuimus persolvendum. Statuimus praeterea hominibus, praedictam terram inhabitantibus, ut ad tempus apud Loesden baptismum et synodum habeant et sepulturam, donec per se poterunt habere ecclesiam; seorsum autem pro remedio animae nostrae statuimus eos liberos permanere ab expeditionis servitio et a qualibet exactione.

Et ut haec illis rata permaneant, hanc cartam, sigillo nostro insignitam, eis tradidi, anno Domini millesimo centesimo tricesimo secundo, indictione decima, praesentibus testibus subscriptis. Interfuerint huic nostrae traditioni Lubbertus praepositus maioris ecclesiae, Luso praepositus sancti Petri, Hugo praepositus s. Mariae, ac alii quam plures praelati et canonici.

Bruno II, aartsbisschop van Keulen, verklaart dat er eene overeenkomst gesloten is tusschen het kapittel te Xanten en Theoderich van Ulft over een allodium in Ulft, dat hij zich als leen had toegeëigend.

In het jaar 1132.

De allodio in Ulvete, de quo datur wara in die beati Briccii.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Bruno II, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Notum volumus esse ecclesie filiis, tam praesentibus quam futuris, querimoniam fratrum Xantensis ecclesie de allodio, quod Theodericus de Ulvete sub nomine pheodi sibi addixit, apud antecessores nostros sepe tractatam sed non diffinitam, tandem ad nos pervenisse, quam, pace reconciliacionis facta, ut in omnibus honorificetur Deus, tali moderacionis tenore composuimus, ut, que Dei sunt Deo et ecclesie redditis et que hominum hominibus, inde amplior nulla oriatur querimonie offensa. Constituimus enim, utriusque partis assensu et discretarum personarum iudicio, ut Theodericus ex predicto allodio fratribus singulis annis duas libras Daventrensium monete persolvat; de superhabundanti vero usu eiusdem allodii preposito, per cuius manum ecclesiastica beneficia disponuntur, serviat, prepositus quoque in recompensacionem sui servicii fratribus pro eo vinum et cerevisiam et frumentum suppleat. Hoc autem ita ratum et immobile decrevimus, ut Theodericus, si istius pacti munus exequendo quicquam pregressus fuerit et tempore determinato, scilicet proxima die post festum beati Martini, censum predictum non persolverit, eum amplius nichil iuris nichilque querimonie super hoc habere, sed potius fratres libera possessione illud optinere.

Ut autem huius composicionis subscriptio amplius rata maneat et inconvulsa, impressione nostri sigilli eam signatam roboramus, ut quicumque inimicus concordie et pacis eam cassare nitatur, anathematis gladio feriatur.

Habita est autem haec subscriptio anno Dominice incarnationis MCXXXII, indictione X.

Huius rei testes sunt Andreas episcopus Traiectensis, Arnoldus ecclesie s. Petri prepositus et cetera.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese

Köln, III, n<sup>o</sup>. 33, S. 104.

Daar in deze oorkonde Deventersche munt voorkomt, meen ik haar op het Zutfensche Ulft bij Gendingen te mogen toepassen, gelijk de uitgevers ook doen.

## No. 264.

Andreas, bisschop van Utrecht, vergunt aan Pelegrim de dooden van zijn huis Hanhorst te Zutfen te begraven.

In het jaar 1133.

De Horst, quod pertineat parrochie Sutphaniensi.

Noverint omnes Christi fideles, tam futuri quam presentes, qualiter ego Andreas, Dei gratia Traiectensis episcopus, concesserimus Pelegrimo, ut omnes suos mortuos de domo sua in Hanhorst licenter sepeliat in Sutphenne, et hoc feci consensu et voluntate Philippi, Daventriensis prepositi.

Et ut hoc stabile permaneat, has litteras fieri et sigilli mei impressione roborari feci.

Et hii sunt testes, qui affuerunt et hoc viderunt: Godescalcus prebiter, Hermannus de Kuc, Erenboldus villicus, Udo, Rothericus, Wilhelmus, Wichero.

Actum publice Daventre, anno Dominice incarnationis millesimo cxxxiii, indictione viii, anno Andree episcopatus v.

Uit eene oude perkamenten rol, met het opschrift: Privilegia eccl. Zutphaniensis, in het archief der stad Zutfen.

Hanhorst, Horst, zal wel de plaats zijn aan de Schipbeek, op omtrent een half uur afstands van Deventer, waar in het jaar 1223 het klooster van Benedictijner nonnen van O. L. V. ter Horst op de Hoepene, bij verkorting Mariën-Horst, later Ter Hunnepe, werd gesticht.

## No. 265.

Andreas, bisschop van Utrecht, scheidt de ingezetenen van de villa Aalst van hunne moederkerk te Wijk en geeft hun het recht daar eene kapel met een eigen priester te hebben.

In het jaar 1133.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Volumus ut sciant posteri, quique sunt, et presentes, quod ego Andreas, Dei misericordia Traiectensium episcopus, considerata difficultate vie, quam illi de Aelste, ad matrem suam ecclesiam, que dicitur Wyck, trans aquam, que interfluit, habebant, tum timore Dei cum eciam propter eorum servicium, consensu Terderici [sic] comitis, qui eandem ecclesiam tenebat, concesserim eis, ut in villa sua capellam habeant, in qua omnem procuracionem ecclesiasticam libere et absque contradictione habeant, videlicet in baptismo et in sepultura ceterisque omnibus necessariis, preter hoc, quod matrem ecclesiam,

cum opus fuerit, sicut ante fecerunt, edificent cum aliis, et atrium sepiant, synodum eciam debitam in matre ecclesia observent, proprium et cotidianum presbiterum de suo sumptu sibi acquirant, quem, eductu persone matris ecclesie, prepositus Tylenses ibidem constituat, ad cuius capellani usum Franco, persona de Wyck, de prebenda sua sacerdotali coram nobis dimisit in Aelst septem iugera terre et duo curtilia.

Quod in eis eorumque successoribus nunc et in posterum ratum et [in]convulsum permaneat, paginam hanc eis, de sigilli nostri impressione firmatam, dedimus.

Actum est hoc anno Dominice incarnationis millesimo vigesimo quinto VIII, indictione XIII, regnante Lothario, III anno regni eius, in anno vero episcopatus nostri VII.

Uit een Missale, vroeger van de kerk te Wijk.

Achter het met letters geschreven jaar 1125, waarin de oorkonde gegeven is, staat in cijfers 8, waarschijnlijk om, tot herstelling van de fout, er bij geteld te worden, gevende 1133, dat zijn kan het 7<sup>de</sup> van het episcopaat van Andreas, in het jaar 1127 gekozen werd zonder dat de dag bekend is. Hoezeer de indictie en de regeringsjaren van Lothar onjuist zijn, meen ik het jaar 1133 te kunnen aannemen, en niet, als de heer Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland, 1, n<sup>o</sup>. 120, bl. 77, het jaar 1135.

Daarvoor pleit ook het volgende. Achter het Missale staat dit rijmpje:

Hier in derf niemant in scriven,  
Want ten sal daer niet in bliven,  
Dat segge ic u in waere woert,  
Anders dan dat Willē va Wyc toehoert.

Dan volgt de bovenstaande oorkonde, met eene Nederlandsche vertaling, en daaronder:

Willem van Wyck, hern Jans. z. ridder heeft dit doen utscriven:

Ewelike moet hi mit Gode bliven.

A<sup>o</sup> M CCCC XXX IIII, XIII die mensis angusti.

Dat Missale, fraai met geillumineerde hoofdletters en met muzieknoden op groot f<sup>o</sup>. perkament geschreven, verdient eene kleine uitweiding.

Na eene gift aan de kerk te Wijk gedaan door Willem van Wijk, die blijkens eene aantekening in het calendarium vóór het Missale geplaatst, op s. Gregorius avond — 11 Maart — 1439 overleed, volgt eene korte soms berijmde kroniek van zijn geslacht, eindigende met zijn vader die in het h. Land stierf. Onmiddelijk daarop staat met dezelfde hand:

Doe men screef XIIIc xx en een,  
Viel Suytholland van water i gote ween.  
Dit missale is comē van d' Alm tot Wyc,  
Bider goed' luide raet en willes va Wyc.  
Die van d' Alm en haddens niet late gae,  
En had dat inbreken van de dyck gedae.

Het boek bleef in de kerk te Wijk tot het jaar 1538, toen kwam het aan bijzondere personen en is thans het eigendom van den heer Borret, kanunnik van het bisdom Haarlem, te Vogelenzang, aan wiens hulpvaardigheid ik het gebruik verplicht ben.

Folcund van Bern en zijne vrouw Bessela geven Bern, Maasmond, Erthepe, Altforst en Maarsbergen aan Robert, abt van Mariënweerd, die aan Bern een abt en eenige monniken toewijst, waardoor een Praemonstratenser klooster ontstaat.

In het jaar 1134.

In nomine Domini amen.

Andreas, misericordia Dei, qua vocat ea quae sunt, ecclesiae Traiectensis episcopus.

Quo studio quave sollicitudine sit invigilandum his, etc.

Et nos igitur, pro posse nostro, hoc aemulantes, presenti scripto praesentibus et posteris edicimus, quod Folcundus de Berna, vir liber et dives, sed et uxor eius Bessela, inspiratione Dei sane intelligentes cedros Libani, quas plantavit Dominus, nidum habere passeribus, ad honorem Dei et Theotocos beatae virginis Mariae, abbati Roberto de Insula eiusdem beatae matris, ipsam Bernam cum omnibus suis appertinentiis, Maesmond quoque cum omnibus suis, nec non Erthepe, quae est in Tessandria, cum omnibus suis attinentiis, sed et Altforge cum omnibus suis attinentiis, item etiam Mersberch cum omnibus usibus suis, quos in seculo viventes inibi iure obtinuerunt, per manus nostras tradiderunt. Abbas autem prememoratus, ex canonicis suis abbatem idoneum excipiens, superadditis ei conservis ut et commilitonibus Dei, predictae Berne per manus nostras imposuit ecclesiamque illam, ab omni sua vel successorum suorum obedientia et commodo temporali penitus absolutam, nostro regimini et obedientie substituit, etc.

Et haec quidem gesta sunt Unigeniti aeterni anno incarnationis millesimo centesimo tricesimo quarto, indictione XII, anno vero Lotharii decimo, imperii secundo eiusdem, episcopatus autem mei septimo, praesentibus subscriptis: etc.

Miraeus, Opera diplomatica, I, n<sup>o</sup>. 53, p. 173.

In het hij ons te lande zeldzaam boekje: Ordo Praemonstratensis clericalis seu canonicus assertus in annua congregatione ven. pastorum regul. Tongerloensis coenobii a F. Willebrordo P. Bosscharts, eiusdem coenobii canonico et s. theologiae professore. In solemnitate P. N. S. Norberti die Iulii 1622. Lovanii 1622, komt voor: Folcundus, princeps ditionis, Mosam inter et Wahalim fluvios sitae, et comes in Teisterbant, - - - per votum Deo factum gravissimo periculo ereptus, Andrea Ultraiectensi episcopo, castrum suum Bernam in monasterium convertit, ubi et ipse laicus sive conversus: ut vocant, annos 14 vixit sancteque obiit, cuius exemplo Bessela, eius coniux, et ipsa saeculo renuntians, inter Mosam et Wahalim fluvios, loco qui Wortt dicitur, monasterium itidem condidit, in quo virginibus 70, eiusdem candidi ordinis institutum amplexis, instar abbatissae laudatissime praefuit.



De oorsprong van het klooster wordt elders anders opgegeven, als zoude de abt van Mariënweerd slechts verandering gebracht hebben in een reeds bestaand en vroeger door Folcond gesticht klooster. Zie Römer, Kloosters en abdijen, bl. 66, 70. Men mag aannemen, dat de Praemonstratenser orde de geschiedenis harer kloosters wel goed gekend zal hebben; doch zeer valt het te betwijfelen, dat Folcond princeps tusschen Maas en Waal en graaf in Teisterbant geweest zoude zijn. Mij is geen enkel bewijs daarvoor bekend. In AA. SS., Boll., 12 April, p. 65, wordt Folcond gezegd ex comitibus Teisterbandiae oriundus te zijn, wat waar kan wezen.

No. 267.

Folmar, proost van Syflich, geeft aan het altaar van s. Marten in de kerk daar een allodium in Hien.

In het jaar 1134.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Bruno II, Dei gracia sanctę Coloniensis ꝑcesieꝝ archiepiscopus. //

Quum debitores sumus Deo et sanctę ꝑcesieꝝ, res ecclesiasticas in omnibus promovere, promotas ab aliis auctoritate nostri nominis consummare, notum esse volumus // eunctis in Christo fidelibus, qualiter dilectus noster Folmarus, Sefficensis prepositus, tradidit ad altare beati Martini in eadem ecclesia quoddam allodium // in Hin, patribus et fratribus suis sibique postmodum hereditario iure concessum et possessum, sed quia hoc tempore manus advocatorum pronior est congregata disperdere, quam dispersa congregare, hoc in ipsa traditione determinavit, hoc per singula repetiit, ne quilibet advocatus post legitimam susceptionem inde in eternum quicquam in placitis aut precariis aut aliis huiusmodi malis exigerit, sed decanus consilio fratrum et discretorum ministerialium hoc locaret, ordinaret, corrigeret, nisi forte gravis necessitas ad nostram presentiam vel successorum nostrorum quedam corrigenda ipsum transferre faceret. Ut autem redditus, qui inde annuatim proveniunt, in usus ꝑcesiasticos recte expendantur, toto tempore vite sue suo hoc ordinari consilio disposuit, post mortem vero in anniversario suo singulis annis tres libras levis monete dari inde fratribus eiusdem ꝑcesieꝝ constituit, exceptis inde tribus solidis, quos decanus in missarum celebrationibus et cereis expendet luminaribus.

Acta sunt hec in supradicto loco, anno Dominicę incarnationis MCCCXIII, indictione XII, regnante Lothario imperatore, anno nostri presulatus tercio, ubi multi affuerunt clerici et laici boni testimonii: Arnoldus prepositus maioris ꝑcesieꝝ, Hugo decanus eiusdem ꝑcesieꝝ, Godefridus Xantensis ꝑcesieꝝ archidiaconus, Lambertus eiusdem

ęcclesię decanus, Baldricus Seflicensis ęcclesię decanus et frater eius Theodericus, Arnoldus advocatus et filius eius Arnoldus, Gerhardus de Honstade, Heinricus comes de Kasselo, Gerhardus comes de Guleko; de ministerialibus sancti Petri: Almarus, Heinricus, Iohannes, Pelegrimus, Philippus, Heinricus, Widego, Theodericus.

Si quis ergo hoc infringere vel in deterius commutare voluerit, sit anathema maranata, in die iudicii separetur cum inimicis Domini sitque in presenti super eum omnis maledictio, qua Deus et prophete maledixerunt execrabili populo.

Ut ergo hec omnia firma et perpetuo inconvulsa permaneant, auctoritate nostra firmamus et banni nostri severitate [rata] facimus et sigilli nostri impressione manum consummationis apponimus.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met opgedrukt, eenigzins geschonden zegel in wit was.

Nº. 268.

Gravin Ermengardis, wettige erfvrouw van oppidum Zutfen, geeft met haar man Conrad, graaf van Luxemburg, en haar zoon Hendrik, voor het zielenheil van haar eersten man, graaf Gerard, van haar vader Otto, van hare moeder Judith en haar broeders, bisschop Theoderich en de graven Hendrik en Gerard, de kerk te Lochem, met de tienden en inkomsten, aan de kanunniken der kerk te Zutfen.

2 Februari 1134.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Quoniam populus catholicę in Christo professionis testimoniis visibilibus instruendus est, ut per exhibitionem visi//bilium contestari possit testimonia invisibilium, nosse oportet omnes, tam futuros quam presentes, modum, ordinem ac veritatem rerum confirman//darum, ne, si, quod absit, ingruerit supersticiosus error infidelium, caritatis dona destruantur fidelium.

Ego itaque Andreas, Traiectensium Dei // gratia episcopus, per presentia scripta notum facio omnibus fidelibus, quod domina Ermen-gardis, comitissa illustris, heres legitima oppidi Suthfaniensis, in Meinlo ad nos veniens, dixit, se, una cum marito suo Cũrado, comite de Lucelenburg, et filio suo Heinrico, obtulisse ęcclesiam Lochemensem, cum omni decimatione ceterisque redditibus, sanctę Dei genetrici Marię et beato Petro, apostolorum principi, et venerabili virgini Walburgi, in prebendam canonicorum basilicę Suthfaniensis, pro commemoratione omnium in Christo fidelium, vivorum ac defuncto-

rum, nominatim pro salute animę mariti sui Gerardi, per cuius repromissionem ad hoc inductam se asserebat, et pro redemptione generis sui, videlicet domini Ottonis comitis, patris sui, et matris suę Iudithę, et fratrum suorum, pię memorię virorum, episcopi scilicet Theodrici et comitis Heinrici et Gerardi, astante cuncto clero et populo in predicta ecclesia Suthfaniensi ad ferendas [sic] cereos in die sancta Purificationis beatę Marie, videntibus quoque et audientibus bonę autoritatis tam laicis quam clericis, videlicet Heinrico Linthburgensi preposito, Constantino advocato, Waltero de Stapelo, Burchardo de Withe, Hermanno de Mirlare, Arnolde de Ennethere, Garlago de Dedingwerthe, Ulrico de Beltram, Pelgrino de Suthfania, Cũnrado de Wapsne, Wenrone de Lesten, Drothwardo de Horst, Becelino de Ritherlo.

Hec, inquam, constans dixit, et rogavit, ut, quod ipsi rationabiliter pia cum devotione fecissent, nos testimonio privilegii nostri et sententia banni nostri confirmare curaremus.

Nos ergo factum ipsorum laudantes et iustę petitioni domine comitisse assensum inclinantes, hanc paginam conscribi et sigillo nostro denotari in testimonium huius rei gestę precipimus, et omnes, qui hanc piam oblationem infregerint vel infringere attemptaverint, per virtutem banni nostri excommunicamus et anathematizamus ex autoritate Patris et Filii et Spiritus sancti et omnium sanctorum Dei, ut, nisi resipiscant, cum diabolo crucientur in secula seculorum. Fiat. Fiat.

Hec autem facta sunt anno ab incarnatione Domini millesimo cxxxiiii, indictione viii.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen. Het opgedrukt zegel, blijkens eenige overblijfsels van wit was, is niet meer aanwezig.

Daar clerus en populus in de kerk vereenigd waren ter gelegenheid van het feest: Purificatio b. Mariae, — Festum candelarum, Lichtmis — kan aan de gift de dagteekening van 2 Februari gegeven worden.

De indictie is niet juist vermeld.

Uit de oorkonde blijkt, dat de vrouw van graaf Otto, de moeder van Ermengarde, Judith heette. Meer is van haar niet bekend. Van Spaen, Inleiding, I, bl. 229, houdt het niet voor onwaarschijnlijk, dat zij was uit het geslacht van Supplingburg. In den stamtafel daarvan, in Historische Charten und Stammtafeln van Von Raumer, n<sup>o</sup>. xiv, komt wel voor eene Judith, dochter van Wigman, graaf van Seburg, doch die was in eerste huwelijk getrouwd met Cono, hertog van Beijeren, en in een tweede met een zekeren Bodo.

Met Conrad, die geene kinderen naliet, stierf in het jaar 1136 de mannelijke tak van Sigfried, den eersten graaf van Luxemburg, uit. L'Art de vérifier les dates, xiv, p. 136. Zijn vader Willem had in huwelijk eene zuster der vrouw van Hendrik, graaf van Zutfen. Zie n<sup>o</sup>. 206.

De kerk te Zutfen schijnt niet spoedig in het bezit van die te Lochem gekomen te zijn, of was er weder uitgeraakt, toen Ditmar de Manher, rector van de Lochemsche kerk, den 22<sup>en</sup> Maart 1400, nadat hij de bovenstaande oorkonde had hooren lezen, haar aan het kapittel te Zutfen opdroeg.

De gift werd door pausen bevestigd 26 April 1407, 8 Februari 1411, 3 Maart 1473 en 29 April 1506. Deze stukken zijn in het archief der stad Zutfen onder de nos. 1032, 1042, 1044, 1102 en 1169.

#### N<sup>o</sup>. 269.

Keizer Lothar III, geeft aan de kooplieden van Quedlinburg vrijheid van tol aan deze zijde van de Alpen, behalve te Keulen, Tiel en Bardowich.

25 April 1134.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Lotharius, divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus.

Sicut confirmationis nostrę autoritatem apud successores nostros vigere et inretractatam manere iustum est, ita non minus convenit eandem auctoritatis vicissitudinem et assensum nostris prebere predecessoribus, videlicet, ut ab ipsis conservata conservemus et legitime confirmata confirmamus.

Proinde, tam futurorum quam presentium noverit industria, qualiter nos, ob interventum dilectissimę consortis Richinze ac venerabilis abbatissę Gerburgis, suggerente marchione Adelberto cęterisque curię nostrę fidelibus, negotiatores de Quetelineburch eodem modo, quo predecessores nostri reges et imperatores habuerunt, sub nostram recepimus tuitionem ac per omnia in legitimis concessionibus eorum vestigia, sicut iustum est, tenentes, concedimus eis, ut per omnes nostri imperii mercatus ubique suum libere exercean negotium et tali deinceps lege et iusticia vivant, quali usi sunt et utuntur negotiatores de Goslaria et de Magedeburgo imperiali ac regali nostrorum antecessorum traditione et confirmatione, omnino ex ista parte Alpium in omnibus locis theloniei exactionem ipsis remittentes et indulgentes, exceptis tribus: Colonia, Thile et Bartinwich.

Quia vero usque ad tempora nostra, etc.

Huic autem traditioni nostre idoneos testes adhibuimus: Adelbertum Mogontinum archiepiscopum, Embriconem Wirziburgensem, Ottonem Halverstadensem, Mengozum Mersiburgensem episcopos; marchiones: Adelbertum, Chonradum, Heinricum; palatinos comites: Fredericum, Willihelimum, Ottonem de Rinegge, Gozwinum de Hennisberch.

Signum domni Lotharii tertii Romanorum imperatoris invictissimi.  
Ego Ekkehardus, vice Adelberti archicancellarii et Moguntini archiepiscopi, recognovi.

Data anno incarnationis Dominice MCXXXIII, VII kal. Maii, indictione XI, anno vero regni regis Lotharii VIII, imperii primo.

Actum Quitlinebure, in Christi nomine feliciter. Amen.

Erath, Codex diplomaticus Quedlinburgensis, p. 80, naar het oorspronkelijke te Quedlinburg. Op plaat 16 is eene proeve van het schrift en eene afbeelding van het zegel.

---

No. 270.

Snelger de Arde geeft aan de abdij te Mariënweerd drie iugeres, waarop gesticht is de kapel van Langsmeer, en negen iugeres in de Geer te Paveien.

In het jaar 1135.

In nomine Domini.

Ego Andreas, Dei gratia Traiectensis episcopus, notum facio praesenti scripto praesentibus et futuris, quod Snelger de Arde tres iugeres, in quibus fundata est capella de Langesmeer, ecclesiae beatae Matris de Insula, nobis praesentibus, dedit nosque eidem ecclesiae eosdem iugeres ab omni termino circumiacentium ecclesiarum, ab omni exactione liberos banno nostro deinceps et in omni tempore sancimus. Praeterea novem iugeres in Paveia, in loco, qui Ger dicitur, eidem ecclesiae praedictae tradidit; praesentibus praepositis: Hartberto, Hermanno, Luzone, Hugone; decanis: Lutberto ecclesiae sancti Salvatoris, Arnolde, Lutberto; canonicis Anselmo, Ottone, Conrado, Alberone, Alebrando, Crisanto, Engelberto; laicis: sculteto Alfrido, Arnolde castellano, comite Gerardo filio Giselberti, Wichero de Spic.

Gesta sunt autem haec anno Dominicae incarnationis MCXXXV, anno episcopatus mei VIII, indictione XIII.

Et ne quis praedicto dato manus inferat, spirituali gladio et banno nostro impressione praedicta firmamus.

Cartularium van Mariënweerd.

---

No. 271.

Arnold I, aartsbisschop van Keulen, verklaart dat de curtis Götterwick, aan het klooster Camp gegeven door Theodorich van Uift, wanneer hij zonder zoon of dochter mocht overlijden en met voorbehoud van levenslang vruchtgebruik

voor zijne vrouw Didla, na hun beider dood door hunne bloedverwanten aan het klooster is overgegeven.

In het jaar 1138.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Arnoldus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesie archiepiscopus, manifestum modernis et posteris in memoriam per praesentis attestationem pagine relinquimus et veritati testimonium perhibendo imaginis nostre praesenti adimplemus manuscripto.

Quia Theodericus de Ulfeta Campensi monasterio et ibidem Deo famulantibus monachis curtem, que vocatur Gutterswick, statim coram beate memorie antecessore nostro Brunone sub tali tradidit denominatione, ut si ipse sine herede, filio videlicet vel filia, viam carnis ingrederetur universe, prefatam curtim in agris, pratis, pascuis, aquis et silvis supradictum monasterium legitima possiderit donatione. Scimus tamen et hoc adiunctum fuisse, quod si uxor praefati Theoderici diutius conviveret et, ut dictum est, sobolem de ipso non haberet, frueretur tamen tota vita praenominate curie fructibus et compensi monasterio, in recognitionem possessionis legitime, quatuor solidos singulis annis persolveret. Elegit quoque praenominatus Theodericus duos bonos testimonii viros, Conradum videlicet advocatum et Theodericum de Buderich, in quorum manu et potestate posuit, ut donum, quod adhuc vivens Campensi monasterio denominatione concesserat, ipso eo sic mortuo profiterentur et veritatis assertionem manutenerent. Defuncto igitur Theoderico de Ulfeta sine herede et Didla uxore eius, praenominati viri duo, Conradus scilicet et Theodericus, iuxta quod agendum suscipiant, votum cognati sui fideliter persolventes, curtim praenominatam in monasterio Campensi ad altare legitima festucatione tradiderunt.

Nos igitur officii nostri debito vota fidelium et ecclesiarum bona tueri cupientes, ne alicuius presumptione illicita vel machinatione sacrilega fidelis hec et legitima donatio destrui vel destitui conetur, sancti Petri auctoritate et anathematis tremenda et timenda interdicens comminatione.

Actum est autem hoc, venerabili fratre nostro Theodorico, eiusdem monasterii petente patre, anno ab incarnatione Domini mcccxxxviii, presentibus personis canonicis, attestantibus nobilibus capitaneis et de familia beati Petri legalibus et boni testimonii viris, Gerardo videlicet Bunnensi preposito, Adelbero decano sancti Severini, Theodrico decano sancti Georgii, Gerardo canonico Bunnensi, Recuardo decano, duce Waleramo, Friderico comite de Hukeneswagene, Arnolde de Batenburg, Conrado advocato, Emimdo [Eadmunde?] de Stamheim,

Ioanne de Tulpeto, Conrado de Embreca, Eremberto de Megenzel, Ezelino de Sancto-Petro, Gerardo filio Brunonis, Werimbuldo de Remede, Godebaldo de Dolendorp et aliis quam pluribus honoratis viris, congregatis ibidem in nomine Christi, cui est honor et gloria cum Deo patre et Spiritu sancto per immortalia secula seculorum.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
III, no. 40, S. 129.

N<sup>o</sup>. 272.

Hendrik, graaf van Zutfen, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III Oostergo en Westergo aan de kerk van Utrecht teruggeeft.

9 April 1138.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Conradus II, divina largiente elementia rex Romanorum.

Scimus et vere credimus, quod qui copiosus est in misericordia, etc.

Testes quoque subnotari precepimus, quorum nomina hec sunt: Thitwinus sanctę Rufinę cardinalis episcopus et apostelicę sedis legatus, Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Albero Treverensis archiepiscopus, Embico Wizeburgensis episcopus, Albero Leodiensis episcopus, Warnerus Monasteriensis episcopus, Udo Osenbrugensis episcopus, Stephanus Metensis, Nicolaus camerarius episcopus, Walaramus dux, Wilhelmus comes Palatinus, Godefridus comes Namucensis, Heinricus comes de Suthfenne, Arnoldus comes de Clivo, Adolphus comes de Saphenberg, Adolphus comes de Monte, Conradus comes de Bonna, Arnoldus comes de Lon, Conradus de Haghen, Heinricus de Hirschelhusan, Theodericus et frater eius Rötgerus de Duria et alii quam plures.

Data v idus Aprilis, indictione I, anno Dominicę incarnationis MCXXXVIII, regnante Conrado rege Romanorum II, primo regni eius.

Actum Colonię in Christo feliciter. Amen.

Signum Conradi Romanorum regis II.

Ego Arnoldus cancellarius recognovi et recensui, vice archicancellarii Moguntini.

Liber donationum ecclesie maioris

Traiectensis, p. 47, te Utrecht.

Daar Hendrik hier als graaf van Zutfen optreedt, mag men aannemen dat zijne moeder Ermengarde overleden was. Zie n<sup>o</sup>. 266. In het vervolg noemt hij zich graaf van Gelre; bij eene gift aan het klooster te Oostbroek, in het jaar 1179, echter haeres oppidi Sutphaniensis.

## No. 273.

Arnold van Aspermont en zijne vrouw Helena geven aan de kathedrale kerk te Utrecht drie iugera te Lienden.

29 April 1138.

Nos Andreas, episcopus Traiectensis, notum fieri volumus, quod Arnoldus Aspermontius, miles, et Helena uxor eius dederunt ecclesiae cathedrali Traiectensi, quae fundata est in honorem sancti Martini, tria iugera terrae, sita in praefati domini dominio Lindinia.

Hoc autem factum est anno Domini MCCCXXXVIII, III kal. Maii.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 387.

## No. 274.

Andreas, bisschop van Utrecht, geeft de novalia tusschen Maurik, Ravenswade, Rijswijk en Zoelen aan de kanunniken van s. Salvator te Utrecht.

In het jaar 1139.

In nomine Domini.

Andreas, ecclesiae Traiectensis superabundante gratia Dei humilis minister.

Apud me signatum habens calicem aquae, pro Christo datum, non perire, statui prodesse ministris eius pro posse meo de his, quae pertinent ad rationem meam in episcopatu meo. Omnis ergo generis decimas et censum novalium, quae interiacent Meldrika ab oriente et Ravenswade ab occidente, Ryswich a septentrione et Solen a meridie, omnium, inquam, illorum novalium decimas et censum canonicis s. Salvatoris in Traiecto pro remedio animae meae contradidi. Exceptionem autem in hoc donativo feci aliquam, sic videlicet, quod consensu fratrum et nostro praepositus eorum Thamo decimam trium mansorum extremorum, versus Ravenswade, ministro suo Azoni inphedavit eo, quod ipse iuris sui aliquid in praedicto novali esse proclameret, hacque compositione media, idem Azo consentaneus, huic traditioni simul et testis absque rebellione fuit. Haecque etc.

Gesta sunt autem haec anno unigeniti Dei incarnati MC tricesimo nono, indictione secunda, anno episcopatus mei XII, anno vero primo regni Conradi secundi, praesentibus his testibus: praepositis: Herberto sancti Martini, Thamone sancti Salvatoris, Alberone sancti Petri, Anselmo sancti Iohannis, Arnolde beatae Mariae; canonicis: Reimaro, Iohanne, Hofrakore, Erkenboldo, Ottone, Ascelino, Ingelberto, Traberto, Rodolfo et clero Traiectensi propemodum universo



liberis: Hugone advocato, Godefrido comite, Hermanno fratre eius, Adam Deinrone, Gerungo, Walthero de Stapele; ministerialibus: Alfero, Ionatha fratre eius, Alberone et fratribus eius, Warnero et Gerhardo fratre eius.

Van Spaen, Codex diplomaticus, n<sup>o</sup>. 6, bl. 10,  
achter dl. iv der Inleiding.

---

N<sup>o</sup>. 275.

Paus Innocentius II bevestigt de bezittingen der kerk van s. Servaas te Maastricht, waaronder Echt.

31 Maart 1139.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Arnolde, preposito et fratribus ecclesie sancti Servatii in Traiecto, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita etc.

Videlicet Latyie --- Werta cum ecclesia, Oya cum ecclesia, ecclesiam de Echt, ecclesiam de Apeltre, ecclesiam de Megene, ecclesiam de Dintre, ecclesiam de Achile, ecclesiam de Bergha iuxta Nersan flumen, Coslar etc.

Datum Laterani per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et vicecancellarii, II kalendas Aprilis, indictione II, incarnationis Dominice anno MCXXXVIII, pontificatus vero domini Innocentii II pape anno X.

Comptes-rendus des séances de la commission  
royale d'histoire, IX, 3<sup>me</sup> Série, p. 20.

---

N<sup>o</sup>. 276.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III de abdijs Brauweiler bevestigt in het recht van haar curtis Pier op het bosch Osnink.

14 September 1141.

C. In nomine sanctę et invidię Trinitatis.

Cunradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Si bona ecclesiis Deo dicatis conservamus et conservata eisdem retinemus, etc.

Testes qui presentes aderant subnotari fecimus, quorum nomina hec sunt: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Wernerus Monasteriensis episcopus, Albertus dux Saxonie, comes Henricus de Lymporch,

comes Arnoldus de Clevia, comes Adolfus de Monte, comes Henricus de Gelra, comes Adolfus de Saphenberch, Gerardus puer comes de Iuliaco, Godefridus de Arnesberch, Herimannus de Cuich, Theodericus advocatus Aquensis, Henricus de Boninga, Rudgerus et Anselmus de Diura, Carsilius et Nicolaus de Cherpena, Herimannus Coloniensis advocatus, Riewinus et frater eius Herimannus, Henricus de Aldendorf iunior, Amelricus de Wormersdorf.

Signum domni Cûnradi secundi Romanorum regis invictissimi.

Ego Arnoldus, cancellarius, vice Marcolfi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominicę incarnationis mxcxli, indictione iii, regnante Cûnrado Romanorum rege ii, anno vero regni eius iii, xviii kal. Octobris.

Data Colonię in Christo feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 343, S. 232,  
naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 277.

Arnold I, aartsbisschop van Keulen, bevestigt de tolvrijheid der kooplieden van Rees te Wesel, Xanten, Emmerik, Elten, Doetinchem en Smithuizen en van dezen te Rees.

In het jaar 1142.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Arnoldus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus in perpetuum.

Quoniam tam ex pontificali officio, quam ex cetari [seculari] potestate nobis a Domino collata, equitati favorem et testimonium debemus veritati, presentibus et futuris indubitanter notum esse volumus, quia christianissima mulier [et religione] comitissa spectabilis, Ermentrudis videlicet, beato Petro villam, Ressay nomine, contulit, a suis temporibus dilectionis et honoris hanc habentem consuetudinem, ut mercatores in Ressa manentes, si Wiselam [Wesaliam], Xanctum, Embriam, Elthenam, Dulhenkheim, [Dutinkheim], Smithusen, mercandi causa, venerint, liberi, nullo ab eis exacto vel dato theloneo, recederint, e converso quoque, si supra nominatarum [prenominatarum] villarum mercatores Ressay propter eandem causam venerint, venderint libere et emerent et nullum thelonium darent. Quam consuetudinem, immo honoris et amoris vicissitudinem, cum usque ad nostra tempora in pace vidissemus deductam, rogatu quorundam fidelium nostrorum scribi iussimus et tam scripto quam sigillo nostro confir-

namus, et quia Xanctum et supradicta Ressa nostrae potestatis nostri prorsus iuris erant, ne quis in perpetuum hanc inter eos consuetudinem solvere vel infringere presumerit, sub anathemate firmiter interdiximus.

Ubi autem actum est hoc et pacis providentia deliberatum, erant presentes, tam clerici quam laici, viri sani consilii et honesti testimonii: Thedericus abbas de Lampis, Theodoricus prepositus de Apostolis, Tulmarus prepositus de Sevelica, Gozwinus de Hennesberk, Baldericus de Dulmath, Hermannus advocatus, Herradus dapifer, Amelricus de Wormersdorp, Bruno pincerna, Constantinus marescalcus, Vokelo camerarius et Reinoldus.

Actum est autem Xanctis, anno ab incarnatione Domini MCXLII indictione quinta, regnante glorioso Romanorum rege Conrado anno quarto, nostri vero presulatus anno quinto, suaviter omnia gubernante Domino nostro Iesu Christo, cui regnum et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Annalen des historischen Verreins für den  
Niederrhein, 11<sup>es</sup> u. 12<sup>es</sup> Heft, S. 168,  
naar het oorspronkelijke in het Stads-  
archief te Rees.

Van deze oorkonde bevindt zich in het Stadsarchief te Doetinchem tot aan de woorden: et quia Xanctum, een vidimus van burgemeester, schepenen en raad der stad Rees. Afwijkingen van eenige beteekenis heb ik tusschen [ ] opgenomen.

Het begin en het einde van den vidimus luidt als volgt:

Wy burgermeister, schepenen ind raedt der statt Rees doen kundt allen luyden ind betuygen openbaer, dat wy in einen latino privilegio der statt Rees in den jare duisent hondert ind twee ind vertig verleent ind gegeven, aengaende ind inhoudende vur deele als folgt, befinden - - -

Uth desen vurs. is genoghsam af tho nemen en schryfflick tho bewysen, dat die van Rees tho Elten ind die van Elten wederumb tho Rees vor vierhondert ind mehre jaren toll vrie gehalden ind gewest sind, als wy oick hiebevoren der hochwerdigen, edelen ind wailgeborenen frauen Magdalenen, gravinne van Vrede, abdisse des weretlichen styfts tho Elten, tho geschreven.

Diser in oirconde hebben wy burgermeister, schepen ind raed dat heymelick segel der statt Rees hieronder upt spatium gedrukt.

Gegeven in den jaere onses Heren duysent vyfhondert ind sestig, den 16 dag Mei.

#### No. 278.

Arnold I, aartsbisschop van Keulen, regelt de rechten der ontginners van het broek Garmesela, bij de curia Bisschopshof te Zijflich.

In het jaar 1143.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Arnoldus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, in perpetuum.

Quia dono Dei et gratia terram habemus iudicare consilio Ipsius et praecepto iustitiam debemus diligere, scriptum est enim: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Amore igitur veritatis et iustitiae manifestum esse volumus, quia curia quedam, quae vulgariter nuncupatur Biscopshove, aecclisiae de Sevelika ab antecessore nostro Annone archiepiscopo iuste et legitime tradita fuit. Quam cum in pace sicut et modo possideret, factum est ut Baldricus decanus, ad cuius officium praenominata spectabat curia, paludem eidem curiae, nomine Garmesela, quibusdam hominibus colenda traderet, tali conditione, ut singulis annis XLVIII solidos Daventriensis monetae inde persolverent, paludemque supranominatam ea lege, ea libertate sine placito advocati, qua pertinebat ad curiam episcopi, tam in cultis quam in incultis, tam in terra quam in aqua, cum pace possiderent. Hoc consenserunt et collaudaverunt fratres et familia Sevelicensis aecclisiae.

Haec sunt nomina hominum, qui paludem hereditario iure sub praescripto censu susceperunt: Reinfridus, Theodricus, Bernoldus, Lifthetus, Siwardus, Baldricus, Fornodus, Sigefridus, Fridericus, Haico, Adelbero, Gerardus, Reinnerus.

Accidit vero postea nostro tempore, ut quidam, male et iniuste cogitantes adversus praenominatos homines, eos de palude, de labore suo, de iuste adquisita hereditate machinationibus suis et ingeniis fraudulentis depellere voluerint, confugerint ad nos pauperes, qui opprimebantur. Vocavimus ante nos decanum et fratres Sevelicensis aecclisiae, inquisivimus veritatem et ipsa veritas liberavit oppressos. Cumque praenominati viri causam suam iustam esse decani et fratrum attestatione comprobarent, placuit eis de parte praefatae paludis, quam modo ad usus gregum suorum et succisionis lignorum possident, et quae sita est inter magnam silvam et aqueductum, conditione huiusmodi statuere, videlicet, ut quisquis illorum, absque contradictione illorum, ad quos spectant iura, quae pertinent ad forestum, mansum in ea excoluerit v solidos . . . annis fratribus persolvant, si vero plus vel minus, pro computatione agri, solvat debitum tributis. Banno itaque nostro et episcopalis officii auctoritate interdiximus, ne quis eos de ceteris super . . . fatigaret et eandem paludem eis confirmavimus. Precepimus quoque, ut si causa aliqua de praefata hereditate moveretur, coram decano de Sevelike tractaretur, vel, si terminari non posset, coram Coloniensi archiepiscopo, de cuius elemosina terra illa data est, deferretur. Adiunximus quoque, ut, possessore defuncto, uxor eius aut filius vel quilibet heres iure propinquitatis requirat hereditatem a decano sub

testimonio eorum, qui tunc temporis eandem paludem possident, et si mansum repetit det solidum, si vero plus vel minus, iuxta rationem mansi et solidi plus vel minus tribuat. Statutum est etiam, ut quisquis eorum in suae hereditatis portionem qualicumque occasione quemquam interdicere voluerit, potestatem habeat, ita tamen, ut coram decano et fratribus causa terminetur.

Acta est haec confirmatio et sigilli nostri impressio anno ab incarnatione Domini MCLIII, indictione VI, regnante rege Cūnrado, postulatus nostri anno VI, Theodrici advocati anno I.

Actum est autem sub testimonio virorum illustrium, qui tunc in oppido Xanctensi nobiscum aderant, Theodricus prepositus de Apostolis, Godinus magister de sancto Gereone, Lūdewicus canonicus sancti Petri, Gozwinus de Falkenburg, Hermannus advocatus, Riquinus et multi alii.

In nomine Domini. Amen.

Naar een afschrift van Van Spaen, in portefeuille n<sup>o</sup>. 216, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, genomen naar het oorspronkelijke te Kranenburg. Het zegel was niet meer aanwezig.

---

N<sup>o</sup>. 279.

Paus Innocentius II bevestigt de kapittelkerk te Luik in hare bezittingen, waaronder Pannerden en Zuilichem.

16 Mei 1143.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Leodiensis ecclesiae, tam praesentibus quam futuris, canonicè substituendis, in perpetuum.

Equitatis et iustitiae ratio persuadet, nos ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi munimentum conferre, etc. Firma vobis vestrisque successoribus vel illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ponderlous, etc.

In episcopatu Traiectensi Paisnarden et Solekem cum appendiciis earum; in episcopatu Tullensi, etc.

Ego Innocentius, catholicae ecclesiae episcopus, etc.

Datum Laterani per manum Gerardi, sanctae Romanae ecclesiae presbiter cardinalis ac bibliothecarii, xvii kalendas Iunii, indictione VI, incarnationis Dominicae anno 1143, pontificatus nostri domini Innocentii II papae anno XIII.

Publications de la Société historique et archéologique dans le duché de Limbourg, tom. IV, p. 339.

Paus Coelestinus II bevestigt het klooster te Bedbur, bij Kleef, in het bezit van zijne goederen te Kwalburg, Hasselt en Rijswijk en van den berg Mergelp.

28 December 1143.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hermanno, preposito de Beddebur, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. //

Ad hoc universalis ecclesie cura nobis a provisoro omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et bene placentem Domino religionem studeamus // modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit consecratus. Ea propter, dilecti // in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et beate Marie ecclesiam de Beddebur, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Domino propitio, adipiscitur, firma nobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesia Qualburch cum allodiis in eadem villa, allodia in Hasselleth et in Riswich, montem, qui dicitur Mergelp, et terram palustrem, que obtulit Bertha comitissa et nepos eius Theodoricus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura, salva diocesani ... canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non ... emendaverit, potestate sua atque sua dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine

Dei et Domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesus Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen. Amen. Amen.

Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus. †. Ego Goiro, presbiter cardinalis titulo s. Catherine. †. Ego Thomas, presbiter cardinalis titulo Vestine. †. Ego Guido presbiter cardinalis sancti Laurentii in Damaso. †. Ego Conradus Sabiniensis episcopus. †. Ego ... Ostiensis episcopus. †. Ego Himarus Tuscalanus episcopus. †. Ego Petrus Albanensis episcopus.

Datum Laterano per manum Gerardi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii, v kal. Ianuarii, indictione vii, incarnationis Dominice anno mclxliii, pontificatus vero domini Celestini ii pape anno primo.

Naar het oorspronkelijke in het Rijks-archief  
te 's Gravenhage, met looden bul.

Waar punten staan, is het perkament door het vouwen versleten.

---

No. 281.

Erenbert van Wiscele en zijn zoon Theodorich geven goederen te Veldwijk en Meerwijk; Gertrudis te Lengel en Didam aan het klooster Furstenberg, bij Xanten.

In het jaar 1144.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Arnoldus, non merito sed ex vocante gratia Dei, dictus sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus, qui communem nobiscum sortiti sunt fidem, perpetuam pacem et eternam salutem.

Notum vobis esse volumus, qualiter monasterium beate Marie in monte iuxta Xanctum vel inchoatum sit, vel qualiter illud nos, et apud Deum et apud homines per omnia provehi cupientes, cunctorum, que hactenus ibidem rationabiliter oblata sunt, generalem fieri conscriptionem decreverimus, etc.

Erenbertus de Wiscele, Theodoricus filius eius apud Veldewich mansos duos et dimidium cum omni utilitate, viii homines censuales cere, apud Merewich domum et fundum, solventum xii denarios Davendrenses.

Apud Birte Gerdrudis dedit mansum, qui pendet iiii solidos et dimidium, Dusburgensis monete, apud Lengele terram solventem iii solidos Davendrenses, in Diedeheim xxx nummos eiusdem monete, etc.

Acta in monte Vurstenberg, confirmata vero anno Dominice incarnationis millesimo centesimo quadragesimo quarto, indictione vii, anno primo domini apostolici Lucii, regnante Romanorum rege Cunrado, anno regni eius septimo, episcopatus quoque nostri anno similiter septimo, coram multis idoneis, quorum nomina sup̄ter enotavimus, quique pars in donacione, pars autem in confirmacione hac nostra presentes.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
iii, n<sup>o</sup>. 38, S. 121, naar het oorspronkelijke.

De uitgevers plaatsen Veldwijk, Meerwijk en Lengel in de nabijheid van den Ouden-IJsel en verstaan onder Diedenheim Didam.

No. 282.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Conrad aan de kooplieden van Keizersweerd vrijheid van tol geeft te Angera, Nijmegen, Utrecht en Neus.

September of October 1145.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Cunradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Iustitie diffinitio est constantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod sibi iure competit. Quam virtutem, etc.

Decernimus ergo et regia auctoritate precipimus, ut nec in Angera nec in Noviomago, sive in Traiecto, aut in Nussia, sive in quibuslibet aliis locis, ubicunque ipsi negociandi causa venerint, aliquod theloneum ab eis exigatur vel aliqua iniuria aut molestia illis inferatur, sed eadem consuetudine eodemque libertatis iure sine alicuius contradictione fruuntur, quo homines nostri Aquenses per universum regnum nostrum fruuntur. Si quis vero, quod absit, huius precepti nostri statutum infringere temptaverit, centum libras auri purissimi componat, dimidietatem camere nostre et reliquam partem predictis hominibus.

Ut autem hec verius credantur et inconeussa omni deinceps tempore serventur, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus manuque propria corroborantes.

Idoneos testes subter notari fecimus, quorum nomina sunt hec: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Hartbertus Traiectensis episcopus, Anselmus Havelburgensis episcopus, Henricus comes de Gelra, Godefridus de Cuich et frater eius comes Hermannus, comes Hermannus de Hardenberg eiusdem loci advocatus, Marquardus de



Grumbac, Rutgerus de Duria et frater eius Anselmus, Heinricus Freso, Heinricus castellanus de Clevia.

Signum domni Cunradi Romanorum regis secundi.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominice incarnationis MCXLV, indictione VIII, regnante Cunrado Romanorum rege, anno vero regni eius VIII.

Data est apud Werde feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, iv, S. 772.

---

N<sup>o</sup>. 283.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III de abdij s. Ghislain in zijne bescherming neemt.

October 1145.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Cunradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Equitas iusticie et regni auctoritas nos ammonent, etc.

Ut autem hec ab omnibus credantur et inconvulsa servantur, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus manumque propria corroborantes, idoneos testes subnotari fecimus.

Hartbertus Traiectensis episcopus, Anselmus Havelbergensis episcopus, Heinricus comes de Gelra, Godefridus de Cuich et frater eius Herimannus, Walterus de Lovenhuse, Marquardus de Grumbach.

Signum domni Curadi Romanorum regis secundi.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominice incarnationis MCXLV, indictione VIII, regnante Cunrado Romanorum rege secundo, anno vero regni eius VIII.

Data est apud Altinam. In Christo feliciter. Amen.

Böhmer, Acta imperii selecta, n<sup>o</sup>. 87, S. 80,  
naar het oorspronkelijke te Brussel.

Deze oorkonde is, wat den inhoud aangaat, vervalscht, uitgegeven in Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 531, en overgenomen door Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 35, bl. 189.

---

N<sup>o</sup>. 284.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III de s. Remigiuserk te Rheims bevestigt in hare goederen te Marsne.

In October 1145.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Ni damnosa in posterum, quod actum est, deleret oblivio, scripto memoriali commisimus, qualiter, etc.

Et ut haec verius credatur et omni deinceps tempore inconvulsa serventur, hanc inde chartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroborantes, idoneos testes subnotari fecimus. Quorum nomina sunt haec: Hartbertus Traiectensis episcopus, Anselmus Havelburgensis episcopus, Cunradus frater noster Traiectensis praepositus, Henricus comes de Gelre, Hermannus comes de Cuick et frater eius comes Godefridus, Adelbertus comes de Norvenich, Marquardus de Crumbach, Walterus de Lovenhusen, Libertus de Spileberch.

Signum domini Cunradi Romanorum regis secundi.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominicae incarnationis MCXLV, indictione octava, regnante Cunrado Romanorum rege II, anno vero regni eius octavo.

Data est apud Ulterius Traiectum in Christo feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 105.

Volgens Stumpf, Die Reichskanzler, II, n°. 3505, S. 302, is de oorspronkelijke oorkonde te Brussel.

#### No. 285.

Een ordel door Hendrik, graaf van Gelre, als ordeldrager geweest over de graafschappen Oostergo en Westergo, wordt door koning Konrad III bekrachtigd.

18 October 1145.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Conradus, divina clementia Romanorum rex secundus.

Si ecclesias Dei amplificamus et earum iura regali autoritate tuemus et firmamus, antecessorum nostrorum, piorum regum et imperatorum, exempla imitamur et hoc nobis ad regni nostri celsitudinem et precipue ad anime nostre salutem profuturum non ambigimus. Eapropter, tam futurorum quam presentium Christi nostrique regni fidelium noverit industria, quod nobis, apud Traiectensem civitatem consistentibus et de pace ac regni statu tractantibus, fidelis noster Hardbertus, eiusdem loci venerabilis episcopus, ante presentiam nostram venit et instrumenta privilegiorum avi nostri Heinrici tercii et avunculi nostri Heinrici quarti imperatorum nobis presentavit, in quibus continebatur, qualiter ipsi, prefati scilicet imperatores, comi-

tatum Ostrogowe et Westgowe, cum omnibus appenditiis suis, beato Martino et ecclesie Traiectensi contulerint. Rogavit itaque excellentiam nostram idem venerabilis episcopus, una cum clero, beneficiatis et universa eiusdem ecclesie familia, quatenus, iuxta privilegiorum tenorem et imperatorum donationum, predictum comitatum ei et ecclesie sue, lege in perpetuum valitura, confirmaremus. Et quoniam benevolentia regalis nulli in iusticia sua deesse debet et nos sine iudiciario ordine nichil huiusmodi facere consuevimus, perlectis privilegiis, quid super hac re nobis esset faciendum, iudicio principum a comite Heinrico de Gelre sententiam exquisivimus. Ille vero, communicato tam principum quam aliorum plurimum nobilium consilio, iudicavit, quod nos iure possemus et deberemus antiqua privilegia renovare et pristinas imperatorum donationes nostro privilegio corroborare. Eundem igitur comitatum Ostrogowe et Westgowe, quem predicti imperatores beato Martino et ecclesie Traiectensi tradidisse et concessisse noscuntur, nos quoque, dictante iudicio, interventu etiam dilectę coniugis nostre Gertrudis regine et petitione fidelis nostri Hardberti, eiusdem loci venerabilis episcopi aliorumque fidelium nostrorum, beato Martino et ecclesie Traiectensi perpetualiter possidendum sanctientes, per presentis privilegii paginam ob spem future retributionis confirmamus.

Et ne alicui mortalium nunc vel in posterum facultas aut occasio contradicendi valeat suboriri, omnem, que aliquo modo moveri posset, calumpniam edicto regali submovemus, statuentes, ne aliqua unquam persona, magna sive parva, imperatorum donationem et nostram confirmationem, aliquo ingenio infringere presumat, sed ecclesia Traiectensis libere ac sine omni contradictione prefatum comitatum cum omnibus suis pertinentiis omni deinceps tempore possideat. Si quis vero, quod absit, huius nostre confirmationis edictum infringere tentaverit, mille libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam fisco nostro, reliqua vero predictę ecclesie Traiectensi persolvat.

Ut autem hec omnibus credantur et inconvulsa omni deinceps tempore conserventur, hanc inde cartam scribi et aurea bulla nostra insigniri iussimus manumque propria, ut infra videtur, corroborantes, idoneos testes, qui presentes aderant, subtus notari fecimus, quorum nomina hec sunt: Anselmus Havelbergensis episcopus, Conradus frater noster et eiusdem ecclesie prepositus, Temo prepositus sancti Salvatoris, Conradus Tielensis prepositus, Arnoldus prepositus sanctę Marię, Luidbertus s. Petri prepositus, Anselmus decanus s. Iohannis, Symon camerarius, Heinricus comes de Gelre, Godefridus de Arnesberg et

frater eius comes Heremannus, Theodericus de Altena, Adelbertus comes de Norvenich, Godefridus prefectus Nurenburgensis, Robertus comes de Lurenburg, Godefridus de Rinen et filius eius Hugo, Giselbertus filius Hugonis advocati, Gerardus de Marten, Alardus de Megene, Iordanus de Windesheim, Godefridus de Wekene, Peregrinus de Campfelde, Lithardus de Disenheim, Alardus de Wisenhurst et frater eius Winemarus, Theodericus de Bokeshorst et frater eius Werenboldus, Wilhelmus comes Gorensis, Rodulphus de Wia, Otto de Malberg, Everhardus Crichelman, Heinricus de Papenheim marescalcus noster, Heinricus Freso et frater eius Wigerus, Heinricus de Boninge, Arnoldus de Rodenburch dapifer noster, Conradus Prispincerna, Tibertus camerarius, Walterus de Lovenhusen, Marquardus de Grumbach, Conradus de Walrestein, Tibertus de Spileberg, Otto prefectus Traiectensis, Albertus telonarius, Rodulphus, Wernerus, Walterus et filius eius Heinricus, Ekkebertus de Amestele, Bertolfus de Aldenselon, Iacob de Saterslo.

Signum domni Conradi, Romanorum regis II.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominicę incarnationis MCXLV, indictione VIII, xv kal. Novembris, regnante Conrado Romanorum rege II, anno vero regni eius VIII.

Liber donationum ecclesie maioris Traiectensis, p. 49, te Utrecht.

Keizer Hendrik IV gaf den 7<sup>den</sup> Februari 1086 uit de verbeurdverklaarde goederen van Egbert de graafschappen Oostergo en Westergo aan de Utrechtsche kerk (Heda, Historia, p. 139), Lothar, halfbroeder van Geertruid, vrouw van Floris I, graaf van Holland, gaf ze dezen. Kluit, Historia critica, I, II, p. 398. Koning Konrad III bracht ze den 9<sup>den</sup> April 1138, n<sup>o</sup>. 272 hiervoor, weder bij de kerk te Utrecht terug. Hierover schijnt een formeel rechtsgeding ontstaan te zijn, want de bovenstaande oorkonde is opgemaakt volgens de procesorde, die van oudsher bestond en ook werd nageleefd in het Rijkshof, wanneer de Deutsche koning zelf ten gerichte zat. Caput XXI van het Landrecht van Veluwe: Van ordel und ordelwyseren, gold tot aan de invoering der nieuwere wetgeving.

(Unicus)  
No. 286.

Hendrik, graaf van Zutphen, en Hendrik, graaf van Gelre, getuigen in de oorkonde, waarbij koning Konrad III aan de kerk van Utrecht het recht toekent, zelve den bisschop te kiezen.

18 October 1145.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Conradus, divina favente clementia rex Romanorum tertius.

Si ecclesias Dei amplificamus et earum iura regali auctoritate tuemur et confirmamus, antecessorum nostrorum piorum regum et imperatorum exempla imitamur, etc.

Ut autem haec, etc.

Idoneos testes, qui praesentes aderant, subnotari fecimus, quorum nomina haec sunt: Ancelinus Havelburgensis episcopus, Albero Leodiensis episcopus, -Nicolaus Cameracensis episcopus, Udo Osenburgensis episcopus, Walramus dux, Wilhelmus comes Palatinus, Henricus comes de Zutphenne, Arnoldus comes de Clivo<sup>x</sup>, Adolphus comes de Monte, Henricus comes de Gelre, Conradus frater noster praepositus Traiectensis, Emo praepositus sancti Bonifacii, Conradus Tielensis praepositus, Lambertus sancti Petri praepositus, Godefridus de Renen, Alardus de Megene, Otto praefectus Traiectensis, Egbertus de Amstele, Bertoldus de Aldenseele, Iacobus de Satersloe. +1142

Signum domini Conradi Romanorum regis III.

Anno Dominicae incarnationis MCXLV, indictione VIII, XV kal. Novembris, regnante Conrado Romanorum rege tertio, anno vero regni eius VIII.

Data apud Traiectum in Christo, feliciter.

Heda, Historia, p. 163, in eene bevestigingsbul van paus Eugenius, van 18 Maart 1146.

Had Bondam, Charterboek, bl. 193, noot (a), deze oorkonde niet gebezigd om te bewijzen dat, toen zij opgemaakt zoude zijn, de graafschappen Zutfen en Gelre nog niet vereenigd waren, ik zou haar niet opgenomen hebben, want zij is onecht, evenals de pauselijke bul, waarin zij voorkomt. Van de getuigen toch was hertog Walram reeds gestorven in het jaar 1138, de paltsgraaf Willem in 1140, Udo, bisschop van Osnabruck, in 1141, en de opvolger van Albero als bisschop van Luik was den 12<sup>den</sup> Mei 1145 reeds gekozen. Vgl. Van Spaen, Inleiding, 1, bl. 247; Moll, Kerkgeschiedenis, II, 1, bl. 310; Jaffé, Regesta pontificum, Litterae spuriae, no. 410.

### No. 287.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III de voorrechten der kerk van Kamerijk bevestigt.

30 December 1145.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Conradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Praedecessorum debet privilegia conservare, qui sua vult a decessoribus instituta servari, etc.

Huius rei testes sunt: Arnulphus Coloniensis archiepiscopus, Henricus Leodiensis episcopus, Wernerus Monasteriensis episcopus, Ortliebicus Basiliensis episcopus, Philippus Osenbruggensis episcopus,

Albero Verdunensis episcopus, Anselmus Havelenburgensis episcopus, Wibaldus Stabulensis abbas, Godefridus Prumiensis abbas, Lambertus Werdinensis abbas, Anno Andensis abbas, Heremannus palatinus comes de Rheno, Henricus de Lemburch et frater eius comes Waleramus de Arlon, Otto comes de Rinecka et filius eius Otto, Loudevicus comes de Lon, Adolfus comes de Monte, Hugo comes de Dagesburch, Otto comes de Ravensberch, Otto comes de Duraz, Heinricus comes de Gelren, Hermannus comes de Cuick, Rubertus comes de Luisemburch, Albertus comes de Worvenich, Wilelmus comes de Iuliaco, Henricus comes de Katzenelenbogh, Marquardus de Grumbuch, Tibertus de Spilemberch.

Signum domini Conradi Romanorum regis secundi.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntinensis archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo quadragesimo sexto, indictione octava, III kalend. Ianuarii, regnante Cunrado Romanorum rege secundo, anno vero regni eius octavo.

Data est Aquisgrani in regio palatio feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, 1, p. 180.

No. 288.

Paus Eugenius III bevestigt de abdij Abdinchof te Paderborn in het bezit harer goederen te Renkum, Putten, Voorthuizen, Appeltern, Tuil, Niewaal, Hellow, Haaften en Gameren.

7 Mei 1146.

Eugenius, servus servorum Dei, dilectis filiis, Conrado abbati monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod in Patherburnensi civitate situm est, etc.

In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Widum, etc.

Radengheim cum capella et decima super dimidiam villam, Putthen curtem et ecclesiam cum dimidia decima et capellam in Vorthuson, ad ecclesiam eandem pertinentem, Appele, Wehsle [Appelenterne], in Thesterbrant curtem cum tota familia, ecclesiam in Duilon cum quatuor capellis, videlicet Niwelen, Hellue, Hasten [Haften] et Gamberem cum dimidia decima, etc.

Ego Eugenius catholicae ecclesiae episcopus. Ego Albericus Hostiensis episcopus, etc.

Data Sutrii per manum Roberti s. Romanae ecclesiae presbiteri

cardinalis et cancellarii, non. Maii, indictione VIII, incarnationis  
Dominicae anno MCXLVI, pontificatus vero domini Eugenii III papae  
anno secundo.

Schaten, Annales Paderbornenses, p. 765.

---

No. 289.

Paus Eugenius III bevestigt de abdij te Deutz in het bezit harer goederen  
te Eltingen, Velp, Rijnwijk, Setten en Heringen.

17 Juni 1147.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei.

Dilectis filiis Gerlaco abbati monasterii s. Heriberti in Tuitio eius-  
que fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam pro-  
fessis, in perpetuum.

Quoniam sine vero cultu religionis nec caritatis unitas potest con-  
sistere, etc.

In Merchem curtem, in Vellepe curtem, in Rinwich curtem, in  
Wic et Wertinge et Odnige iustitiam regalem, in Settene ecclesiam  
cum decima, in Gladbech ecclesiam et curtem, in Wermere curtem,  
in Hatnecke ecclesiam et curtem, in Elipe curtem, in Rodhe curtem  
cum capella, in Heringe ecclesiam et curtem. In Pelechem curtem  
cum capella, etc.

Datum Meldis per manum Guidonis sancte Romane ecclesie diaconi  
cardinalis et cancellarii xv kal. Iulii indictione x, incarnationis  
dominice anno MCXLVII pontificatus vero domini Eugenii III pape  
anno III.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n°. 357, S. 244.

Gelijke bevestigingen werden gegeven door den tegenpaus Victor den 28<sup>sten</sup> Maart  
1161 en paus Innocentius III den 28<sup>sten</sup> April 1207.

---

No. 290.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III  
voorrechten der abdij Werden bekrachtigt.

17 October 1147.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Cuonradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Notum sit omnibus Christianę religionis et Romani imperii fideli-  
bus, quod Werthinense monasterium, etc.

Huius rei testes sunt: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Wernerus Monasteriensis episcopus, Heinricus comes de Gelre, Henricus comes de Limburch, Adolfus advocatus ecclesie et Everhardus filius eius, Ruotbertus comes de Lurenburch, Godefridus et Herimannus de Cuiche.  
Signum domni Cuonradi secundi.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Data XVI kalendas Novembris, anno Dominicę incarnationis MCXLVII, indictione X, regnante Cuonrado Romanorum rege secundo, anno regni eius X.

Actum Niumago feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 359, S. 245,  
naar het oorspronkelijke.

Hoezeer indictie en regeeringsjaren overeenkomen met het jaar 1147, kan dit niet juist zijn, noch de handeling te Nijmegen hebben plaats gehad; want in October van dat jaar was de koning te Niceën en Dorylaeum, werd zijn leger geslagen en nam hij de vlucht. Brief van den koning aan den bisschop Wibald, bij Jaffé, Monumenta Corbeiensia, p. 152, Iohannes Cinnamus, Epitome rerum ab Ioanne et Alexio Comenis gestarum, p. 81 der uitgave van Meineke.

Is de oorkonde echt, waaraan door deze grove vergissing zeer te twijfelen valt, dan zal de dagteekening moeten zijn 17 Mei 1151, toen de koning werkelijk te Nijmegen was. Zie n<sup>o</sup>. 297.

#### N<sup>o</sup>. 291.

Hardbert, bisschop van Utrecht, bevestigt de goederen der abdij Marienweerd daar, te Runoieresbosch, Deil, Enspijk, Rumpst, Gellicum, Beesd, Spijk, Tricht, Vurdene, Beuningen, Paveien, de kapel te Langsmeer, landen aan beide zijden van het meer, de tiende, census et iustitia in Beneden Tul.

In het jaar 1148.

Ego Hardbertus, Dei gratia Traiectensis ecclesiae humilis minister, dilectissimis filiis Rotberto, abbati de Insula sanctae Mariae, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris temporibus substituendis, in perpetuum.

Quamquam universi nostrae ecclesiae filii ad nos respectum consolationis in necessitatibus suis debeant habere, etc.

In quibus haec propriis dignum duximus exprimenda nominibus: Insulam videlicet cum omnibus suis usibus, tres mansos in Runoieresbuse cum suis usibus et tertiam partem decimae et quidquid eadem ecclesia possidet in areis, pascuis, agris, Daila, Inspic, Rumede, Ghellinchem, Bise, Spic, Treiecti, Vurdene, Boninghen et in parochia Paveie tres mansos et decimam XX mansorum, capellam quoque



Langesmerh, cum fundo in quo sita est, liberam, et terras, quas ex utraque parte laci possidet, et in Inferiori Tillo universam decimam maiorem et minutam, censum et iusticiam XLV mansorum et ibidem tres mansos cum omnibus suis usibus. Decernimus etiam ut ordo canonicus, etc.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCXLVIII, indictione XI, sub testimonio tam prelatorum quam fratrum nostrorum, quorum nomina subscripta habentur; Ascellinus maioris ecclesiae decanus, Theodericus Embrecensis praepositus, Symon Thelensis praepositus, Alardus Aldeselensis praepositus, Arnoldus praepositus de sancta Maria, Engelbertus corepiscopus; canonici: Otto, Wilhelmus, Ioannes, Alardus, Rodolphus.

Cartularium van Mariënweerd.

No. 292.

Paus Eugenius III bevestigt de goederen der abdij Mariënweerd daar, te Ruinocerbosch, Deil, Enspijk, Rumpt, Gellicum, Beesd, Spijk, Tricht, Vurdene, Beuningen, Paveien, de kapel te Langsmeer, landen aan beide zijden van het meer, de tiende, census et iustitia in Beneden Tul.

23 April 1148.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Roberto, abbati de Insula sanctae Mariae eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum, ut etc.

In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsam videlicet Insulam cum omnibus usibus suis, in Ruinocerbuse tres mansos cum suis usibus et tertiam partem decimae, quidquid eadem ecclesia possidet in areis, pascuis, agris, Daile, Inspic, Rumed, Gellinchem, Bisd, Spic, Treiecti, Vurdene, Boninchen, in parochia Paveie tres mansos et decimam XX mansorum, capellam Langsmeere cum fundo in quo sita est, terras quas ex utraque parte laci possidet, totam decimam de inferiori Tillo, censum et iustitiam de XLV mansis et tres mansos ibidem cum omnibus suis usibus. Statuimus etiam, etc.

Ego Eugenius, catholicae ecclesiae episcopus. Etc.

Datum apud Claram Vallem per manum Guidonis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VIII kalendas Maii, indictione XI, incarnationis Dominicae anno MCXLVIII, pontificatus vero domini Eugenii papae III anno III.

Cartularium van Mariënweerd.

## No. 293.

Hendrik, graaf van Gelre, tegenwoordig, toen Arnold, aartsbisschop van Keulen, het slot Drachenfels aan het s. Cassiusstift te Bonn gaf.

In het jaar 1149.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Notum esse volumus omnibus, tam futuris quam presentibus Dei fidelibus, quod ego Arnoldus, Dei misericordia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, turrin, que est in castro Drachenfels et partem ceterorum edificiorum multis laboribus et expensis extruxi, etc.

Acta sunt hec anno verbi incarnati MCLVIII, testibus his presentibus et consentientibus, etc.

Presentibus etiam nobilium et probabilium laicorum personis: Henrico comite de Gelre, Herimanno de Kuich, Willehelmo comite de Iuliaco et fratre eius Gerardo, Tiderico comite de Ara, Ottone de Hostade, Regenero de Krichenbeche, Arnolde et Gerardo de Blankenheim; ministerialibus etc.

Günther, Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus, I, no. 148,  
S. 318, naar het oorspronkelijke.

## No. 294.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Godfried, hertog van Lotharingen, de voogdij over de abdij Tongerlo aanneemt.

In het jaar 1150.

In nomine sanctae Trinitatis ac individuae Unitatis.

Notum esse, etc.

Et ut huius actionis auctoritas tempore presenti et futuro inconvulsa permaneat, hanc chartam inde conscriptam sigillo nostro signari fecimus. Ea vero, etc.

Huius rei testes sunt: Ludowicus comes de Lon, Arnoldus comes de Arschot, Henricus comes de Gelre, Otto comes de Duraz, Leonius de Bruxella, Wilhelmus de Birbeka, Reinerus de Tildone, Gerardus de Hildeberche, Henricus Sneparth, Reinerus de Heverle, Goscelinus de Holthem, Arnoldus dapifer et frater eius Godefridus, Godefridus de Felnes, Frameritius de Ruberge.

Si qua autem, etc.

Actum anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 536.

## No. 295.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Godfried, hertog van Lotharingen, belooft de advocatie der abdij te Tongerlo getrouw te zullen waarnemen.

In het jaar 1150.

In nomine sanctae Trinitatis ad individuae Unitatis.

Notum esse volumus, tam futuris quam praesentibus, quod ego Godefridus, dux Lotharingiae, pro remedio animae meae praedecessorumque meorum, ad petitionem domini Henrici venerabilis abbatis de Tongerlo fratrumque suorum, advocatiam illius loci a glorioso Romanorum rege Conrardo susceperim, etc.

Et ut huius actionis auctoritas tempore presenti et futuro inconversa permaneat, hanc chartam, inde conscriptam, sigillo nostro signari fecimus. Ea vero, quae ad ecclesiasticam censuram pertinent, dominus papa Eugenius suo privilegio corroboravit, etc.

Huius rei testes sunt: Ludowicus comes de Lon, Arnoldus comes de Arschot, Henricus comes de Gelre, Otto comes de Duraz, Leonius de Bruxella, Wilhelmus de Birbeka, Reinerus de Tildonc, Gerardus de Hildeberche, Henricus Sneparth, Reinerus de Herverle, Goscelinus de Holthem, Arnoldus dapifer et frater eius Godefridus.

Miraeus, Opera diplomatica, 1, p. 536.

De oorkonde, waarbij koning Conrad aan Godfried, hertog van Neder-Lotharingen, graaf van Leuven, de voogdij over alle kerken in zijne landen opdraagt, bij Butkens, Tropheés de Brabant, Preuves, p. 39, is, evenals de bovenstaande, zonder dagteekening. Daar Godfried, volgens de voorgaande oorkonde, de voogdij in het jaar 1150 aannam, kan deze, als een gevolg van die, op hetzelfde jaar gesteld worden.

## No. 296.

Hendrik, graaf van Gelre, neemt deel aan de keuze van een bisschop van Utrecht, in plaats van den overleden Hartbert.

In het jaar 1150.

Hartbertus Traiectensis episcopus obiit. Post cuius obitum de eligendo episcopo grandis discordia, tam inter clericos quam inter laicos, facta est, aliis Frithericum, filium Adolphi comitis de Hùvele, aliis Heremannum prepositum sancti Gereonis de Colonia eligentibus. Comites siquidem, ecclesie homines, Gelrensis Henricus, Holtlandensis Theodericus, Clevensis Theodericus, Hermannum investiri instantissime laboraverunt. Omnes autem ministeriales et cives civitatis Traiectensis

et Davantrae et omnes agricultores et cuiusque officii homines Fritheroico devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vitae periculum pro se subire non dubitarent. Sed pars nobilium, ut solet, alteram depressit et comes Holtlandensis bellica manu Herimannum in episcopium introduxit.

Annales Egmondani, bij Pertz, Monum.,  
Script., xvi, p. 456.

Vgl. Otto, Frisingensis episcopus, Gesta Friderici imperatoris, lib. 1, cap. 62, bij Pertz, Monum., Script., xx, p. 388.

Koning Konrad zond, toen de Utrechtsche bisschopsstoel ledig was, legaten naar Utrecht met last: motus temerarius, qui in rebus huiusmodi suboriri solent, te verhoeden en aan eiusdem urbis clero, honoratis et populo, ut, depositis partium studiis, sese electioni futurae in spiritu concordiae et humilitatis committerent. Na de keuze zond hij, de tantae ecclesiae ruina compassione clementi condolentes, andermaal legaten, met bevel aan de gekozenen, om den 18<sup>den</sup> Maart 1151 voor hem te verschijnen. Venit Herimannus ad presentiam nostram cum suis electoribus. Sed illi, qui iuvenem [Frithericum, hominem infra aetatem et ordines] elegerant, iuveniliter agentes, neque venerunt neque canonicam excusationem seu legitimam transmiserunt. De koning bevestigde de keuze van Herman, en verzocht paus Eugenius ut opus, a nobis laudabiliter inchoatum, benedictione sacrae manus vestrae perficere et confirmare non abnuatis et labentis ecclesiae Traiectensis ruinam celeri benedictione fulciatis. Brief van den koning aan den paus, bij Jaffé, Monumenta Corbeiensia, p. 452.

Hieruit blijkt, dat de opmerking van den Egmondschen Annalist niet juist is, doch tevens, dat deze bisschopskeuze tot vele gewelddadigheden aanleiding gaf, waaronder de Veluwe en een gedeelte van het Zutfensche stellig veel geleden zullen hebben.

---

#### No. 297.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Konrad III de ondergeschiktheid van het klooster Hastière aan de abdij te Wausore bevestigt.

17 Mei 1151.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Cuonradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus.

Ad implendam munificentiam pertinet bene de republica merentibus premia rependere, etc.

Et ut haec constitutio rata et immobilis per cuncta successura tempora permaneat, presens preceptum conscribi mandavimus nostraeque signo imaginis impresso, testes, qui actione et iudicio interfuerunt subternotari iussimus. Arnoldus Coloniensis ecclesiae electus, nostrae curiae cancellarius, Heinricus Leodiensis episcopus, Otto frater noster, Frisingensis episcopus, Warnerus Monasteriensis episcopus, Philippus Osebrugensis episcopus, Albertus Misinensis episcopus, Herimannus

Traiectensis electus, Wibaldus Stabulensis et Corbeiensis abbas, Lambertus Werdenensis abbas, Adolfus comes de Montibus, Heinricus comes de Gelra, God[efridus] et Hermannus fratres de Kuic, Marquardus de Gruenbach, Albertus de Druendinga.

Signum domini Cuonradi secundi Romanorum regis invictissimi.

Actum in palatio Noviomagi anno Dominicæ incarnationis MCLI, indictione XIII, XVI kalendas Iunii, regnante domino Cuonrado Romanorum rege secundo, anno regni sui XIV, in Christo feliciter. Amen.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Jaffé, Monumenta Corbeiensia, n<sup>o</sup>. 328, p. 457.

N<sup>o</sup>. 298.

Keizer Frederik I herstelt den burg te Nijmegen.

Tusschen de jaren 1152 en 1160.

Palatia siquidem a Karolo Magno quondam pulcherrima fabricata et regias clarissimo opere decoratas apud Noviomagum, iuxta villam Inglinheim, opera quidem fortissima, sed iam tam neglectu quam vestutate fessa, decentissime reparavit et in eis maximam innatam sibi animi magnitudinem demonstravit.

Hæc a glorioso principe acta sunt usque ad præsentem annum, qui ab incarnatione Domini millesimus centesimus, regni autem eius septimus, imperii quintus numeratur.

Otto, Frisingensis episcopus, Gesta Friderici imperatoris, lib. iv, cap. 76, bij Pertz, Monum., Script., xx, p. 490.

N<sup>o</sup>. 299.

Koning Frederik I beslist het geschil tusschen G. van Heinsbergen en het klooster van s. Remigius te Reims, wegens de voogdijrechten over de curiæ Meersen, Clumna, Schinne, Schinmorta en Beek.

In het jaar 1152.

Fredericus, Dei gratia Romanorum rex.

Ad precipendas occasiones dissensionum inter dominum G. de Heimesberg et confratres de ecclesia sancti Remigii, qui in curia Marnensi gravem iniuriam a predicto G. se perpessos esse sepius conquesti sunt,

misimus nuntios nostros R., decanum Aquensem, et A., scultetum, et Macelinum, marscalcum nostrum, qui diligenti inquisitione perquirent, quid iuris dominus G. in curia Marnensi ex advocatia, quae ad regnum pertinet, habere deberet et veritatem rei scripti attestatione nobis representarent. Sicut igitur predicti nuntii nostri ab hominibus, qui ad prenominatam curiam pertinent, iuramenti assertione veraci relatione cognoverunt, scripto presentis paginae ad communem notitiam deferebant. In curia Marnensi haec sunt iura regni: in tribus generalibus placitis tertia pars omnium, quae acciderint, domini regis est, duae vero reliquae ad curiam pertinent. Alio autem tempore, si quid forte emerit, videlicet effusio sanguinis vel latrocinium, prima quidem domini regis est, altera vero curiae, tertia autem comitis erit. Preterea in tribus singulis generalibus placitis xx solidos et unum ex debito iure dominus rex habebit et modium tritici. Supersunt autem tres curiae: Clumma, Schinna, Schinmorta, quae pariter in singulis predictis placitis x et viii solidos et modium tritici reddunt. Preterea lx et unum et dimidium avenae maldra in natale Domini solvenda. Adhuc etiam predicta curia, Clumma scilicet, xl maldra pro Marna domino quoque regi persolvit. In saepedictis placitis Becca etiam vi solidos, toto autem anno xii avenae maldra duobus sumbrinis minus. Asserit praeterea saepedicta curia Marnensis et veraciter affirmat, se nullum prorsus debere habere advocatum, nisi vel ipsum dominum regem vel eum, quem ipse propria manu sibi substituerit. Hoc veritate cognita de curia Marnensi, sub obtentu gratiae nostrae precipimus, ne ultra prescriptum servitium quisquam advocatus maius servitium in posterum expostulare presumat.

Huius rei testes sunt: Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Bernardus Padeburnensis, Arnoldus cancellarius, Henricus notarius, dux Welpho, marchio Albertus, comes Ulricus de Lencenburg, Marquardus.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis mclii, indictione xiii, anno etiam domini regis Frederici primo.

Data Padeburne, per manus Arnoldi cancellarii.

Böhmer, Acta imperii selecta, no. 93, S. 86.  
naar het oorspronkelijke te Brussel.

Godschalk verdraagt zich met Frederik II, bisschop van Munster, over het slot Loon en het bosch Lisner; ontvangt van hem in leen regimen populare over de kerspelen Loon, Winterswijk, Aalten, Varseveld, Zelhem en Hengelo, dat hij beweerde uit zijn gravenambt te bezitten, ten einde het voor den bisschop als alii vulgares comites te bewaren.

In het jaar 1152.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Quoniam multiplicibus laboribus accrescere solent novę questiones prioribus, visum est nostrę parvitatıs ingenio, quędam quę tractata sunt nostri temporis articulo, scripturę commendare memorię, ut tam sint nota futurę posteritati, quam presentium Christo credentium sanctitati. Igitur ad Monasteriensis ecclesię tutamen munitio constructa fuit in villa, quę dicitur Lon, qua post obitum venerabilis episcopi Wernheri quidam nobilis homo, Godescalcus nomine, se in-beneficiatum esse asseruit. Domnus autem Frithericus secundus, factus episcopus, his Godescalci iuste renitens assertionibus, ipsam munitio-nem eum iniuste sibi se mancipasse publica profiteri compulit, hoc interposita conditione, ut Godescalcus, portę clavibus sibi creditis, quamdiu viveret, castellanus sine ulla offensione permaneret, nisi forte pro aliquibus excessis omni suo beneficio iuste privaretur. Domnus etiam episcopus edificia sua munitioni superponeret et omni tem-pore sibi pateret, ut si forte ipsum vel quemquam suorum alicuius werre vexaret molestia, huius munitio-nis tutamento muniretur. Est et alia interposita conditio, ut vivarium, quod ipsam municionem circumfluit, in solius episcopi potestate permaneret. Habet etiam Monasteriensis ecclesia forestum in nemore, quod dicitur Lisnere, quo se prefatus Godescalcus nichilominus imbeneficatum affirmavit, quod similiter se sibi iniuste usurpasse recognovit, ita tamen, ut singulis annis duos cervos et duas cervas, aprum et suem, non amplius bene-ficiario iure possidet. Omnes quoque querelas, per forestarios ad ipsum delatas, corrigeret et compositiones, LX videlicet solidos, in proprios usus susceperet et si qua sunt alia iura forestariorum. Quod si forte in his alicuius gravedine molestatus coram episcopo querelas detulerit, domnus episcopus ad suę maiestatis beneplacitum et proficuum omnes compositiones reciperet. Idem etiam Godescalcus, post excessum beati Wernheri episcopi, unius diei episcopale servicium de curte Lon in proprios usus contraxerat, quod sicut et cetera se iniuste distraxisse recognovit. Regimen etiam populare super VI parrochias, Lon scilicet,

Winetherswik, Aladon, Versnevelde, Selehem, Hengelo, quod se ex comitatus sui iusticia possidere iactabat, sicut alii vulgares comites ab episcopo servandum suscepit.

Acta sunt hæc anno Dominicę incarnationis MCLII, indictione XV, presidente Romanę ecclesię Eugenio secundo, regnante gloriosissimo Romanorum rege Frithérico I.

Et ut hæc in perpetuum inconvulsa permaneant, domnus Frithericus episcopus hanc cedula[m] proprii sigilli impressione insignivit.

Huius rei testes sunt Heinricus maior prepositus, Engelbertus prepositus, Engelbertus Frisię prepositus; liberi: Godescalcus de Versnevelde, Winemarus et Adalhardus fratres eius; ministri: Bernhardus de Dulmene, Stephanus de Frethene.

Erhard, Codex diplomaticus, II, n<sup>o</sup>. 284, S. 66,  
naar het oorspronkelijke te Munster.

Wat moet verstaan worden onder regimen populare, van comitatus onderscheiden? Welke is de bediening der comites vulgares, leenmannen van den bisschop, die tegen de gewone graven schijnen over te staan? Es bleibt hier also ein Problem, das noch zu lösen wäre. Dr. Stüve, Untersuchungen über die Gogerichte in Westfalen und Niedersachsen, S. 41. Vgl. S. 49.

### N<sup>o</sup>. 301.

Paus Adriaan IV bevestigt de bezittingen der kerk te Luik, waaronder Heerewaarden.

Tusschen de jaren 1154 en 1159.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico, Leodiensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Iniuncti nobis a Deo apostolatus officium, etc.

Preterea quicquid habet iuris in castris, villis, etc.

Heiste, Turines, Herewardes ex dono nobilis mulieris comitissae Ermengardis, allodium de Woroume cum omnibus appenditiis suis.

Pacem etiam, etc.

Ego Adrianus, quartus huius nominis catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Chapeville, Gesta pontificum Tungrensium, II, p. 105.

Jaffé, Regesta pontificum Romanorum, n<sup>o</sup>. 7069, p. 674, plaatst deze ongedagteekende bul tusschen de opgegeven jaren.

In eene dergelijke bevestigingsoorkonde van keizer Frederik, van den 7den September 1155, bij Miraeus, Opera diplomatica, II, p. 826, komt Heerewaarden niet voor. Men leest er: castrum Triuges cum advocatia et familia et omnibus pertinentiis, castrum de Woroume cum villa et familia et omnibus appenditiis suis et advocatia, sicut tradidit nobilis comitissa Emengardis beato Lamberto pro remedio anime sue.



Bezittingen en inkomsten der abdijs Deutz, en hoe de abt jaarlijks de curtes in de Nederlanden bezoekt.

Tusschen de jaren 1155 en 1165.

Hii ditare suis studuere locum benefactis.

Beatus pastor et patronus noster, sanctus videlicet Heribertus, vivente Ottone tercio imperatore, ipsius ope et consilio animatus et igne divini amoris inflamatus, hanc, ut ecclesiam Deo eiusque pie matri construeret, vovit; defuncto vero cesare, votum perficiens, eam construxit et dedicavit ---

Ipse autem sanctissimus pater noster tradidit --- predium in Linne, --- predium in Heringe; --- successor eius Pilegrinus --- ecclesias in Heringe et in Unna ---

Heinricus quartus imperator --- duo talenta in Tiele castro ecclesie nostre concessit. ---

Baldricus, comes de Oplathe vel Houberch, dedit, sancto Heriberto viventi, Mursa et Mereheim, Stocheim et Eltinge, Vellepo et Rinwich, cum duabus ecclesiis Ostervelda et Marlare et tercia in Byrthine iuxta Csanctum et in Sethena ecclesiam cum decima.

Ida [Adela] quoque cometissa, eius coniux, in casula auro texta et mappulis, de serico factis, ecclesiam mirifice decoravit. Obitus comitis nonas Iunii, cometisse vero xi kal. Aprilis celebratur. ---

De possessionibus ecclesie.

De iure curtium, ad hanc ecclesiam pertinentium scribere volentes, ---

De Rinwich antiquitus xxx maldra salis solvebantur, sed nunc xxx solidi Daventriensis monetę pro eis solvuntur, ad magnum ecclesie dampnum. Septem etiam talenta pridem solvebantur, quorum modo nullum solvitur, quia partim inbeneficiata sunt, partim quia ab aquarum inundatione et advocatorum depopulatione illa possessio penitus devastata est. Adhuc tamenolvere debet in festo sancti Heriberti lxxx lucios, quorum unusquisque inter caput et caudam mensuram pollicis ulnę habeat; dimidiam marcā ad Cruces de capitali censu et de denariis iugerum. In festo sancti Bartholomei villicus pro servitio abbatis triginta solidos dabit et eius nuntiis uno die serviet. Ad servitium advocati xv solidos, familia autem de mansis xlviij porcos et in festo sancte Martini vii talenta persolvat. Ad unum quemque autem porcū duo pulli pertinent.

De Rene ---

De Vellepo solvit villicus xii maldra tritici et vi siliginis, xxv

maldra avenę et IIII. o. [c] arietes. In festo sancti Heriberti quatuor numerationes alleciorum, id est allecia DCCC, et xx lucios, eiusdem longitudinis et magnitudinis, qua illi erunt de Rinwich. In festo sancti Bartholomei pro servitio abbatis xxx solidos et eius nunciis duobus diebus serviet. Cellerario pro pisce et caseis et ovis VIII fer-tonos dabit, id est solidos LXVII et denarios VI. Camerario unam pellem bovis et hirci. Ad servitium advocati - - - Familia solvit in festo sancti Bartholomei VIII solidos pro tribus porcis, xxv maldra avenę et in festo sancti Martini VIII talenta et dimidium et III solidos.

In Eltinga villicus solvit XII maldra tritici et VIII siliginis, xxv maldra avenę et XXIII arietes. In festo sancti Heriberti tantum alle-ciorum et luciorum quantum villicus de Vellepo. Cellerario et came-rario tantum quantum villicus de Vellepo. In festo sancti Bartholomei abbati et nunciis eius tantum quantum villicus de Vellepo. Ad ser-vitium advocati tantum quantum illi de Vellepo. Familia solvit VIII porcos aut pro unoquoque porco IIII solidos, xxv maldra avenę. In festo sancti Martini IIII talenta.

De Mereheim - - -

De visitatione inferiorum curtium.

Quando abbas circa festum sancti Bartholomei ad has inferiores curias vult proficisci, sollemniter ire debet, id est cum duobus cap-pellanis vel tribus et militibus v vel VI, cum ministris sufficientibus, scilicet camerariis, pistoribus, cocis, dapiferis, pincernis atque aliis hominibus diversa ministeria exhibentibus. Ad quancumque sane vil-lam suę ditionis venerit, villicus ei in omni habundantia, scilicet in carnibus, piscibus et in omni ciborum apparatu, servire debet, ex-cepto vino et pipere, horum enim habundantiam ipse secum in navi deferet.

Ibit enim in equis et navigio, quam navim familię curtium de curti et ad curtim inferius et superius deducet.

Prima eius mansio est apud Langela. Illuc navim deducet illi de Leichlinga aut tribus solidis rediment. Sequenti mane villicus pran-dium affluens in navi illi preparabit, quam illius curtis familia usque Bilke perducet. Huius curtis familia ita ibi erit parata, ut statim eam intrantes usque Berka ipsa die eam perducant. Equi autem ab-batis eiusque comitum circa vesperam apud Hale ita erunt in promptu, ut eos ascendentes ad curtim Mursa tempestive perveniant. Sequenti die cum familia placitabit et census suos suscipiet. Sequenti deinde crepusculo, preparatis a villico sufficienter cibariis, ascendet navim, quam familia illa usque Eltinge deducet. Ibi etiam sequenti die cum

amilia placitabit censusque suscipiet. Ipsa die post nonam, ascensa navi vel equis, ad curtim Vellepo veniet. Illuc quoque navim illi de Eltinge deducunt. Illuc sequenti die placitabit censusque suscipiet. Ascensa autem navi, quam illi de Vellepo deducunt, ad Rinwich ieiunus, quoniam vigilia sancti Bartholomei est, perveniet. Ibi quoque ipso sancto die placitabit et porcos cum gallinis alios quoque census suscipiet. Peractis vero omnibus, ascensis equis ad Vellepo rediet, ibi eum villicus bene hospitabit.

Familia vero de Rinwich navim usque Arnheim deducunt et porcorum agitadores dabunt. Ubi altero mane pransus ascensis equis ad Embrico vel ad Resa perveniet. Ibi eum villicus de Eltinga hospitabit. Familia autem de Vellepo navim de Arnheim usque Vurnheim deducunt et porcorum agitadores dabunt. Villicus autem de Vellepo et villicus de Eltinga uterque maldrum avenę navi imponent, ad debiles porcos et pullos sustentandos. Familia quoque de Eltinga de Vurnheim usque Mereheim navim deducunt et porcorum agitadores dabunt. Abbas autem apud Embrico vel Resa pransus, ascensis equis, Mereheim perveniet. Sequenti die cum familia placitabit censusque suscipiet. Post hoc pransus, ipsa die Tuicium revertatur. Villicus autem de Mereheim maldrum avenę navi imponet, quam familia usque Bilke deducet et porcorum agitadores dabunt. Familia vero de Bilke navim usque Langela deducet et porcorum agitadores dabit. Familia quoque de Langela susceptam navim usque Tuicium producet.

Omnes autem villici nauclero III denarios monete gravis aut VI denarios monete levis dabunt, unusquisque scilicet in sua curti, et equorum ductoribus abbatis, scilicet armigeris, prandia et transvectiones, ubicunque opus fuerit, providebunt.

Quod si abbas per se non fuerit profectus sed nuncios direxerit, universa, que diximus, abbati exhibebuntur. Exhibunt autem in die sanctę Helenę et in die sancti Iohannis revertentur.

Ad navigii solutionem in autumnno uno anno III solidos, alio xxx denarios.

De Leichlinga villicus solvit ---

De Linne villicus solvit in festo s. Michahelis XXII maldra bracci, VI maldra caseorum, ova DC; in festo sancti Michahelis pro servitio abbatis dimidiam marcam et in Purificatione aliam, camerario pellem bovis et hirci; in festo sancti Heriberti salmonem. Census familie: in festo sancti Michaelis XXI maldra bracci, XXI maldra avenę, ad pisces VII solidos; ad servitium advocati ---

De Lenehuse ---

Villicus de Houmere i marcam in Maio, villici de Vellepe et Eltinga aliam in eodem --- villicus de Eltinga [servit] in Iunio, villicus de Vellepo in eodem --- villici de Linne et Vische in eodem. ---

Siquis autem pro porco suo et ove denarios voluerit dare, pro porco XII denarios Colonienses, pro ove VI dabit; de caseis vero conventionem faciet qualemcumque potest.

Similiter et villici, qui abbatis servitium denariis redimunt, XII solidos monetę Coloniensis dare debent pro marca, preter villicos quatuor curtium, scilicet Mursa, Mereheim, Vellepo et Eltinga. Nam isti non plus, quam eis antiquitus constitutum est, in sua moneta dare volunt. Illi scilicet de Mursa et Mereheim XII solidos monete Dusburgensis pro marca I, xxx solidos monetę Daventriensis.

Alii omnes, si quid volunt denariis redimere vel porcos aut oves aut caseos, sive a camerario coria, Coloniensibus denariis rediment. Ceterum census suos de moneta, in qua manent, solvent.

Thidricus edituus Tuiciensis, bij Lacomblet,  
Archiv, v, S. 267.

### N<sup>o</sup>. 303.

Herman, bisschop van Utrecht, geeft de curtis Broek terug aan het kapittel van s. Peter.

In het jaar 1155.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Notum eat universis christiane religionis presentibus et posteris, quod ego Hermannus //, ęcclesię Traiectensis minister humilis dignatione divine clementie vocatus episcopus, curtim, quę nostro vulgari // Broch nuncupatur, quam gloriosus imperator Heinricus quartus pro redemptione delictorum suorum beato Petro ad eius // ęcclesiam, igne consumptam, reficiendum donavit, a quibusdam meis predecessoribus, magis auctoritate potestatis quam ratione iuris, aliis usibus mancipatam, fratribus ęcclesię prefati principis apostolorum, crebris petitionibus et concilio prudenti priorum ęcclesię Traiectensis, resignavi quatenus ipsi fideliter et dispensatione diligenti fructus et usus eiusdem curtis ad utilitatem et honestatem ęcclesię convertate cartam, quoque presentem sigillo meo signatam ipsis in testimonium huius rei tradidi, quatenus hoc factum ratum et inviolatum perpetuo permaneat, et ne quis contra hoc quicquid impie moliat, anathematis vinculo confirmavi.

Acta sunt hec anno millesimo CLV incarnationis Ihesu Christi, indictione III, anno IIII regni regis Fridrici, anno IIII mee consecrationis.

Testes quoque adhibui, quorum nomina sunt subscripta: Azelinus decanus maioris ecclesie, Andreas prepositus sancti Petri, Arnoldus prepositus sancti Iohannis, Engelbertus chorepiscopus, Rodulfus, decanus sancte Marie, magister Walterus, Alardus camerarius et alii plures.

Naar het oorspronkelijke op den huize Biljoen.  
Het zegel is gedeeltelijk nog gaaf.

---

No. 304.

Hendrik, graaf van Gelre, is advocaat van het kapittel van s. Marie te Utrecht, toen de grenzen der goederen van dat kapittel en Egbert van Aemstel door keizer Frederik I bepaald werden.

Omtrent Paschen 1156.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Ego Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator augustus.

Notum facio, tam posteris quam presentibus, quomodo // contentionem, que inter fratres nostros, canonicos videlicet b. Marie, et Egbertum, ministerialem b. Mar//tini fuerat, absciderimus et quomodo eorum querimoniam, que coram nobis mota est, prudenti principum con//silio terminaverimus. Cum enim dicti fratres cum ipsorum advocato Heinrico, videlicet comite de Gelre, coram nobis conquererentur, quod idem Egbertus quorundam novalium iustitiam, censum, decimas, quas coram Hertberto, bone memorie episcopo, eis recognoverat, iterum invasisset et ad hoc probandum testes idoneos produxissent, ipse arctatus, dispensationi tandem cessit, et ea, de quibus fratres conquerebantur, tam ecclesie quam advocato et fratribus coram nobis resignavit. Sed nichilominus tamen orta contentione de latitudine terminorum, principum consilio et utriusque partis consensu, prudentes regionis illius viros, Walterum videlicet de A, Alberonem de A, Henricum de Lonereslothe, Aloldum Cultel, sacramento constrinximus, ut acceptis sicut scirent, vel sicut perscrutari a veracioribus terre possent, sub attestatione iurisiurandi sui eos veraciter sequestrando decernerent. Idem ad nos reversi, contestati sunt a Brunteslothe fratrum esse omnem decimam nove terre usque ad terram Wilhelmi de Velsen et domum Walteri et ad vallum, quod dije vocant, excepto uno vorlant mensurato brevi virga XI pedum, a terra vero Wilhelmi et domo Walteri usque ad

Hursteldreheth et ad terminum Wisepe et contra flumen usque ad loca, ubi sunt curvature, quas kni vocant, ubi vero he non sunt ad mensuram dicti prius vorlant, decimam fratrum esse contestati sunt, decimam etiam earum terrarum, que Retvelt vocantur, et iustitiam et censum itidem fratrum esse contestati sunt; ex altera parte fluminis ab anne Sidannenwunde ad lacum, qui dicitur Vuermere, iustitiam et censum et in Curtenvene iustitiam et censum et omnem decimam ecclesie esse contestati sunt. Hec itaque omnia ecclesie et fratribus auctoritate nostra firmavimus, et ne quis inposterum infringere presumat, hac pagina, sigilli nostri impressione roborata, prohibuimus. Cetera vero, que adhuc de ecclesia b. Marie, fratribus contradicentibus, presumptuose et contumaciter retinet, iudicio episcopi discutienda relinquimus.

Acta sunt hec Traiecti anno Dominice incarnationis MCLVI, anno regni nostri v, imperii primo; principibus testibus Arnolde venerabili Coloniensi archiepiscopo, Henrico Leodiensi episcopo, Godefrido Traiectensi electo, comitibus Henrico de Gelre, Theodrico de Hollant, Theodrico de Cleve.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het kapittel van s. Marie te Utrecht, met zegel, hangende aan zijden koorden.

Dat keizer Frederik omstreeks Paschen te Utrecht was, blijkt uit Annales Egmundani, bij Pertz, Monum., Script., xvi, p. 460.

---

No. 305.

Het convent van s. Peter te Utrecht geeft tegen tins aan Hugo, zoon van Peregrinus, de tiende te Warnsfeld.

In het jaar 1157.

Praepositus Andreas, Herimannus decanus et totus beati Petri conventus in Traiecto Christi fidelibus salutem in vero salutari.

Notum facimus scripto praesenti praesentibus, quod pensionem decimarum, quae nostri iuris erat in Warnesfelde, dedimus Hugoni, filio Peregrini, tamen hoc verbo praehabito, ut ille singulis annis in Palmis XII libras donabiles aut marcam, item ibidem donabilem, in eadem memorata civitate nobis solvat. Ne quis vero, sicut humanum est, hinc circumveniri queat, hac pensione tenebitur, nisi nostra negligentia decimatio praedicta fuerit impedita. Solent enim Daventrienses praepositi, quod aliquando passi sumus, sua voluntate nostram infirmitatem ibidem praegravare, quod si deinceps contigerit lege pactorum nos in Hugonem convenire... Hoc quoque superaddimus, quod, si totiens

dictus Hugo praemortuus fuerit, quisquis ex filiis eius aut filiabus, si filii decesserint, hereditario iure beneficium suum suscipiet, idem eandem pensionem eadem lege ex dono nostro participabit, et post illum unum vel unam illam nullus successorum suorum quicquam iuris in toties memorata pensione proclamare poterit aut debet. Unum quoque superaddendum duximus propter inferutabile [?] cor humanum, ne quis post patrem huius et unum ex heredibus suis, sicut praetaxatum est, aliquid sui iuris in praedictis astruat, eo quod aliquis praecessorum suorum aliquid nobis per concessionem praememoratam donaverit. Testis est nobis quoque tale nichil in conscientia nostra fuisse.

Gesta sunt haec anno Domini mclvii, praesentibus testibus, quorum [nomina] subscripta perspicieris: Azelinus decanus maioris ecclesiae, Herimannus decanus s. Bonifacii, Cunradus decanus s. Iohannis, Rodulfus decanus s. Mariae, Henricus magister scolaris, Alberinus, Geldolfus, Wilhelmus Albus, Arnoldus, Baldewinus, Alfericus, Fezelinus; laici Walterus de Stapele, Wilhelmus comes de Gore, Theodericus frater domini episcopi; ministeriales Everhardus de Lage, Obricus Moie, Everhardus de Almelo.

Et hoc notandum, quod sub his ipsis testibus idem Hugo, tactis sacrosanctis reliquiis, iuravit de praenominata decimatione nulla vel suorum necessitate vel utilitate nulli quicquam vendere vel locare in beneficium dare vel alio quolibet modo fratribus nostris impendere vel alienare.

Uit de afschriften van A. Mattheus, Miscellanea, p. 1769,  
te Utrecht.

Deze oorkonde komt in het cartularium van het kapittel van s. Peter niet voor.

---

N<sup>o</sup>. 306.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Frederik I de voorrechten der kerk van Antwerpen bevestigt.

3 Juni 1157.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Quandocunque in his, quae ab antecessoribus nostris, regibus et imperatoribus, tradita et confirmata sunt, nostrae imperialis corroborationis pie exigitur suffragium celeri effectui est attribuendum, etc.

Ut autem haec donatio et confirmatio saepedictae ecclesiae s. Mariae omni tempore rata et inconvulsa permaneat, praesentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina haec sunt: Godefridus Traiectensis episcopus, Albertus Aquensis praepositus, Henricus comes de Gelra, Theodericus comes Hollandiae, filius eius Florentius, Theodericus comes de Cleva, Godefridus de Kuch et frater eius Hermannus, Gobbinus de Heinesberch, Volricus de Hurtunghen, Walterus de Stapela, Harpernus de Randenrode.

Signum Frederici Romanorum imperatoris.

Ego Reinaldus cancellarius, vice Arnoldi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Datum in Noviomagensi palatio, III nonas Iunii, anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo septimo, indictione quinta, regnante Friderico Romanorum imperatore, anno regni eius sexto, imperii vero secundo. Actum in Christo feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 184.

---

No. 307.

Paus Adriaan IV bevestigt de giften, door gravin Irmintrude of Irmingarde aan de kerk te Rees gedaan.

3 Juli 1159.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Theobaldo, preposito ecclesiae sancte Marie Recessensis eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effecta debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus et presentis scripti privilegio communimus, statuantes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Preterea statuimus, ut tam prefata ecclesia quam clerici et servientes ipsius, in eadem libertate, in qua bone recordationis Anno, quondam Coloniensis archiepiscopus, precibus Irminthrudis comitisse



rationabiliter noscitur posuisse, perpetuo debeant remanere, sicut in scripto exinde facto continetur. Potestatem quoque iustitias exercendi et diffiniendi super familia eiusdem ecclesie, quam bone memorie Irmingarda, devotionis intuitu, noscitur rationabiliter contulisse. Decimas porcorum eiusdem comitisse, qui in Ressa, Embreko et Strala nutriuntur, sicut a Sigewino, quondam Coloniensi archiepiscopo, memorate sunt ecclesie roborate, monetam etiam et quattuor mansos ab eodem archiepiscopo ad supplementum prebendarum ecclesie vestre concessos, vobis vestrisque successoribus confirmamus. Quicquid iuris habetis in Wetzefeld, Hullethe, Borthusin, Ossinbeka, Bûgehamnio, Werte et in Ressa; quicquid iuste habetis in Wileka, Darnouwe et Winetre; quicquid etiam habetis ex rationabili donatione Bennonis, quondam Osnaburgensio episcopi, et rEmelini, Coloniensis ministerialis, vobis vestrisque successoribus nichilominus confirmamus. Decimas etiam novalium in termino Dagernovensi et cervisiale frumentum [fermentum] cum uno manso, sicut a felicis recordationis Friterico, quondam Coloniensi archiepiscopo, canonice sunt eidem ecclesie concessa et usque nunc quiete detenta, sepedicte ecclesie futuris temporibus volumus firma et inconcussa servari. Decernimus ergo, etc.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. † Ego Gregorius Sabiniensis episcopus ss. † Ego Bernardus Portuensis ecclesie episcopus ss. † Ego Galterius Albanensis episcopus ss. † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli s. crucis in Hierusalem ss. † Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilie XII Apostolorum ss. † Ego Iohannes presbiter cardinalis tituli s. Anastasie ss. † Ego Oddo diaconus cardinalis ad velum aureum s. Georgii ss. † Ego Odo diaconus cardinalis s. Nicholai in carcere Tulliano ss. † Ego Petrus diaconus cardinalis s. Eustathii iuxta templum Agrippe ss.

Data Anagnie per manum Rolandi s. Romanæ ecclesie presbiteri, cardinalis et cancellarii III kal. Augusti incarnationis Dominice anno MCLVIII, indictione VII, pontificatus vero domni Adriani pape III anno quinto.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 397, S. 275.

Volgens het aangeteekende bl. 160, op de oorkonde n<sup>o</sup>. 160, moet hier iets gezegd worden over gravin Irmingarde. Daarbij is te letten op de oorkonden n<sup>os</sup> 169, 182, 186, 188 en 275, bl. 181, 185, 187 en 268 en op eene van Engelbert, aartsbisschop van Keulen, van 29 November 1218, bij Lacomblet, a. w., II, n. 73, S. 40.

Koning Hendrik III gaf aan zijne neptis Irmingarde goederen in de Luikergouw. Wie deze nicht — dochter van een broeder of eene zuster — geweest kan zijn, blijkt uit deze beknopte stamtafel.

Gisela van Schwaben.

Mar. 1. Bruno van Brunswijk.

2. Ernst van Schwaben.

3. Keizer Konrad II.

## Uit huwelijk

1.	2.	2.	3.	3.	3.
Ludolf.	Ernst.	Herman.	K. Hendrik III.	Beatrix.	Judith.
Ux. Gertrudis.	Ux. Eene dochter van graaf Hugo.	Ux. Aleid van Susa.		Mar. Bonifacius van Toskanen.	Mar. Azo van Este?
Kinderen: a. Bruno.	Kind: Ida.	† Kinderloos.		Kinderen: a. Frederik.	
b. Caecilia.				b. Beatrix.	
c. Egbert.				c. Mathilde.	
Ux. Irmingarde, dochter van Meginfried van Susa.					

De Irmingarde, welke daarin voorkomt, was dus geene Zutfensche gravin en staat in geene betrekking tot mijn onderwerp. Had Van Spaen, Inleiding, I, bl. 258, zijn onderzoek naar hare afkomst en geslacht verder uitgestrekt, hij zou tot dezelfde gevolgtrekking gekomen zijn. Doch hij hechte, evenals Lacomblet, a. w., I, S. 109, noot 1, te veel aan de omstandigheid, dat de oorkonde vroeger te Rees was. Zij moest eigenlijk te Keulen zijn, als het eerste eigendomsbewijs der geschonken goederen, die nimmer aan de kerk te Rees hebben behoord, maar aan die van Maria ad Gradus te Keulen. Zie Lacomblet, a. noot. Waarschijnlijk is het stuk van de eene plaats naar de andere gekomen, door verwarring in de identiteit van twee Irmingarden.

Dat eene gravin van dien naam de kerk te Rees heeft gesticht, is buiten twijfel. Ten bewijze strekken oorkonden en eene aanteekening in een Memorieboek der kerk te Rees, door Lacomblet a. p. ook medegedeeld, doch volgens Bröring, in Annalen des historischen Vereins, II, S. 153, in het koor der oude kerk aldaar geplaatst. De laatstgenoemde schrijver haalt uit een HS. in het archief dier kerk dit aan: S. Irmgardis, filia comitis Zutphaniensis, cognata s. Irmintrudis, quae quiescit in ecclesia Ressensi in sarcophago, ubi ad primum pulsantur. De zin is niet zeer duidelijk; slaat quae requiescit op de eerstgenoemde, dan is dit onjuist; doch juist kan het zijn, zoo bedoeld wordt de andere, de stichteresse van de kerk te Rees, waar volgens n<sup>o</sup>. 196 hare ouders begraven waren.

De eerste is dan die dochter van een graaf van Zutfen, welke voorkomt in n<sup>o</sup>. 188. Zij had, behalve den abt Herman, nog een broeder Rupert, die een zoon had van denzelfden naam: mogelijk had hij ook eene dochter Irmgarde, de stichteresse van Rees, die dan terecht hare bloedverwant wordt genoemd en eene Zutfensche gravin kon heeten.

De zuster van Herman wordt als eene heilige vereerd. Haar leven is te vinden in AA. SS. 4 September, II, p. 270, wat evenwel niets anders is, dan de vertaling van een boekje in het jaar 1523 te Keulen uitgegeven: Eine schone sunderliche Historie van der Edeler und Hilliger Junffere st. Irmgardt, die gewest ist ein Gräfin van

Zutphen in dem Gellerschen Lande und von mehr andere steden. Welche vorgeante Hillige Junffer Lichnam hochliche begraffen ist in St. Bernardus Cohr in dem Dohm zo Cöllen benevens den Heyligen drey Köningen und versocht wirdt van allen Pelgremen aus allen Christen Lande.

Suysken, die de Inleiding tot haar leven in de AA. SS. schreef, zegt p. 272, dat hij haar portret, in het jaar 1648 in koper gegraveerd, zag met het onderschrift: S. Irmgardis, filia comitis Zutphaniae et Henrici III imperatoris neptis.

---

No. 308.

Oorlog tusschen Hendrik, graaf van Gelre, die de ministerialen der Utrechtsche kerk bijstaat, en Godfried, bisschop van Utrecht, wien Floris, graaf van Holland, te hulp komt.

Tusschen 22 September 1159 en 24 Juni 1160.

Eodem anno ministeriales Traiectenses fortissima coniuratione in invicem ad conservandum ius suum coniuraverunt, et multi ex optimis eorum homines Heinrici, comitis Gelrensis, ut eis auxilio fieret, facti sunt, cuius auxilio freti episcopum Godefridum in turri episcopali obsederunt et cepissent, nisi adiutorio et consilio comitis Theoderici de Cleve evasisset. Egressus autem, adversus omnes cives Traiectenses et ecclesiae ministeriales in iram exarsit et turrim suis militibus munivit, ex qua plurimi civium balistis, sagittis et lapidibus vulnerati sunt. Econtra comes Gelrensis, cum ministerialibus, civibus et militibus suis instantissime consurrexit, et multis incursionibus eos, qui turrim tuebantur et parti episcopali favebant, inquietavit, adeo ut utramque domum episcopalem, hiemalem scilicet et estivalem, combureret et mangenas ad turris destructionem praepararet. Episcopus vero imploravit auxilium comitis Hollandensis Florentii, monens eum, ut memor fidei et hominii sui, adiutor ei in oportunitatibus existeret et gloriam eius et vitam conservaret. Comes autem videns eum angustiis circumdatum et omnibus auxiliis destitutum, collecta militum et navium copiosa multitudo et adiuncto maritimo [in het HS. is hierbij met eene andere hand geschreven: id est Selandere] agresti et indomito populo, plus quam oportuit, auxiliaris episcopo fuit. Castrum enim Vurthen firmavit et, impositis militibus suis et sagittariis Flandrensibus, totam circumcirca regionem incendio et rapinis depopulatus est. Cum autem, tum a comite tum ab episcopo, civitas Traiectensis plurimum artaretur, a comite Gelrensi defensa est. Theodericus de Batenburch ibi cum suis electis et audacissimis militibus affuit et multi milites et armigeri solidorum pactione convocati.

Qui multociens urbem egressi, assultus frequentes et incursus adversum milites episcopi et comitis Florentii habuerunt. Interea Traiectenses, auxilio comitis Gelrensis mangenam constituentibus, turri applicuerunt eamque cotidie lapidinibus impetentes distruxerunt, instantissime annitentibus ad hoc mangonibus et cuiusque officii hominibus. Perduravit autem haec discordia a festivitate sancti Mauricii usque ad festum sancti Iohannis baptiste et tunc demum, mediante episcopo Coloniensi Reinoldo, ex iussu imperatoris Fritherici, sedata est.

Annales Egmundani, bij Pertz, Monum.,  
Script., xvi, p. 461.

Hoezeer volgens Potthast, Wegweiser, Supplement, S. 230, meer dan een Mauricius als heilige wordt vereerd, is die ex legione Thebaica het meeste in aanzien en wordt hij ook alleen opgegeven door Kluit, Tabula II, achter zijne Primae lineae, en door Brinckmeier, Handbuch der historische Chronologie, I, S. 138. Zijn feest valt op den 22<sup>sten</sup> September. De Bergen, De nobili principatu Gelrie, p. 33, en andere latere schrijvers geven als oorzaak van den oorlog op een twist over het burggraafschap van Groningen door het overlijden van Lyfrid, die geen zoon naliet, en op welk burggraafschap de zonen van zijne dochter aanspraak maakten. Van Spaen, Historie, I, bl. 84, vergist zich, door het tooneel van den oorlog te Groningen te plaatsen.

---

N<sup>o</sup>. 309.

Godfried, bisschop van Utrecht, bevestigt de uitspraak van de algemeene synode over de geschillen tusschen het klooster te Laresham en de parochianen van Angeren wegens het onderhoud der kerk aldaar.

Tusschen de jaren 1160 en 1164.

Sub eodem tempore vetus ac frequens altercatio inter fratres Laureshamenses et cives in Angeren super ecclesia ibidem sita sinodali decreto apud Traiectum hoc modo conquievit:

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Godefridus, Dei gratia ecclesiae Traiectensis episcopus, omnibus fidelibus notum facio, presentibus et postmodum futuris, quod legatus abbatis de Lorsa, cum pulsaretur coram nobis pro aedificiis ecclesiae in Angerem restaurandis, hoc tamen iudicio totius synodi generalis obtinuit, quod parochiani in Angeren ecclesiam preter sanctuarium in tecto et in caeteris aedificiis restaurare eique luminaria iure providere debeant. Quia igitur nostrum est iusta iudicia confirmare, iniusta vero studiosè propulsare, abbatem de Lorsa et ecclesiam suam ab hoc impetitione absolvimus, et ne quispiam illam amplius super huiuscemodi inquietare presumat, auctoritate nostra omnimodo prohibemus. Ad confirmandam vero huius rei veritatem praesentem scedulam, impressione nostri sigilli corroboratam, conscribi iussimus,

nomina quoque illorum, qui presentes aderant, subnotavimus, ut eorum testimonio, quod iuste factum est, ratum et inconvulsum in posterum habeatur.

Haec sunt nomina testium: Godefridus maioris ecclesiae prepositus, Azelinus decanus, Iordanus prepositus sancti Bonifacii, Andreas prepositus s. Petri, Theodericus prepositus Embricensis, Godefridus prepositus Tielensis, Arnoldus prepositus sancti Iohannis; decani: Lambertus, Herimannus, Cuonradus, Ruodolfus; canonici: Alardus, Everardus, Ionathos sancti Martini, Heinricus, Rudolfus, Lothewicus, Ricquinus sancti Bonifacii, Alebrandus, Heinricus, Rudolfus, Odoldus sancti Petri, Waltherus, Gozwinus, Theodericus sancti Iohannis, Thidungus, Aluricus, Gerardus, Bobbo sanctae Mariae; abbates: Mattheus sancti Pauli, Hildebrandus de Werslo; laici: Florentius comes de Holland, Godefridus et frater eius Hermannus de Kiuc, Godefridus de Breda, Willehelmus comes de Stenre, Rudolfus advocatus, Hugo de Riene, Theodericus de Buchorst.

Chronicon Laureshamense, bij Pertz, Monum.,  
Script., XXI, p. 449.

Op dit stuk volgt een ander van het jaar 1160, en daar in het jaar 1164 de domproost Godfried door Arnold vervangen en de domdeken in dat jaar overleden was, kan aangenomen worden, dat de geschillen tusschen die jaren zijn beslecht. Zie Bondam, Charterboek, bl. 208, noot (b).

---

### No. 310.

De tegenpaus Victor iv bevestigt het klooster te Epternach in het bezit van Rinderen met de kerk, Kennele, Millingen en Dreumel.

9 Juni 1161.

Victor, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gerardo Epternacensi abbati eiusque successoribus, canonicè substituendis, in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu, etc.

Rinera cum ecclesia et appendiciis suis, Kennele, Millinga, Tremethe, etc.

Ego, Victor catholice ecclesie episcopus, etc.

Data Cremona per manum Gerardi s. Romane ecclesie subdiaconi et notarii, v id. Iunii, indictione viii, incarnationis Dominice anno MCLXI, pontificatus vero domini Victoris pape iiii anno secundo.

Beyer, Urkundenbuch, no. 622, S. 683,  
naar het oorspronkelijke.

Reinald, aartsbisschop van Keulen, beslist eene twist over inkomsten uit de kerk van Afferden ten voordeele van de kelnarij te Xanten.

In het jaar 1165.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Reynaldus, Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Quia generacio preterit et generacio advenit et facta priorum diurnitate temporum vel oblivione in noticiam posterorum minus perveniunt, ideo custodie litterarum mandari curavimus, qualiter ecclesia de Afreden Xantensis ecclesie fratribus integraliter et cum omni suo proventu collata sit.

Noverint ergo universi sancte ecclesie filii, quod eadem ecclesia a prima sua fundacione ad cenobium beati Victoris ita pertinuit, ut annuatim fratribus tres marcas solveret, et quidquid ex decimis superesset ad ordinacionem et liberam donacionem prepositi spectaret; hocque donec redditus ecclesiarum sibi sufficerent, ita servatum est. Senescente autem mundo et vergente in peius secto, sterilitate temporum, inundacione aquarum, advocatorum angariis, prepositorum negligenciis, sicut aliarum sic et Xantensis ecclesie beneficia in tantum diminuta sunt, ut officium cellerarii, quod prioribus temporibus sibi suffecit, nunc annuatim magnas impensas de manu prepositi exegerit. Hoc attendens bone memorie prepositus Theobaldus, sibi ad levamen et fratribus ad maiorem certitudinem, dictam ecclesiam Afreden, sibi vacantem, ad celerariam fratrum donavit; quo defuncto dominus Arnoldus, sancti Andrae prepositus, eandem ecclesiam vacare nobis, cum in Italia essemus, suggessit, et quia adhuc Xantensis prepositura in manu nostra fuit, ut eam [op den kant geschreven: scilicet ecclesiam] sibi donaremus rogavit. Nos suggestioni eius fidem et precibus facilem assensum prebentes, in quantum salus iure cuiusque potuimus, fecimus, quod postulavit. Succedente autem preposito Sifrido eoque in Xantensi prepositura confirmato, prefatus dominus Arnoldus donum altaris ab eo peciit, quod ipse, intellecta iusticia fratrum ex eorum contradictione, recusavit; ita factum est, ut dictus dominus Arnoldus adversus fratres pro eadem ecclesia causam suscepit, et Xantens, cum episcopo Leodiensi, domino Alexandro, manus consecracionis impenderamus, hanc suam querimoniam in audientia nostra prosecutus sit. Fratres ergo, quia hactenus in possessione fuerant prioris donacionis, probacione sibi adjudicata, veritatem suam sufficienti testimonio firmaverunt, ita ut

ex ore venerabilium fratrum nostrorum, episcoporum et priorum omnium, qui aderant, sententia pro eis data eisque pax et quieta possessio in eadem ecclesia sub banno imperata sit, proinde, ut in posterum nulla super hac re dubitatio possit existere, hoc scripto nostro sepe dictam ecclesiam in Afreden beati Victoris anathemate ita confirmamus, ut annuatim ad censum fratrum tres marcas solvat, et omne reliquum ad cellerariam eorum pertineat, nec ullus unquam prepositorum eam vel donare vel quocunque modo alienare presumat. Quicumque huius sanctionis transgressor extiterit, fiat anathema, maranatha. Amen.

Ego Alexander, Leodiensis episcopus, subscripsi. Ego Fredericus, Monasteriensis episcopus, subscripsi. Ego Phillippus, Osnaburgensis episcopus, subscripsi. Ego . . . . Mendensis episcopus, subscripsi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mc sexagesimo quinto, indictione tertia decima, presentibus Coloniensis ecclesie prioribus, abbate Siebergensi, Nicholao preposito sancti Gereonis, Simone preposito sancti Severini, Cunrado, et aliis plurimis approbati testimonii viris.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
III, no. 44, S. 137.

---

No. 312.

Keizer Frederik I bevestigt een oordeel, door Hendrik, graaf van Gelre, in curia imperialis gevonden in een geding tusschen Nicolaas, aartsbisschop van Kamerijk, en de weduwe van zijn broeder over een leengoed, afkomstig van den graaf van Henegouwen.

In October 1165.

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus.

Noverit omnium fidelium nostrorum universitas, quod illustris princeps noster Nicolaus, venerabilis Cameracensis episcopus, Coloniae imperiali nostro assistens conspectui, maiestati nostrae in audientia principum intimavit, feudum quoddam se a comite Hanaugiensi hereditario iure possidere, quod in curia comitis in ipsius et parium episcopi presentia fratri suo Gozuino pro quadraginta marcis pignori obligavit, quo defuncto, cum ab illius uxore suum episcopus pignus sub quadraginta marcarum oblatione repeteret, illa prefatum beneficium pro mille marcis marito suo sibique respondit pignori obligatione, et a se per annos sexaginta possidendum, ex quibus etiam viginti annos preterisse, et quadraginta contendit adhuc superesse;

id quod se sufficienter posse spondet comprobare. Episcopus autem sibi potius probationem incumbere, illamque se et parium suorum et ipsius comitis testimonio respondit posse perficere. Super quo principum examen ipso instantius requirente, imperialis nostra curia, Henrico, comite de Gelra, sententiam proferente et universo principum ac baronum cetu assistente, dictavit: non matronae prenotatae, sed episcopo probationem permittendam, et ab ipso comite Hagaugiensi veritati episcopi testimonium esse perhibendum.

Porro huius sententiae hii principum et baronum fuerunt assessores: Henricus dux Saxoniae et Bawariae, Lodovicus lantgravius, Florentius comes Hollandiae, Theodericus comes de Cleve, Albertus comes de Molbach, Otto comes de Ravensberch, Willelmus comes Iuliacensis. Hii autem assessores: Rainaldus Coloniensis archiepiscopus, Alexander Leodiensis electus, Godifridus Traiectensis episcopus, Fredericus Monasteriensis episcopus, Philippus Hosenburgensis episcopus, Warnerus Mindensis episcopus, Evergisius Patherburnensis episcopus, Berno Zuiriensis episcopus, Hermannus abbas Fuldensis aliique viri illustres quam plurimi.

Nos itaque, ex principum nostrorum sententia, imperiali nostro edicto precepimus prefatam curiae nostrae sententiam a saepedicti fideli nostro Hanaugiense comiti sine frustatoria dilatione effectui mancipari.

Anno ab incarnatione Domini MCLXVI, indictione XIII, mense Octobris, luna xxv.

Böhmer, Acta imperii selecta, no. 122, S. 114,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 313.

Keizer Frederik I staat toe, mede op verzoek van Hendrik, graaf van Gelre, door de Neude eene waterleiding te graven tot afvoer van het water van den Rijn naar zee, en dat een dam, bij of in Wijk te Duurstede in den Rijn gelegd, zal blijven bestaan, en beveelt, volgens uitspraak van het rijkshof, dien te Stekkede of Swadenburg op te ruimen.

In November 1165.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus.

Dignitas imperii Romani hoc exigit et ad hoc imperialis honoris culmen regendum a Deo suscepimus, ut necessitas reipublice semper



pre oculis et manibus habeamus et in cunctis operibus iustitiae ipsa clementia, sine qua Deo placere non possumus, omni tempore nos comitetur. Tunc enim honor imperii recto tramite incedit et in meliorem statum roboratur, quando et saluti totius patrie utiliter providetur et necessitatibus pauperum misericorditer subvenitur. Ea propter cognoscant universi fideles imperii, presentes et futuri, quod nos, primitus amore Dei, dein petitione fidelium principum nostrorum, Godefridi videlicet episcopi Traiectensis, Florentii comitis Hollandie, Heinrici etiam comitis Gelrensis, Theoderici comitis de Cleve, et pro fideli servicio aliorum hominum plurimorum de episcopatu Traiectensi, quibus cotidie in terris et bonis eorum gravis destructio et intolerabilis vastatio per assiduas aquarum inundationes, quasi mors cotidiana, imminebat, ipsis hominibus predictis, sic afflictis, tamquam miserabiliter ad nichilum redactis, hanc gratiam indulsumus eisque nostra imperiali auctoritate benigne concessimus, ut terra illa, que vulgo Noda dicitur, ad faciendum aqueductum ab incolis provincie, qui tanto dampno et periculo aquarum subiacebant, ita perfodiatur, quod aqua Rheni, per eundem meatum effluens in mare, quod ibi vicinum est, sine lesione in perpetuum fluat et decurrat. Quod nos imperiali auctoritate nostra confirmamus et, ut in perpetuum ita permaneat et observetur, presenti privilegio roboratur.

Preterea obstructionem illam Rheni, que vulgo dicitur dam, prope villam sive in villa, que appellatur Wyc, que ad removendam tam gravem aquarum pernitiem antiquitus facta est, nos, pro petitione predictorum principum et pro fideli servicio hominum illorum, qui generali malo aquarum participabant, ratam habemus et nostro imperiali edicto confirmamus et, ut eternaliter inconcussa in eodem statu permaneat et conservetur, presenti iussione decernimus.

Aliam quoque obstructionem Rheni, quam comes Hollandie in loco, qui dicitur Steckede sive Suadeburg, iniuste et violenter erexerat et fecerat, per quam etiam memorabilium hominum et locorum submersiones frequenter evenerunt, nos ex iudicio curie nostre cassavimus et penitus destrui precepimus, statuentes et imperiali iussione confirmantes, quatenus, predicta clausura destructa, aqua Rheni libera et regia strata, sine omni obstaculo, ibidem omni tempore fluat et decurrat, sicut antiquitus solebat.

Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt: Hermannus Fardensis episcopus, Evrardus Ratisponensis electus, Philippus decanus

maioris ecclesie in Colonia, Arnoldus prepositus ecclesie sancti Andree, Adelaus Goslariensis prepositus, Reignardus prepositus, Ulicus dux de Boemia, Marquardus de Grumbach, comes Emicho de Liningen, comes Folmarus de Sarewarde, Henricus marscalcus de Papenheim, Conrardus Colbo pincerna, Wilhelmus Skluwe, Rodulphus de Stenvorde, Constantinus de Berge, Cuno camerarius, Bertolfus Tris camerarius, Cuno de Malberge, Henricus Friso, Meinardus comes de Nuemage, Folbertus, Gerardus Traiectensis scultetus, Wilhelmus de Scalwic, Lubertus de Odike, Helyas, Egbertus de Amestel, Hermannus de Wordene et frater eius Godescalcus, Theodericus de Iudifax, Albertus Pavo et alii quam plures clerici et laici.

Signum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Christianus, Moguntine sedis electus et sacri palatii archicancellarius, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXV, indictione XIII, regnante domino Frederico, Romanorum imperatore victoriosissimo, anno regni eius XIII, imperii vero XI, feliciter. Amen.

Liber donationum ecclesie maioris  
Traiectensis, p. 67, te Utrecht.

Keizer Frederik was in November 1165 te Utrecht. Annales Egmundani, bij Pertz, Monum., Script., xvi, p. 464.

Dezelfde Annales vermelden, p. 463: Anno MCLXIII a festivitate sancti Laurentii — 10 Augustus — usque ad festum sancti Martini — 11 November — continua pluvia fuit, ita ut omnes pene fructus in agris putrefierent, annonae, fabae et pisae. Eodem anno in festivitate sancti Thomae apostoli — 21 December — maxima inundatio maris et fluctuum in multis locis facta est, adeo, ut in quibusdam villis Hollandiae, quae mari nimis vicina est, nulla domus tuta remaneret, sed et domus et bargi, quibus frumenta condebantur, violentia fluctuum abducerentur, et ingentes massae glaciae, cum impetu vehementi sibi succedentes, omnia mergerent, involverent et propellerent.

De Juliana-vloed moest nog volgen. Helmold, Chronica Slavorum, lib. II, cap. I, bij Pertz, a. w. XXI, p. 88; Circa dies illos, quo primum promotus est ad summi sacerdotii gradum [Konrad I, den 1<sup>en</sup> Februari 1164 tot bisschop van Lübeck gekozen] in mense Februario, hoc est XIV calendas Martii — 16 Februari, s. Juliana — orta est tempestas maxima, ventorum procelle, fulgurum coruscatio et tonitruum fragor, qui passim multas edes aut incendit aut subruit; insuper tanta maris exundatio oborta est, quanta non est audita in diebus antiquis, quae involvit omnem terram maritimam Fresie, Hathelen et omnem terram palustrem Albie et Wirre et omnium fluminum, quae descendunt in oceanum mare, et submersa sunt multa milia hominum et iumentorum, quorum non est numerus. Annales Palidenses en Magdeburgenses, bij Pertz, a. w., xvi, p. 92 en 192 geven mede eene treffende beschrijving.

Deze rampen zullen Frederik Barbarossa bewogen hebben de rechten van het rijk krachtig te handhaven.

## No. 314.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van keizer Frederik I, waarbij deze de voorrechten van de abdij De bona Spe bevestigt.

29 December 1165.

In nomine sanctae individuae Trinitatis.

Fredericus, divina favente elementia Romanorum imperator augustus. Decet munificentiam principalem, etc.

Haec autem sunt nomina eorum, qui praesentes fuerunt: dominus Reinoldus venerabilis Coloniensis archiepiscopus, Alexander Leodien-sium episcopus, Evergilius Paderbornensis episcopus, Garmerius Mindensis episcopus, Godefridus Traiectensis episcopus, Nicolaus Cameracensis episcopus. Nomina principum imperii, qui praesentes fuerunt: Gotefridus Lovaniae dux, Matthaeus Lotharingiae dux, Henricus Ardennae dux, Henricus comes de Namur, Henricus comes de Guelra.

Ut autem haec nostra confirmatio perpetuis temporibus firma et illibata permaneat, praesentem paginam sigilli nostri munimine iussimus insigniri.

Signum Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Christianus, sacri palatii cancellarius, recognovi.

Data Aquisgrani in palatio imperiali quarto kalendas Ianuarii, anno Dominicae incarnationis millesimo sexagesimo sexto, indictione decima quarta, imperante domino Frederico, Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius duodecimo, imperii vero eius decimo, in Dei nomine feliciter. Amen.

Miraeus, Opera diplomatica, III, p. 345.

## No. 315.

Hendrik, graaf van Namen en Luxemburg, trouwt met Agnes, dochter van Hendrik, graaf van Gelre, en verwekt bij haar eene dochter, Ermensendis.

Omstreeks het jaar 1166.

Henricus, comes Namurci et Lusceleborch, in diebus illis, contra iuratam compromissam, quam cum Balduino, sepedicto comiti Hano-niensi et eius uxore Alide eorumque filio Balduino firmaverat super suis possessionibus, ut satis predictum est, ire non formidans, cupiditate rehabendi Traiectum villam supra Mosam, quam mater eius Ermensendis comitissa et ipse Henricus apud imperatorem pro MDC marcis argenti impignoraverant, duxit uxorem valde senex Agnetem,

filiam Henrici, nobilissimi comitis de Ghelra, sepe nominati comitis Hanoniensis Balduini consanguinea. Sed quia in matrimonio concessum fuerat et promissum Henrico, comiti Namurcensi, quod comes de Ghelra, mediante pecunia, apud imperatorem efficeret, quod ille Traiectum libere rehaberet et hoc pactum nunquam fuit observatum, comes Namurcensis, qui Agnetem per quatuor annos habuerat, sed ei in lecto nequaquam communicaverat, eam ad patrem remisit, quam postea, sicut subsequenter dicemus, recepit. - - -

Eodem tempore autumnali comes Namuriensis Henricus, instinctu Coloniensis archiepiscopi et comitis Flandriae et ducis Lovaniensis, qui in exheredationem comitis Hanoniensis moliebatur, uxorem suam, a se per xv annos remotam, Ottonis comitis de Gelhra sororem, comitis Hanoniensis in secundo gradu consanguineam recepit, que cito concepit filiam, quam postea mense Iulio peperit, Ermensendem nominatam.

Gislebertus, Chronicon Hanoniense, bij Pertz,  
Monum., Script., xxi, p. 518 en 550.

Hendrik II, graaf van Namen, bijgenaamd de Blinde, geene hoop hebbende bij zijne eerste vrouw kinderen te verwekken, beschikte in het jaar 1168 over al zijne bezittingen, met voorbehoud van vruchtgebruik, ten behoeve van zijn neef Baldewijn, zoon van Baldewijn IV, graaf van Henegouwen, en kleinzoon van Jolanda, dochter van Gerard, graaf van Gelre. Zie n<sup>o</sup>. 211, bl. 209.

Gislebert stelt het huwelijk van Hendrik met Agnes in het jaar 1168. Zijne onbepaalde uitdrukking: in diebus illis, laten eene andere berekening toe. De graaf van Henegouwen, dien het huwelijk niet welgevallig kon zijn, verbond zich in het jaar 1169 met graaf Hendrik tegen den hertog van Brabant, dus vermoedelijk na het terugzenden van Agnes aan haar vader. Daar Ermensinde in het jaar 1185 geboren is, kan het huwelijk harer moeder omstreeks het jaar 1166 gesteld worden.

Ermensinde, eerst verloofd aan Hendrik, graaf van Champagne, Gislebert, a. w. p. 552, werd in het jaar 1193 de derde vrouw van Thibaut I, graaf van Bar, overleden den 2<sup>den</sup> Februari 1214, aan wien zij Luxemburg bracht en die bij haar verwekte eene dochter Isabelle, gehuwd met Walram, heer van Poilvache, bijgenaamd de Lange of de Jonge, zoon van Walram III, hertog van Limburg.

Ermensinde trouwde, na het overlijden van Thibaut, met genoemden Walram III, die bij haar, zijne tweede vrouw, verkreeg Hendrik III, graaf van Luxemburg, bijgenaamd de Groote of de Blonde, wiens kleinzoon Hendrik V in 1308 Roomsche koning en in 1312 keizer werd, en wiens achterkleinzoon Jan, door zijn huwelijk met Elisabeth, dochter van Wenceslaus, koning van Bohemen werd. Haar tweede zoon Gerard was heer van Durbui en hare dochter Katharina de vrouw van Mattheus II, graaf van Lotharingen. Een afstammeling van deze, René II, trouwde den 1<sup>sten</sup> December 1485 in tweede huwelijk Philippine, dochter van Adolf van Egmond, hertog van Gelre, wiens oudste zoon Antonie, na het overlijden van hertog Karel, vruchteloos aanspraak maakte om dezen op te volgen. Een andere afstammeling, Frans Stephan, werd in het jaar 1736 de echtgenoot van keizerin Maria Theresia. Vgl. *L'art de vérifier les dates*, xiii, p. 397, 413, 425, 433; xiv, p. 118, 137, 140, 155.

Godfried, bisschop van Utrecht, bevestigt de goederen der abdij Mariënweerd daar, te Runocesbosch, Deil, Enspik, Rumpt, Gellicum, Beesd, Spijk, Tricht, Vurdene, Millen, Paveien, de kapel te Langsmeer, landen aan beide zijden van het water en de tienden, census en iustitia van gronden in Beneden-Tul.

In het jaar 1166.

In virtute sanctae et individuae Trinitatis.

Notum sit sanctae ecclesiae Dei et in perpetua memoria reconditum hoc praesens scriptum de confirmatione honorum, quae pia largitione fidelium collata sunt ad usus pauperum Christi, canonice viventium secundum regulam et institutionem beati Augustini in Insula, quae dicitur beatae Mariae, infra episcopatum Traiectensem.

Ego Godefridus, divina permissione, sub nomine pontificis, Traiectensis ecclesiae indignus minister.

Ad humilem et devotam petitionem venerabilis viri Roberti, praememoratae Insulae videlicet abbatis, ex debito pontificalis officii benigne et efficaciter assensum praebui, ut, scilicet secundum tenorem privilegii beatissimae memoriae papae Eugenii similiter et praedecessoris mei episcopi Andreae, possessiones ecclesiae et congregationis suae privilegio confirmationis et auctoritatis episcopalis communirem. Ex auctoritate igitur ---- confirmamus praememorato abbati et omnibus successoribus suis universaeque congregationi fratrum eiusdem loci in perpetuum ipsam Insulam beatae Mariae praememoratam, cum universis usibus ad eam pertinentibus, quinque quoque mansos cum usibus suis in Runocesbuse et tertiam partem decimae; item quicquid ecclesia praefatae congregationis possidet in areis, pascuis, agris Daile, Inspyc, Rumede, Ghellinghem, Bilde, Spic, Treiecti, Vurdene, Millen; item in parochia Paveie tres mansos et dimidiam xx mansorum; item capellam Langesmere cum fundo, in quo sita est; similiter et terras, quas ex utraque parte aquae possidet; totam quoque decimam maiorem et minorem, iam triginta annos et amplius in possessione quieta habitam, censum et iustitiam de XLV mansis in Inferiori Tillo et quinque mansos ibidem cum usibus suis. Huius ergo etc.

Facta est autem haec confirmatio anno incarnationis Domini MCLXVI, indictione XIII, episcopatus mei anno XI, praesentibus hiis: Arnaldo maioris ecclesiae praeposito, Arnaldo eiusdem ecclesiae decano, Rodulfo ecclesiae beatae Mariae decano, Reinerio Vurich canonico, Reizone camerario, magistro Lamberto, Eppone, Gozwino presbytero, Hugone capellano, Ludowico de Isenburch; liberis hominibus: Therico comite

de Amerunga, Willelmo Lusco comite, Gerlaco fratre episcopi, Godescalco de Merten; ministerialibus: Willelmo de Scalewyc, Theodorico de Iudifas, Rodulfo et Yone fratribus de Scoenrewerth, Alberone, Pavone et fratre eius, Willelmo de Thurdic et Everardo fratre eius, Ansfrido de Scalewyc, Helia, Crapin.

Cartularium van Mariënweerd.

---

No. 317.

Keizer Frederik I bevestigt de kanunniken van het Mariastift te Aken in het genot der inkomsten van de curia Erkelen.

8 Januari 1166.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator augustus.

Imperialis clementia bene de se merentibus benefacere semper consuevit, etc.

De Erclentia etiam XII solidos Colonienses, qui dantur in IIII feria in Pentecosten, item XII solidos Colonienses, qui dantur de eadem curia in Augusto et VIII solidos Colonienses, qui dantur in festo s. Martini de predicta curia, etc.

Signum domni Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Christianus, sacri palatii archicancellarius et Moguntinensis sedis electus, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXVI, indictione XIII, regnante domno Frederico anno regni eius XIII, imperii vero XI, feliciter. Amen.

Data apud Aquisgranum, VI idus Ianuarii.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 411, S. 283,  
naar het oorspronkelijke te Berlijn.

---

No. 318.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Reinald, aartsbisschop van Keulen, over de gift van het castrum Mere, door Hildegunde, gravin van Are, aan de kerk te Keulen gedaan.

23 Februari 1166.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Reinaldus, Dei gratia Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Qua ad excellentem domus Dei decorem, etc.

Haec autem sunt nomina testium, qui huic interfuerunt donationi Herimannus prepositus maioris ecclesiae, Philippus decanus eiusdem ecclesiae, Gerhardus prepositus Bonnensis, Hugo, frater eius, prepositus in Gradibus, Bruno prepositus de sancto Georgio, Herimannus prepositus de Knetsteden, Gernodus prepositus de Havenburno, Nicolaus abbas Sybergensis, Alardus abbas de sancto Martino, Herimannus comes de Saffenberge, maioris ecclesie advocatus, Adolfus frater eius, Henricus de Arberg, vicecomes, Henricus comes de Gelren, Wilhelmus comes Iuliacensis, Ulricus comes Arensis, Theodericus comes de Seyna, Engilbertus comes de Berge, Henricus comes de Kuich, Gozwinus comes de Heimesberg, Gehardus de Mulisfart, Cunradus de Linepo, Heremannus de Hengebach, Theodericus et Florentius de Kempenich, Heremannus de Dicheim, Engelbertus de Hurnen, Everhardus de Ambere, Rabodo et Constantinus frater eius de Berge, Everwinus de Holze, Arnoldus vicecomes castri Mere, Hermannus de Werbe, Gizelbertus de Berge, Arnoldus de Heilисло; ministeriales sancti Petri: Gerhardus advocatus Coloniensis, Herimannus de Alfetra, Henricus de Falmunstein, Henricus de Alpheim, Herimannus camerarius, Hermannus de Hëppendorp, Godefridus de Zulpethe, Gerhardus Albus de Colonia, Counradus de Burgele et multi alii, tam ministeriales quam comites et liberi, qui testes interfuerunt.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCLXVI, indictione XIII, regnante Romanorum victoriosissimo Frederico, anno pontificatus nostri primo.

Data VIII kalendas Martii apud Nussiam.

Kremer, Akademische Beiträge, II, Urkunden, no. 21, S. 224.

No. 319.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Reinald, aartsbisschop van Keulen, de stichting van het klooster Vlarshheim bevestigt.

1 Augustus 1166.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Reinaldus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, in perpetuum.

Pontificalem precipue decet vigilantiam, etc.

Testes huius donationis et confirmationis sunt: Hermannus maior

prepositus, Philippus maior decanus ceterique omnes fere ex ordine et nomine priores; preterea dux Henricus de Limburg, Henricus comes de Gelra, Theodericus de Cliva, Hermannus comes de Saffenburg, Theodericus de Hostaden, Albertus comes de Molbach, Everhardus comes de Altena, Engelbertus comes de Monte, Everwinus de Freckenhorst et ceteri nobiliores terre plurimi. Ministeriales quoque: Gerhardus advocatus Coloniensis, Henricus de Folmodestein, Henricus de Alpen et alii quamplures viri honorati.

Datum Colonie in festivitate beati Petri ad vincula, anno Dominicę incarnationis millesimo centesimo LXVI, indictione XIII, imperante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius XIII, imperii vero XI, anno vero pontificatus nostri I, in Dei nomine.

Erhard, Codex diplomaticus, II, n<sup>o</sup>. 335, S. 103.

---

No. 320.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Reinald, aartsbisschop van Keulen, aan de bezitters van de burchten Are en Nurberg het beneficium van Are toekent.

In het jaar 1167, voor 14 Augustus.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Reinoldus, Dei gratia, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Quoniam equitas exigit, etc.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis millesimo centesimo sexagesimo septimo, indictione XIII, regnante Friderico Romanorum imperatore, anno presulatus nostri secundo.

Nomina testium hec sunt: Hermannus de Colonia maior prepositus,  
 - - - Nicolaus abbas Sibergensis, Henricus de Limburg, Henricus comes de Gelre, Hermannus comes de Saffenberg, Wilhelmus comes de Iuliche, Engelbertus comes de Monte, Eberhardus comes de Altena, Henricus comes de Clivo, Albertus comes de Molbag, Reinerus de Erichenbeche, etc.

Günther, Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus,  
 I, n<sup>o</sup>. 182, S. 385, naar het oorspronkelijke.

Aartsbisschop Reinald overleed den 14<sup>den</sup> Augustus 1167.



Philips I, aartsbisschop van Keulen, bevestigt de overdracht der tiende van het broek Garmesele door de ontginners aan de kerk te Syflich gedaan.

Tusschen de jaren 1167 en 1191.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Philippus, Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus.

Cum ordinante gratia divinae dispensationis episcopalis cathedrae regimen sortiti sumus, sicut nostri est officii, ita quoque nostrae intentionis est possessiones ecclesiasticas devotione fidelium, pro remedio animarum suarum seu predecessorum suorum nec non omnium suorum successorum, ipsis ecclesiis olim contraditas, ne per manus iniquorum alienentur, ab eis defendere, distractas recolligere, recollectas ne pereant conservare, diebus quoque nostris votis fidelium eis assignatas et accumulatas auctoritate privilegii nostri corroborando sancire et confirmare, ne quis ausu temerario evacuare conetur, quod auctoritate episcopali sancitum est, virorum quoque honestorum approbatione collaudatum. Notum sit igitur fidelibus cunctis, tam presentibus quam futuris, decimam in palude iuxta Sefflicam, quae palus Garmesele nuncupatur, ex antiquo quibusdam hominibus in beneficium feodi nomine concessam, sed, Dei ordinantè gratia, eandem nostris temporibus placuit successoribus eorum quatenus, accepta pecunia a fratribus Sefflicensis cenobii, annuente et favente dilecto nobis Iohanne, eiusdem ecclesie preposito, supradictam decimam ad usum fratrum communem exfestucare et iuri suo, quod in eadem prius habuerant, absque ulla in posterum repetitione penitus emancipare. Quia vero dies mali sunt, ingenium primum est in malum et, ut ait Salomon: Qui laetantur in rebus pessimis et exultant cum male fecerint, petitione fratrum supradictae Sefflicensis ecclesiae auctoritate privilegii nostri nec non et sigilli nostri impressione, quod factum fuerat, corroborare et confirmare dignum iudicavimus.

Naar een afschrift van Van Spaen, in portefeuille no. 216, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, genomen naar het oorspronkelijke te Kranenburg, met de aantekening, dat de oorkonde nimmer van een zegel voorzien is geweest.

Reinald, de voorganger van den aartsbisschop Philips, overleed den 14<sup>den</sup> Augustus 1167, hij den 13<sup>den</sup> Augustus 1191.

Hendrik, graaf van Gelre, en zijn zoon Gerard getuigen in de oorkonde, waarbij Philips I, aartsbisschop van Keulen, het stift te Bedbur bevestigt in zijne goederen te Hasselt, Rijswijk, . . . . Brinen, Millingen en Druten.

Tusschen de jaren 1167 en 1174.

In nomine sanctę en individuę Trinitatis.

Phylippus, sancte Coloniensis ecclesie archyepiscopus.

Notum esse volumus, // tam futuris quam presentibus, . . . . Arnold[us] comes de Clive locum [quendam, que] Bedebur [dicitur], beatę semper // virginis Marię, pro remedio anime [sue con]tulit, eo conditione, ut ibi perpetuo divinum [esset servitium]. Quem locum et alia // cetera bona, videlicet Hassela, Riswic . . . . Brine, Millingen, Truhtene cum ceteris omnibus ad eum pertinentibus, nos, quia nostre subiacet diocesi, ab inibi Deo servientibus rogati, sub defensionem concessę nobis a Deo potestatis suscepimus, presentem inde cartam conscribentes sigillique nostri signaculo [sign]antes. Auctoritate igitur Dei et beati Petri ac nostra perpetui anathematis [vin]culo omnes homines subiicimus, [qui pifat . . . . bona] iniuste [inv]aserit et ibi Deo serv . . . . re et maliciose . . . . nisi, penitentia ductus, resipuerit et satisfecerit.

Testes fuerunt Sifridus Xanctensis prepositus, Nicolaus abbas Sigeburgensis, Theodericus abbas Campensis, Iohannes (Seflicensis) prepositus, Willehelmus prepositus de Wischele, Erhardus et Guncelinus sancti Victoris canonici; Heinricus comes de Gelre et (filius) eius Gerhardus; nobiles: Constantinus de Monte et filius fratris eius Rabodo, Everwinus de Holte, Theodericus [de Spede]; ministeriales: Reymarus [de Kekene], Gerhardus advocatus in Colonia, Heinricus de Alpheim, Iohannes de (Hulse) . . . . (R)utge[us] de Horst, Suether[us] castellanus [de Clive], (Wyl)helmus de Zulen, Arnoldus Luzo dapifer, Rutgerus pincerna et alii quam plures.)

Naar het zeer geschonden oorspronkelijke in het Rijks-Archief te 's Gravenhage. Het zegel, dat aan roode zijden koorden hing, is niet meer aanwezig.

Hetgeen tusschen [ ] staat is genomen naar de uitgave van Van Spaen, Codex diplomaticus achter het 2<sup>de</sup> deel der Inleiding, no. 27, bl. 55, en tusschen ( ) uit de volgende oorkonde, waarin dezelfde getuigen voorkomen. De oorkonde zal gesteld moeten worden tusschen de jaren 1167, toen Philips aartsbisschop werd, en 1174, waarin Nicolaas, abt van Sieberg, het laatste voorkomt.

## N. 323.

Hendrik, graaf van Gelre, en zijn zoon Gerard getuigen in de oorkonde, waarbij Philips I, aartsbisschop van Keulen, verklaart dat Adelheid, gravin van Kleef, eene gift doet aan de kerk te Kleef.

## Tusschen de jaren 1167 en 1174.

Praesentes Sifridus Xantensis praepositus, Nicolaus abbas Sigeburgensis, Theodericus abbas Campensis, Iohannes Seflicensis praepositus, Wilhelmus praepositus de Wischele, Everhardus et Guncelinus s. Victoris canonici, Henricus comes de Geldren et filius eius Gerhardus; nobiles: Constantinus de Monte et filius fratris sui Rabodo, Everwinus de Holte, Theodericus de Uphem, Bruno Spede; ministeriales: Reymarus de Kykene, Gerhardus advocatus Coloniae, Henricus de Alpheim, Iohannes de Hulse, Randolphus de Voekenlo, Nicolaus Merlehem, Rutgerus de Horst, Suetherus castellanus de Cleve, Wilhelmus de Zulen, Arnoldus Luzo dapifer, Rutgerus pincerna et alii quam plures.

Naar een afschrift van Van Spaen, portefeuille  
no. 164, bij den Hoogen Raad van Adel te  
's Gravenhage.

Van Spaen geeft den inhoud op, schreef slechts af wat ik mededeel en noemt het stift Bedbur als zijne bron.

De oorkonde zal in het zelfde tijdperk als de voorgaande geplaatst moeten worden.

## No. 324.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Philips I, aartsbisschop van Keulen, waarbij een twist over de curtis Huppelo, aan het stift te Rees gegeven, beslist wordt.

## 1167 — 1173.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Philippus, Dei gratia s. Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Notum sit omnium caritati fidelium, tam futurorum quam presentium, qualiter domnus Adolfs, Recessensis ecclesie venerabilis praepositus, etc.

Testes aderant Godefridus Traiectensis episcopus, Lodewicus Monasteriensis episcopus, Bruno maior praepositus, Hugo maior decanus, Syfridus Sanctensis praepositus; liberi: comes Henricus de Gelren, comes Theodericus de Clivo, comes Henricus de Arnesberch, Rabodo de Monte, Constantinus et Everwinus fratres eius, Arnoldus Knike-

man, Everwinus de Holte; ministeriales: Gerardus advocatus, Henricus de Alphem, Leonius de Hulsen, Rainaldus scultetus in Ressa et quam plures alii.

Lacomblet, Urkundenbuch, i, no. 447, S. 313,  
naar het oorspronkelijke.

De getuige Lodewijk, bisschop van Munster, overleed den 23<sup>sten</sup> December 1173.

---

No. 325.

De graaf van Gelre onder de bemiddelaars van den vrede tusschen Philips, graaf van Vlaanderen, en Floris, graaf van Holland.

7 März 1167 -  
27 Februari 1168.

Philippus comes Flandriae, Florentius comes Hollandiae, tam futuris quam praesentibus in perpetuum.

Ex culpa F., comitis Hollandiae, orta est discordia inter me et ipsum, quae in tantum excrevit, quod omnis terra, quam de me in feodo tenebat, iudicio baronum meorum, videlicet parium ipsius comitis Hollandiae, ei abiudicata fuit, cuius intercessores et mediatores pater meus comes Th. et frater meus Matheus, comes Bononiae, comes de Gelre et comes de Cleve, ad hunc finem rem perduxerunt, quod eum per conventiones, quae subscriptae sunt, mecum composuerunt, quas ideo dignum duximus cedulae praesenti inscribere, ne in posterum deleantur oblivione. Sunt autem hae conventiones. Etc.

Ut autem hoc ratum et inviolatum in perpetuum permaneat, sigillorum auctoritate corroboravimus et testes idoneos, qui interfuerunt, subscribi fecimus. Sunt autem haec eorum nomina: Matheus comes Bononiae, Walterus de Ezne, Eustacius camerarius Flandriae, Raszo de Gavre, Cono Brugensis castellanus, Rogerus Curtracensis castellanus, Walterus de Loeris, Sigurus de Somargem, Henricus de Morsella, Balduinus de Prat, Walterus Gonnella, Giselbertus de Brugis, Herbertus de Furnis, Eustacius de Maclinis, Gisalbertus de Nivella, Willelmus de Domo, Balduinus de Vectha, Gozuinus Craucas, Olivir de Maclinis, Walterus de Rolinghem, Reinaldus de Aria. Qui autem subsequuntur sunt fideiussores comitis Hollandiae et testes rei actae: Theodricus de Altena, Florentius de Vorne, Isbrandus de Harlhem, Gerardus de Harlhem, Simon Galo, Theodericus Persin, Albertus Baniard, scoltetus Wigerus de Riswic, Hugo de Vorne, Costin de Witla, Willelmus de Witla, Berwoldus de Ekmunde, Elinand castellanus de Leithen, Cristantius dapifer, Ernestus pincerna, Willelmus

Guls, Ledolphus Puer, Daniel de Rodanrisa, Reinerus Senex, Maurinus de Monasterio, Folpertus de Lecca, Bertolphus de Paidred, Iacobus de Dussna.

Actum Brugis feria tertia post dominicam Reminiscere, in domo prepositi Brugensis, anno Dominicæ incarnationis MCLVII, feliciter.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
I, n<sup>o</sup>. 147, bl. 94.

Het Chronicon comitum Flandrensium, — tot het jaar 1164 meermalen gedrukt onder den naam van Flandria generosa, — in Corpus Chronicorum Flandriae, I, p. 101, maakt in het jaar 1165 de graven van Gelre en Kleef bondgenooten van den Hollandschen graaf, die, van Nijmegen vertrokken, te samen den Elsas, waaruit de graaf van Vlaanderen Theodorich, de vader van Philips, afkomstig was, verwoesteden, en zegt verder: ipse vero Philippus cum fratre suo ac comitiva sua ante Amersteyn veniens --- viriliter pugnans cum omnibus suis Hollandenses ad terram ruit ac Zeelandinos, Clevenses interfecit. Bellum dirum et durum septem horarum spatio committitur, fugiunt domini Ghelriae et Cleviae cum comitiva satis diminuta. Florentius vero Hollandiae dominus cum fere sexcentis valentibus et nobilibus capitur. Pontanus, Van Spaen, en Warnkönig, — die de uitgave van het Chronicon bezorgde, — Flandrische Staats- und Rechtsgeschiede, vermelden het bondgenootschap en den tocht naar den Elsas niet. Wagenaar, Vaderlandsche Historie, II, bl. 248, maakt er, op grond van het toen nog onuitgegeven Chronicon, gewag van.

---

N<sup>o</sup>. 326.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Philips I, aartsbisschop van Keulen, vernieuwt bepalingen omtrent de rechten van de burggraven, voogden en ingezetenen van Keulen.

Mei 1169.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Philippus, divina favente clementia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Omnibus, tam futuris quam presentibus, imperpetuum.

Ne ea, que aguntur in tempore simul cum tempore labantur, ponis solent in dictis testium et scripturę memorie perhennari. Etc.

Huius innovationis testes sunt: Adolfus maior decanus et archidiaconus, Iohannes choriepiscopus, magister Rudolfus scolasticus maioris ecclesie Coloniensis; fideles nostri: Godefridus dux Brabantię, Philippus comes Flandrens, Theodericus comes Clevensis, Otto comes Gelrensis, Wilhelmus comes Iuliacensis, Gerardus comes de Are, Theodericus comes Hostadensis, Henricus comes Seynensis, Engilbertus comes de Monte, et Heinricus de Volmuntsteine, ecclesię nostrę

ministerialis; cives Colonienses: Carolus in Ringazzin, Theodericus in Molengazin, Ludewicus de Munberslog, Ricoldus Perfusus, Henricus Ratio, Maremannus Wivilrûze, Gerardus Unmaze, thelonarius noster, et ceteri scabini Colonienses, Iohannes, notarius noster, et alii quam plures viri probi et honesti.

Actum et datum in palatio nostro Coloniensi per manum Ulrici, capellarii nostri, anno Dominiç incarnationis MCLXIX, mense Maio, regnante serenissimo Romanorum imperatore Friderico.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, no. 433, S. 302,  
naar het oorspronkelijke in het stadsarchief  
te Keulen.

Lacomblet heeft volgens Gellenii Farragines, eene oorkonde van hetzelfde jaar, die hieronder volgt, waarin dezelfde getuigen als de bovenstaande voorkomen. Bondam nam haar op volgens vroegere uitgaven, Charterboek, no. 67, bl. 243, en geeft zich in noot (b) veel moeite om aan te toonen, dat het jaartal 1169 onjuist is en mogelijk zijn moet 1182 of 1183, omdat Otto als graaf van Gelre onder de getuigen is opgenoemd en deze dien titel eerst voeren kon, na het overlijden van zijn vader Hendrik, in eene van die jaren. Hij schuift de schuld op de afschrijvers. Van Spaen, Inleiding, n, bl. 162, stemt daarmede in, onder bijvoeging, dat het wel niet mogelijk zal zijn zulks te onderzoeken, terwijl hij zeer twijfelt of het oorspronkelijke nog in wezen is. Doch in het oorspronkelijk stuk volgens Lacomblet, hierboven geplaatst, is Otto comes Gelrensis getuige. Is er eene fout begaan, getijk men er meer aantreft — zie o. a. no. 337 — in oorspronkelijke stukken, dan komt zij op rekening van Ulrich, des aartsbisschops kapelaan, die in plaats van: Otto, filius comitis Gelrensis, schreef, zóo als nu in de oorkonde staat. Het is echter niet zonder voorbeeld, dat aan zonen, nog bij het leven van den vader, de titel van dezen gegeven wordt. Zoo wordt, o. a., in een oorkonde bij Lacomblet, a. w., 1, no. 549, S. 381, Adolf in het jaar 1185 comes de Monte genoemd, terwijl zijn vader eerst jaren later overleed. In eene andere oorkonde van het jaar 1197, a. w. 1, no. 560, S. 390, komen voor Adolphus comes de Monte en Adolphus iunior comes de Monte.

### No. 327.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Philips I, aartsbischop van Keulen, aan Gerard van Eppendorp verleent de advocatie over de kerk te Keulen.

In het jaar 1169.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Amen.

Philippus, divina favente clementia sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus, omnibus, tam futuris quam presentibus, in perpetuum.

Ne ea, que aguntur in tempore, etc.

Huius rei testes sunt: --- Otto, comes Gelrensis ---

Anno Dominicę incarnationis MCLXVIII, regnante serenissimo imperatore Frederico.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, no. 434, S. 309.

De getuigen zijn dezelfde en worden vermeld in dezelfde orde als in de vorige oorkonde. Vgl. de aanteekening daar onder geplaatst.

Nº: 328.

Godfried, bisschop van Utrecht, koopt van de boeren twintig iugera, behoorende tot de curtis te Beusichem, en geeft die aan het kapittel van s. Jan te Utrecht.

In het jaar 1169.

In nomine salvatoris, Domini nostri Iesu Christi.

Notum sit fidelibus, quod ego Godefridus, Dei munere Traiectensis ecclesię humilis episcopus, dispersa congregans // et congregata ad honorem Dei et ipsius ecclesię reservans, xx. . . . iugera in Bosenken iacentia et ad ipsam curtim sancti // Iohannis, quę ibidem est, pertinentia, a rusticis, qui ea parvo censu iure hereditario possederant, redemi precio comparavi // et ipsa canonicis ecclesię beati Precursoris, ad quos eadem curtis spectat, pro gratia perpetue remunerationis et spe vite incorruptibilis, tradidi. Verum ne posteris ignorantie desidia torpescant, vincolo anathematis confirmavi, quatinus tertia pars huius terre fructus in anniversario dilecti patris mei Godefridi de Rene, tertia in anniversario venerabilis matris meę Sophię, tercio vero post discessum meum in anniversario meo fratribus detur, vigilię et missa mortuorum, tam pro ipsis quam pro me, cantentur, campanę compulsentur et in utrorumque anniversario et meo casulis meis, stola, tanone et alba, divina celebrentur.

Ut autem hec mea traditio rata et inconvulsa permaneat, hanc paginam scribi feci et sigilli mei impressione signari.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis MCLXVIII, indictione T, anno regni Fritherici xvii, imperii vero xiiii, anno episcopatus mei xiii, in Dei nomine, feliciter.

Presentibus testibus, tam clericis quam laicis, quorum hec sunt nomina: Arnoldus maioris ecclesię prepositus, Arnoldus eiusdem ecclesię decanus, cum canonicis suis Reinero, Alberto, Walone; Lambertus sancti Salvatoris prepositus, Rudolfus decanus, cum canonicis suis Gerardo, Riquino, Wilhelmo; Godefridus sancti Petri prepositus, Hermannus decanus, cum canonicis suis Rudolfo, Reinero, Ludolfo; laici nobiles: Volpertus de Dipenheim, Walterus de Stapele, Gerlagus

de Perke, Otto et Riquinus de Maldberge, Gerardus, Godescalcus, Walterus de Merten; ministeriales: Helias et fratres eius, Lutbertus de Odeke, Albertus de Spik, Albero Pau, Otto capellarius, Isebrandus, Henricus.

Naar het oorspronkelijke, met zegel in wit was aan eene doorgestoken perkamenten strook, in de archieven van het kapittel van s. Jan, te Utrecht.

Waar in regel 4 . . . . staan, is eene ruimte onbeschreven.

N<sup>o</sup>. 329.

Hendrik, graaf van Gelre, tegenwoordig toen Philips I, aartsbisschop van Keulen, verklaarde, welke goederen, waaronder te Venlo, aan de kerk van den h. Gangulf te Heinsbergen gegeven zijn.

In het jaar 1170.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus, Dei gratia Coloniensis archiepiscopus, omnibus catholice ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, quid a parentibus suis beneficii ecclesie Henesbergis et ab aliis fidelibus collatum sit in perpetuum, notum esse, etc.

Ad custodiam vero hii redditus pertinent in Like xviii maldra annone, in Berga v solidi, in Venla ii solidi Coloniensis monete, in Genderinge xxx denarii, etc.

Anno Dominice incarnationis mclxx, indictione iiii, regnante Frederico imperatore, Philippo Coloniensi archiepiscopo, hec banno confirmata sunt, presente Brunone maioris ecclesie Coloniensis preposito, Hugone eiusdem ecclesie decano, Symone s. Gereonis preposito, Widekino Resinensi preposito, abbate Ruberto de Gladebac, Renero de Duice, Hermanno abbate de Monte, Erpone abbate de Rode, comite Henrico de Gel, Reinero de Kuick, Arnolde comite de . . . ., Ottone de Horst, eiusdem quoque loci Rutgero decano, Herwigo et fratribus s. Marie in eodem loco et eiusdem loci ministerialibus.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 436, S. 305.



## No. 330.

Theoderich, graaf van Kleef, verkrijgt de advocatie over de goederen te Brien en door Reiner, bijgenaamd Winter, aan de kerk te Bedbur verkocht.

In het jaar 1170.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Ego, Theodricus comes de Clive //.

Quum dies mali et in novissimis stant tempora periculosa, necessarium et pium // duximus, paci et tranquillitati sub potestate nostra degentium et maxime religiosorum // in futurum providere.

Notum igitur facimus, tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod Reinerus, cognomento Winter, agros, quos habebat in Brine, ecclesię sanctę Marię sanctique Iohannis baptistę et Winrico, eiusdem ecclesię in Bedebure preposito, iam antea venditos, in conspectu nostro et ministerialium nostrorum, quorum nomina subscripta sunt, sub advocatiam nostram condidit et ipsam . . . . tam pro se quam pro omnibus . . . . et consanguineis suis iuramento confirmavit, sub ea conditione, ut ei subsidium victus ab ipsa ecclesia, quam diu viveret, ministraretur.

Ne igitur ipsi ecclesię deinceps calumpnia vel violentia in hac causa, sive ab eo sive ab ullo consanguineorum eius, inferatur, presentis scripti paginam, sigilli nostri testimonio communitam, fieri mandavimus.

Testes sunt Heinricus castellanus, Herimannus pincerna, Gerlacus de Vundern, Arnoldus dapifer.

Acta sunt hec anno Domini MCLXX.

Naar het oorspronkelijke in het Rijks-Archief te 's Gravenhage. Het niet meer aanwezig zegel heeft gehangen aan eene doorgestoken perkamenten strook.

Waar . . . . staan, zijn scheuren in het perkament.

## No. 331.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Philips I, aartsbischop van Keulen, over het goed Lechenich.

In het jaar 1171.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Philippus, divina patientia s. Coloniensis ecclesię archiepiscopus.

Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Placet nobis ad omnium venire notitiam, etc.

Huius rei testes sunt: Bruno maior in Colonia prepositus, Theodericus [Hugo] maior decanus, Simon prepositus s. Gereonis, Godefridus decanus, Ioannes subdecanus, Iohannes choriepiscopus, Cuno custos; laici: Heinricus comes de Gelre, Theodericus comes de Cleve, Theodericus comes de Hostaden, Heinricus comes de Seina et Everhardus frater eius, Gerhardus comes de Nurenburg, Hermannus advocatus, Gerhardus de Mulesvort et alii quam plures clerici et laici.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis MCLXXI.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, no. 440, S. 307.

No. 332.

Hendrik, graaf van Gelre, in de algemeene synode, waarin Philips I, aartsbisschop van Keulen, de bepalingen van Prumen over de kerk te Justen bekrachtigt.

In het jaar 1171.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Ego Phylippus, divina ordinante clementia sancte Coloniensis ecclesię archiepiscopus, omnibus, tam futuri quam presentis temporis fidelibus, salutem, quę est in Christo Ihesu.

Certum est brevem esse et momentaneum presentis vitę statum, quia etc.

Ex omni multitudine synodalis conventus quorundam nomina prelatorum et nobilium in testimonium subscribi iussimus. Bruno prepositus maioris ecclesię, Sifridus prepositus Santensis ecclesię, Symon prepositus s. Gereonis, Lũtharius prepositus Bunnensis, Henricus comes de Gelre, Theodericus comes de Cleve, Engelbertus comes de Monte, Willelmus comes de Iuliaco, Albertus comes de Molbach.

Anno ab incarnatione Domini MCLXXI, indictione IV, epacta XII, concurrente IV, regnante glorioso imperatore nostro Friderico, in generali sinodo nostra, secundum consuetudinem et iusticiam in ecclesia b. Petri sollempniter et legitime celebrata, acta sunt hec et confirmata.

Beyer, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 9, S. 46.

No. 333.

Keizer Frederik I bevestigt Godfried, bisschop van Utrecht, in het bezit der goederen, waaronder Ek, hem door keizer Otto II gegeven.

12 October 1171.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator augustus.

Si ecclesias Dei amplificamus et earum iura regali auctoritate tue-  
mur et firmamus, antecessorum nostrorum, piorum regum vel impera-  
torum, exempla sequentes, hoc nobis et ad regni nostri prosperitatem  
et precipue ad anime nostre salutem profuturum non ambigimus.  
Ea propter, tam futurorum quam presentium noverit industria, quod  
nobis, apud Novimagum consistentibus et de pace atque de statu regni  
tractantibus, fidelis noster Godefridus, Traiectensis ecclesie venerabilis  
episcopus, ante presentiam nostram venit, et instrumenta privilegiorum  
bone memorie Ottonis secundi nobis presentavit, in quibus contine-  
batur, quod ipse, pro remedio anime sue ac suorum parentum, quas-  
dam res iuris sui ad prefatam ecclesiam sancti Martini in proprium  
tradiderit, videlicet quicquid ipse in villa Muda habuerat, etc.; ter-  
ram quoque, quam Otto in loco, Eki vocato, possiderat, sed pro  
commissis ipsius ad regale ius iudicario ordine fiscata erat, sepeme-  
morate ecclesie libere donaverit; et episcopo, etc.

Acta sunt hec coram [testibus] idoneis: domino Philippo Coloniensi  
metropolitano et domino Cristiano Moguntino et domino Arnolfo  
Treverensi, Ruodulpho Leodiensi episcopo, Boscellino camerario,  
Ottone, Egberto de Amestel et aliis quampluribus.

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Henricus cancellarius [vice Cristiani] Moguntini archiepiscopi  
et archicancellarii, recognovi.

Anno Dominice incarnationis MCLXXI, indictione IIII, regnante  
domino Frederico, Romanorum imperatore invictissimo, anno regni  
eius XX, imperii vero XVIII.

Datum Aquisgrani IIII idus Octobris, feliciter. Amen.

Böhmer, Acta imperii, n<sup>o</sup>. 130, p. 122.

No. 334.

Hendrik, graaf van Gelre, en zijn zoon Gerard getuigen in de oorkonde, waarbij  
Hendrik van Kuik afstand doet van de advocatie over de landen van het ka-  
pittel van s. Jan te Utrecht, te Balgooi gelegen.

In het jaar 1172.

In nomine sanctę, individue Trinitatis et vere lucis vere lucentis.

Lucidum et perspicuum eat universis fidelibus clericis, // laicis, tam  
posteris quam presentibus, quod ego Godefridus, voluntate Dei Tra-  
iectensium antistes, advocatiam de prediis ecclesię sancti Iohannis

perti/nentibus, quę sunt in pago, qui Balgoie nuncupatur, quam Henricus de Cuk, comes Traiectensis, diu sibi, magis arbitrio voluntatis // quam aliquo titulo iuris, usurpaverat, divina pietate tandem inspirante resipiens, gratuita voluntate mihi resignavit; emancipatam, iudicio dictante secundum beneplacitum meum, Arnolde, preposito et suis successoribus ecclesię pretaxatę, donando restitui et restituendo libere donavi, ita ut de cetero nullus advocatus aliquod ius, vel exactionis iudiciarię vel postulationis violentę in his prediis vel mancipiis habeat, sed solus prepositus, cuius interest providere bonis ecclesię, iuxta rationem suę dispensationis, prudenter et fideliter in timore Domini regat et custodiat.

Acta sunt hęc in conspectu venerabilis domini Coloniensis archiepiscopi Phylippi, anno MCLXXII incarnationis Domini, anno XXII regni, XVIII imperii gloriosi imperatoris Fritherici, indictione v, episcopatus mei anno XVII.

Hanc quoque paginam feci conscribi et anathematis vinculo confirmavi, ut inconvulsa et inconcussa toto tempore permaneat. Amen.

Huius rei testes sunt, quorum nomina infra scripta habentur: dominus Coloniensis archiepiscopus Phylippus, prepositus Santensis Sifridus, Santensis decanus Guncelinus, prepositus sanctorum Apostolorum Theodericus, Hermannus Iudeus beatę Marię in Colonia canonicus; liberi: comes Gelrensis Henricus, filius eius Gerardus, comes Hollandensis Florentius, fratres eius Robertus, Otto, advocatus Rūdolfus, Theodericus castellanus, frater eius Gerlagus, comes Luscius, Wilhelmus, Constantinus de Monte, Riquinus de Maldberge, Otto iunior de Maldberge, Theodericus de Altena, Florentius de Vornen, Isebrandus de Harlem, Alardus Vicman; ministeriales: Ekbertus de Amestelle, filius eius Henricus, Henricus de A, Ylias, filius eius Godefridus, Rothericus de Daventria, Bertramus de Daventria, Hathemarus de Lindelo, Benneke de Wald, duo filii eius Randolf, Rūdolf, Gerardus de Lindscote, fratres eius Iacobus, Henricus, Gozwinus de Veteri Valle, Isebrandus de Lente, Arnoldus de Everikes-thorpe, Hermannus Irregang, Theodericus de Iudifas.

Naar het oorspronkelijke, met des bisschops zegel  
in bruin was aan een doorgestoken perkamenten  
strook, in het provinciaal archief te Utrecht.

schop van Keulen, uitspraak tusschen den graaf van Holland en den bisschop van Utrecht over diens vrije mannen.

In het jaar 1172.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Godefridus, Dei gratia Traiectensis episcopus, notum facio // universis, tam futuris quam presentibus, quod Philippus, Coloniensis ecclesie venerabilis antistes, egre ferens controversiam, // que fuit inter nos et comitem Hollandie de liberis episcopii hominibus, cum multos, spe reformande pacis et amicicie // inter nos, dies servasset et non perfecisset, tandem nobis Sulen diem indixit, quo et venimus. Primum itaque multa industria, advocato consilio comitis Gelrensis et Clevensis et comitis Traiectensis Henrici de Cuik et aliorum nobilium et ministerialium, desudavit amice nos componere. Sed cum res hac via non procederet, urgente molestia et indignatione, in communi dixit, cum de re proposita inter nos amicabili aliqua compositione diffinire non posset, finem imponere rei vellet per iust[itiam], prout comes Gelrensis sen]tenciam dictaret. Quod comes gratis auribus audivit et sententiam fieri petivit. Quesitum itaque est in sententiam a comite Gelrensi: Si liber aliquis, servicio obligatus imperio, se et bona sua, pro quibus ex debito servire tenetur imperio, coniugio vel iuramento alienare possit ab imperio? Quod predictus comes Gelrie assenserunt ipse comes Hollandie, comes Clivensis, comes Traiectensis Henricus de Cuik et alii quam plures, tam nobiles quam ministeriales. Insuper comes Hollandie, quasi leviter et absque molestia ferens sententiam, domino Coloniensi et aliis, nobis audientibus, dixit, quod non multum de liberis his attenderet, cum per sententiam eos amississet. Sepe tamen postea gravem nobis in eis intulit iniuriam, quod nobis in eum magis et magis auxit molestiam.

Naar het oorspronkelijke, waaraan aan eene doorgestoken perkamenten strook een zegel gehangen heeft, in de archieven van het kapittel van den Dom te Utrecht.

Hetgeen tusschen [ ] staat is eene gissing. Het perkament der oorkonde is daar in de vouw versleten.

Het is moeielijk aan dit stuk, blijkens het slot niet dadelijk opgemaakt toen het vonnis geveld was, eene dagteekening te geven. Daar echter de schikking, in de vorige oorkonde vermeld, plaats vond in conspectu van den aartsbisschop van Keulen, die zich toen met de zaken van het bisdom Utrecht bemoeide, meen ik het jaar 1172 te kunnen aannemen.

N<sup>o</sup>. 336.

Keizer Frederik I bevestigt de inkomsten der abdij Siegburg, waaronder te Stralen.

9 Mei 1174.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Quoniam, auctore Dei, sacri imperii gubernacula amministramus, etc.

In Strala modius tritici, porcus valens solidum, porcellus denariorum sex, anser unus, pulli duo, ova decem, situla vini, ama cervicie dimidia, etc.

Ut autem hec omnia rata et firma et omni tempore inconvulsa permaneant, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione muniri iussimus cum testium subscriptione, quorum nomina hec sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Sifridus Xantensis prepositus, Sifridus scholarum magister maioris ecclesie in Mogontia et prepositus s. Iohannis, Wezelo prepositus s. Andree in Colonia, Engilbertus comes, Rüdolfus comes de Phyllindorp, Everhardus comes de Seyna, Heinricus comes de Ditze, Rubertus comes de Nassowe, Tidericus de Hostade comes, Arnoldus comes de Alzena, Willehelmus comes de Iuliaco, Heinricus comes de Kessele, Tidericus et Florentius de Kempene, Gerlacus de Isinburch, Constantinus de Berge, Wernerus de Bonlant, Wernerus de Rode, Godefridus de Wolkinburch, Gerhardus advocatus de Colonia, Tidericus scolthetus de Sigeberg, Richolfus frater eius, Wolfinus tolnearius de Sigeberg, Hartmannus de Stozdorp et alii quam plures.

Signum domni Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus, imperialis aule cancellarius, vice Cristiani Mogontini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXIII, indictione VII, regnante domno Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII, imperii vero XX.

Datum apud Sinceche VII idus Maii, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 450, S. 315,  
naar het oorspronkelijke.

## No. 337.

Keizer Frederik I geeft aan de Utrechtenaren dezelfde tolvrijheid, die zij vroeger te Tiel hadden, voordat de tol van daar naar Keizersweerd verlegd was.

2 Augustus 1174.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. //

Nostri iuris et misericordię est, ut, ex iniuncto nobis a Deo suprema mente dominationis officio, iniuriis gravatos liberemus et unicuique deputata iura // in suo statu inviolabiliter conservemus. Noverit itaque iam presens etas quam futurorum posteritas, quod cives Traiectenses ad nostre maiestatis presentiam venientes, Thile nullum, pro quo gravabantur, theloneum se debere asseruerunt. Nos autem, ad huius rei veritatem cognoscendam, scabinis nostris Thyle pro veritatis exquisitione ipsos transmisimus, quorum iudicio et iuramento prestito, Traiectenses obtinuerunt, se nullum apud Thile debere theloneum, nisi de extranea regione et transmarinis partibus, quod vulgo Over wilde haf, navigando venirent. Preter hoc autem, quocunque alio tempore Thile venientes, mensura modii et hamę et pondere trutine indigerint, de quolibet horum denarium unum persolvent. Quia igitur theloneum de Thile, consilio curie nostre, apud Werdam transtulimus, sicut unicuique ius suum conservare tenemur, sic et Traiectensibus antiquam consuetudinem et iusticiam conservatam esse decernimus. Eapropter iusticiam, quam apud Thile quondam Traiectenses habuerunt, apud Werdam, vel si forte in posterum a Werda in alium locum theloneum translatum fuerit, imperiali auctoritate perpetualiter eis confirmamus, ab omni theloneo, tam apud Werdam, quam apud Thile, ipsos absolventes, excepto marine theloneo, quod vulgo dicitur syetol.

Ad huius autem rei confirmationem presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri precepimus, statuentes et reverende maiestatis nostre edicto districte precipientes, ut quicumque huic nostro statuto obviare presumpserit et aliquatenus infringere attemptaverit, decem libras auri purissimi, dimidiam partem imperiali fisco, reliquam vero sustinentibus iniuriam pro satisfactione componat.

Huius rei testes sunt: Cunradus Wormacinensis electus, Emicho comes de Lyninge, Emicho comes Irsutus, Cunradus comes de Lewensteyn, Bertholdus de Schowenburg, Albertus de Hytlenburg, Hartmannus de Bûthingen, Wernherus de Bonlant, Walterus dapifer,

Berengerus de Nikastel, Burchardus de Kestenburg, Richolphus iudex Aquensis, Alardus de Nymege et alii quam plures.

Signum domni Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus cancellarius, vice Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXIII, indictione septima, regnante domno Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo III, imperii vero XXI.

Datum apud castrum Trivels, III non. Augusti, feliciter. Amen.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Utrecht, met ongeschonden opgedrukt zegel in wit was.

Het jaartal 1184 is stellig verkeerd en moet 1174 zijn, welk jaar overeenkomt met de indictie en de regeeringjaren van keizer Frederik. De eerste getuige Conrad. in 1171 gekozen, wordt den 23<sup>en</sup> Mei 1174 ook nog electus genoemd, den 13<sup>en</sup> April 1180 bisschop. Vgl. de Oorkonden bij Lacomblet, Urkundenbuch, 1, nos. 454 en 472, S. 317 en 331.

#### No. 338.

Herman II, bisschop van Munster, geeft aan het hospitaal van Maria Magdalena en den h. Georg aldaar twaalf maltii rogge uit eene tiende te Winterswijk.

In het jaar 1176.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Hermannus, Dei gratia Monasteriensis ecclesiae humilis dispensator, omnibus Christi fidelibus salutem in Domino.

Dignitatis nostrae ratio expostulat, precipue ecclesiis, nostrae sollicitudini subiectis, misericordiae manum porrigere, cum iuxta apostolum etiam ad omne bonum operari iubeamur, quapropter omnibus, tam presentis quam futuri temporis hominibus, notificamus, quod decem maltios siliginis de decima quadam, sito in parochia Winterswick, in villa, quae dicitur Marca, ecclesiae, quae in honorem beatae Mariae Magdalenaee et sancti Georgii martiris Monasterii construitur, ad prebendam sacerdotalem ac consolationem pauperum ibi manentium libera donatione allegavimus, hac pactione adiuncta, ut villicus noster de Lon eiusdem decimae custodiam, quousque vixerit, obtineat; et haec, sigilli impressione firmantes, omnem hominem, qui hoc infringere ausus fuerit, auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra, digna anathematis ultione ferimus.

Facta sunt haec anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi MCLXXVI, indictione IX, regnante gloriosissimo imperatore Friderico.

Huius actionis testes sunt Franco vicedominus, Lubertus, Adelbertus,



Bernardus canonici, Ernestus huius ecclesiae advocatus, Godfridus de Schonebeck, Bertramus, Arnoldus et alii quam plures.

Hoc etiam statuimus, ut idem villicus de Lon pronomatos maltios ad hospitale sine omni eorum labore adducat.

Niesert, Münsterische Urkundensammlung,  
II, no. 70, S. 238.

No. 339.

Godfried, bisschop van Utrecht, scheidt Herghe, Gaedsberg en Vorchten van de kerk te Epe, waarbij Vaassen en Oene blijven.

In het jaar 1176.

In nomine Domini. Amen.

Ego Goldefridus, Dei misericordia episcopus Traiectensis, notum facio universis et singulis, futuris et presentibus, quod, exemplo predecessorum meorum edocti et ab auctoritate nobis concessa freti, consilio ecclesie nostre, propter numerositatem et multitudinem populi, convenientis ad synodum in ecclesia Eep, illos de Herghe et illos de Gaedsbergh et illos de Vorichten ab ea divisimus, ita, ut prima die synodi, quam devote et religiose in ecclesia de Herghe et in Gaedsberh custodiant et observant, et a sepeliendo cimiterii, ab edificatione ecclesie in Epe et ab omni iure synodali, quo ipsis de Epe fuerint, absolvimus et liberos fecimus. Omnibus autem, qui ad capellam de Fassen et ad capellam de Unen assignati sunt, firmiter precipimus, ut illis duobus diebus ad synodum in ecclesia de Eepe, tanquam in matrici ecclesie, in omnibus synodali subiecti sunt iure, ibique sepes cimiterii et edificationes ecclesie procurent.

Hec autem statuimus anno Domini millesimo centesimo septuagesimo sexto ab incarnatione Domini, anno episcopatus nostri vicesimo primo, anno Domini nostri imperatoris Fredrici anno eius vicesimi sexti, indictione octava.

Presentibus testes affuerunt maior decanus in Traiecto Theodoricus, Arnoldus prepositus Daventriensis, prepositus s. Petri in Traiecto, [Gisbertus] de Brunkhorst, Warmbertus de Herda, Werenboldus de Buchorst, Rotgerus de Daventria, Helias de Aa, Iohannes Sallant et alii quam plures boni testimonii viri.

Privilegieboek der stad Hattem, bl. 7.

Van Slichtenhorst, die in het jaar 1655 het Privilegieboek samenstelde, kon den naam Gisbertus, door mij tusschen [ ] geplaatst, omdat een Bronkhorst van dien naam in dien tijd voorkomt, niet lezen en zette eene onverklaarbare verkorting. Waar in het oorspronkelijke eene gestaarte e (e) gestaan zal hebben, schreef hij a'.

Naast het stuk wordt in het privilegieboek aangewezen het pakket, waarin het oorspronkelijke was. De heer Mos, burgemeester van Hattem, heeft de beleefdheid gehad er naar te zoeken, doch het niet gevonden.

No. 340.

Philips I, aartsbisschop van Keulen, bevestigt de kelnerij van Xanten in het bezit der kerken van Afferden en Puiflik.

In het jaar 1176.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus, Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Iniunctum nobis a Deo pontificatus officium nos commonet, inter multas rerum mundanarum curas, etc.

Ceterum quia omne, quod laudabiliter agitur, tunc firmiter subsistit cum scripti astipulacione roboratur, presentem inde paginam fieri et karaktere nostro insigniri precepimus, in qua eidem cellerarii officio Aferden et Pufficke ecclesias, sub predecessore nostro, pie memorie, collatas, sub robore privilegii firmamus. Gracia Dei et vita eterna omni observanti hec, maledictio autem et terribile anathema ex parte Dei et nostra omnibus, tam facientibus quam consencientibus, qui hec turbare vel infringere attemptaverint.

Acta sunt hec Colonie, anno incarnationis Dominice MCLXXVI, indictione VIII, anno regni Friderici XXV, anno episcopatus nostri VIII.

Testes sunt huius rei Bruno maior prepositus, Hugo maior decanus, Lotharius Bunnensis prepositus, Sifridus Xantensis prepositus, Simon sancti Gereonis prepositus, Theodoricus sanctorum Apostolorum prepositus, Hugo sancti Gereonis decanus, Guncelinus Xantensis decanus, Bertoldus magister scholarum, Gerardus de Seleheim, Wilhelmus prepositus de Wischele, Henricus cellerarius et alii plures.

Binterim und Mooren, Die Erzdiöcese Köln, II,  
no. 50, S. 149.

No. 341.

Baldewijn, proost der kerk van s. Marie te Utrecht, geeft daaraan de tienden te Otterlo, grof en smal, hem afgestaan door Gerard van Ape.

In het jaar 1176.

In nomine Domini.

Ego Baldewinus, Dei gratia in ecclesia beate Marie prepositus,

notum facio omnibus Christi fidelibus, presentibus et postmodum futuris, quod omnem decimam maiorem et minorem in Otterlo, quam Gerardus de Ape, deposita omni feodali iustitia, mihi liberam recognovit et propria manu et voluntate recognovit, rogatu amicorum meorum et divine retributionis intuitu, ecclesie beate Marie in Traiecto tradidi ad usus fratrum in ea Deo et beate Marie devote famulantium. Statui quoque, ut huius nominate decime fructus, quicumque exinde provenire poterunt, sive in agris, sive in domibus de cunctis animalibus, que decimari solent, in anniversario fratris nostri domini Franconis sacerdotis equa portione inter fratres dividantur et singulis annis eius memoria eo devotius ab unoquoque fratre agatur annua, quo ipse omnium rerum suarum, absque ulla exceptione, ecclesiam et fratres suos fecit heredes. Volo etiam, quoniam hanc eandem decimam, a laycali manu aliquamdiu occupatam, liberam feci et fratribus, quos debita amplector dilectione, donavi, ut, cum Dei ordinatione tempus et dies nostri obitus advenerit, nichilominus sit inter fratres memorialis et debitis obsequiis sine oblivione solemnis.

Ut autem hec rata et firma permaneant, in huius actionis testimonium, presentem scedulam conscriptam, meo proprio sigillo feci signari et episcopali banno muniri, ne aliqua in posterum fraudulenta persona, vel aliquis successorum meorum presumat destruere et divine ultionis offensam incurrere.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXVI, indictione IX, tempore domini Frederici imperatoris regni vel imperii anno XXVI, presulatus domini Godefridi anno XXII, sub testimonio clericorum et laycorum, quorum nomina subscripta sunt: Symon maioris ecclesie prepositus, Theodericus eiusdem ecclesie decanus, cum canonicis suis Alberto, Ernesto, Gedolfo Gocelinus sancti Bonifacii prepositus, Rodolfus decanus, cum canonicis suis Riquino, Sigero, Gerardo, Godefridus sancti Petri prepositus, Hermannus decanus, cum suis canonicis Ludolfo, Ludberto, Daniele, Albertus sancti Iohannis prepositus, Gerardus decanus, cum suis canonicis Theoderico custode, Thiethardo, Helmico; layci: Gerlagus de Renen, Wilhelmus comes, Otto de Malberge; ministeriales: Elyas scultetus et frater Wernerus, Gosuinus et frater eius Segehardus, Ludbertus de Odeke, Albero Pavo, Giselbertus de Amestelle, Otto capellarius.

Liber pilosus, p. 162, te Utrecht.

N<sup>o</sup>. 342.

Verdrag over eene curtis te Beusichem tusschen het kapittel van s. Jan te Utrecht en Iwainus de Gokesforde.

In het jaar 1176.

In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Notum eat, tam presentibus quam futuris, quod dominus Godeboldus, ꝥclesię sancti Iohannis baptiste in Traiecto prepositus, // nomine et memoria dignus, ut curtis, quę sita est in Bosinkem, cum suis appendiciis ꝥclesię sancti Iohannis contraderetur, eiusdem ꝥclesię expensa iusto emptionis titulo // comparata, pia humanitate laboravit et optabili studio effectui mancipavit. Hanc curtem iam dicta ꝥclesia sancti Iohannis iusto titulo et quieta possessione usque // ad tempora beatę memorię domini Harberti, Traiectensis episcopi, cum usufructu plenissime obtinuit et prescriptione temporis, lege taxati, sine omni interruptione possedit. Regnante autem Conrado, rege Romanorum, emerserunt quidam, qui querimoniam super curte prefata prefati in conspectu regis Conradi, presente domino Harberto episcopo, deposuerunt: que, quia nullo titulo et iure subnixa fuit, ordine iudiciario decisa, cessavit. Postmodum in conspectu regis Frederici, antequam imperatoris nomine gauderet, presidente Traiectensi ꝥclesię Herimanno episcopo, eadem querimonia repullulavit, sed ea facilitate, qua mota est, consopita evanuit. Tandem venerabili domino Godefrido, Traiectensi episcopo, Iwainus de Gokesforde cum sua laterali, preteritis molestiis novas adiiciens, querimoniam super pretaxata curte, rationaliter extinctam et ordine iudiciario sepius cassatam, non sine iniuria retractavit. Sed dominus Traiectensis, sicut dominus, sicut pius ꝥclesię advocatus, accito illustri comite Henrico de Chuic, mediatorem se interposuit, verbum querimonie media karitate in suo consilio cum utriusque partis consensu suscepit. Consuluit igitur pro bono pacis, ut capitulum sancti Iohannis predicto Iwaino x libras conferret, tali pacto, ne querimonia, tam iniuriosa, in posterum ullo modo repullularet. Idem quoque Iwainus fideiussores dedit dominum Heinricum comitem de Chuic, Herimannum comitem de Novimagio, quod super bonis supradictis conventum sancti Iohannis nec ipse, nec aliquis ex linea uxoris sue, amodo molestare attemptaret. Nichilominus venerabilis antistes Godefridus sententiam excommunicationis in eos, si qui predictam ꝥclesiam in bonis, totiens memoratis, gravare presumpserint, promulgavit.

Et ut hec rata sint et omni tempore inconvulsa, precepit liberalissimus pontifex Godefridus hanc paginam conscribi et suo sigillo consignari.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominiç mclxxvi, indictione ix, regni Frederici xxv, imperii xxi, episcopatus domini Godefridi xxi.

Testes sunt, quorum nomina infra subscripta sunt: Theodericus decanus maioris ecclesie, Gocelinus prepositus sancti Salvatoris, Arnoldus prepositus Daventrie; canonici: de sancto Martino Gocelinus et Gosuinus, de sancto Petro Wilhelmus et Walterus et Reinboldus, de sancta Maria Eppo, Walterus, Bruno; laici nobiles: Henricus de Chuic, Gerlagus castellanus, Wilhelmus Strabo, Wilhelmus de Lurke, Heinricus de Berebache, Winricus de Wegesaten; ministeriales: Helias, Giselbertus de Amestelle, Giselbertus de Wercunde, Albero Pavo, Otto capellanus.

Naar het oorspronkelijke, met zegel van bruinachtig was aan een doorgestoken perkamenten strook, in de archieven van het kapittel van s. Jan te Utrecht.

---

N<sup>o</sup>. 343.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Philips, aartsbisschop van Keulen, verklaart onder welke voorwaarde hij het allodium van Willem van Hammersbach verkregen heeft.

In het jaar 1176.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Phylippus, Dei gratia s. Coloniensis ecclesie humilis minister et servus, omnibus s. Dei ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Qui potestatem et principatum a domino Deo acceperunt, etc.

Testes sunt huius rei, qui et presentes fuerunt huic donationi, Bruno maioris ecclesie prepositus, Hugo decanus, Symon prepositus s. Gereonis, Cunradus prepositus s. Severini, Rüdolfus prepositus s. Cuniberti, Vuzelo prepositus s. Andree, Thedricus prepositus ss. Apostolorum, Heinricus abbas s. Pantaleonis, Heinricus dux de Lindburg, Heinricus comes de Gelre, Theodricus comes de Cleve, Ingelbertus comes de Monte, Albertus comes de Molbach, Wilhelmus comes Iuliacensis, Theodricus de Hostathe, Godefridus de Heimesberg, Adolfus de Saffenberg, Gerhardus de Blanckenheim.

Facta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXVI, anno imperii domni Friderici gloriosi Romanorum principis XXIII, feliciter.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 458, S. 321,  
naar het oorspronkelijke.

No. 344.


Graaf Gerard, zoon van Hendrik, graaf van Gelre, belooft, met toestemming en onder het zegel van zijn vader, de ingezetenen van Utrecht te zullen bevrijden van de bedden te Rijnwijk, en maakt bepalingen op het voorbijvaren der lichterschepen aldaar.

In het jaar 1177.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Quia solet ignorantia per successum temporis exacta plerumque turbare negotia, cauta decrevit antiquitas litteris informari vel roborari memoriam, ut nulla fiat in causis controversia per negligentiam. Cuius rei formam secutus, ego Gerardus comes, filius domini Heinrici, comitis de Gelre, notifico memorie tam presentium quam futurorum, quia, quodam tempore Traiectum veniens, a civibus honorifice susceptus sum, qui et gravem mihi obtulerunt querimoniam de cotidiana et gravi exactione, que vulgo bede dicitur, quam ipsi a nostris hominibus in Rinwich patiebantur. Quorum precibus, ex ammonitione vel rogatu domini Godefredi, episcopi, et ministerialium Traiectensis [ecclesie] satisficientes, pater meus et ego officulum illud in perpetuum removimus, certitudinem, fide interposita, eis prestantes sub huius constitutionis forma, scilicet ut naves, que vulgo licht skip dicuntur, conducere non cogantur illuc venientes, nisi velint, nec etiam ab ullis, nisi a quibus ipsi delegerint. Quod si navibus Rinwich applicuerint et incusati fuerint, quod aliorum merces sint, que conveyunt, morari non cogentur, sed negantibus eis statim nostri sanctorum reliquias exhibebunt, in quibus se de obiectis expurgabunt. Et quia nonnunquam servi, absentibus vel ignorantibus dominis, solent exigere panes vel vina nec non aliarum quarumlibet rerum minuta, presumptione temeraria, ne vel hec vel ulla prorsus eis exactio fieri debeat, decretum est. Hoc etiam, pro pietate, petitioni eorum adiectum est, ut non solum sint in Rinwich liberi, verum in tota nostra comicia per tractum Reni sub nostra protectione firma fruantur pace.

Ut autem huius rei firma sit constitutio nec hoc apud posteros vel successores nostros ulla deleat oblivio, patris mei sigillo, que prescripta sunt, pater meus et ego confirmavimus.





**Q**uia solet ignorantia p. successu temporis exacta plerumq. turbare negotia. causa decreuit antiquitas <sup>laman</sup>  
 inferuari ut roborari memoria ut nulla fiat in causis omnia sua p. negligentia. Cui rei forma fecit ego <sup>benard comes filius dñi Hen</sup>  
 rici comitis de eadem notitico memorie et p. firmi quia futurore: quia qda. tempore necesse uenient. a cuius honorifice suscepit <sup>Ja. qui &</sup>  
 graue in optulit quoniam de condiana & gny. exactione que uulgo bade dr. qua ipsi a nris hominib. in <sup>lanwiche</sup> particiuaunt.  
 Quae p. ob exomitione ut rogari dñi Godefridi qm & ministraliau tractant. <sup>in facientes pater meus & ego. ostendicula</sup>

illud p. p. ratiu renouim. certitudine fide utposita eis p. tamet sub hui. com. ratiomoni forma. Soli et ut nauis q. uulgo liebt skip di  
 cunt. condicere n. cogant illuc uenientes n. uolunt. nec etia. ab ulla. nisi a q. b. ip. h. d. egerunt. <sup>Q. d. n. a. u. b. k. m. w. i. c. applicauerunt. & me. i. s. a. n.</sup>  
 fuerunt qd. ab. o. e. merces sunt que concludunt. morari n. cogentur. sed negantib. eis. <sup>Et in nri. s. e. e. r. d. i. q. a. b. i. b. e. b. u. n. t. i. n. q. b. s. e. d. e. o. b. i. a. c. t. i. s.</sup>  
 expurgabunt. Et q. non iniqua serui absentis ut ignorantib. dñis solent erigere panes ut una. nec aliaru. quarulibet reru. minima  
 p. p. ratiom. tuncaria. ne ut hoc. ut ulla. prius. eis. excho. fieri. debeat. daretur. e. t. <sup>H. o. c. etia. p. p. ratiom. p. c. i. a. n. i. e. e. o. e. a. d. i. c. t. u. q. d. ut. n. o. n. s. o. l. u. i.</sup>  
 sunt in <sup>k. m. w. i. c. l. i. b. e. r. i. u. e. r. u. i. n. t. o. t. a. n. i. i. c. o. m. i. t. a. p. t. a. e. t. u. r. e. u. i. s. u. b. n. r. a. p. r. e. d. i. c. t. i. o. n. e. f. i. r. m. a. f. i. u. a. n. t. p. a. c. e. V. t. a. u. t. e. h. u. i. r. a. f. i. r. m. a. s. i. t. c. o. n.</sup>  
 stituno. nec hoc. apud. posteros. ut. successores. nros. ulla. debeat. ob. uino. p. a. t. i. m. e. i. <sup>q. u. o. d. p. r. e. s. c. r. i. p. t. a. s. u. n. t. p. a. r. u. s. & e. g. o. c. h. r. i. s. t. i. a. n. i. u. s.</sup>

**A**d. se. hoc. anno. dñi. i. n. c. a. r. n. a. t. i. o. n. i. s. . <sup>M. c. lxxvii. i. n. d. i. c. t. i. o. n. e. . x. . A. n. n. o. r. e. g. n. i. d. n. i. f. r. i. s. t. o. f. e. r. i. c. i. i. m. p. e. r. a. t. o. r. i. s. . x. v. i. i. i. i. m. p. e. r. o. r. u. m.</sup>  
 . x. x. i. . C. p. a. r. i. s. u. d. n. i. Godefridi. Anno. xviii. . <sup>M. c. lxxviii. . C. l. e. t. e. s. a. u. h. u. i. r. e. s. . B. n. i. Godefrido. e. p. i. s. c. o. p. e. . H. i. l. d. e. b. r. a. n. d. . a. b. b. e. c. c. l. e. s. i. e. s. a. u. l. i. a. p. o. s. t. .</sup>  
 Godefrid. p. p. o. s. i. t. e. e. c. c. l. e. s. i. e. s. e. i. P. e. t. r. i. . H. e. l. i. a. s. S. u. l. t. e. r. e. & f. i. s. a. V. a. l. t. e. r. i. u. s. & W. e. n. n. e. r. . G. o. e. r. w. i. n. & S. i. g. e. h. a. r. d. s. i. r. e. i. G. i. s. e. l. b. e. r. t.


**A**lbero. ministralis. Hariger. Ludolf. Arnold. Gerard. Albert. & f. c. i. l. a. b. e.




Johs. de parte autē comitis. Henric. beuard. Johs. Jacob. Bernard. Goerwin.  
 Jacobus. Hildegerus. Ita fide manu dederit cū comite ut corā comite.

In domo Thidboldi de Staden. Ita que p. scripta s. nulla ratione infring.  
 fuerit plures q. hui. rei testes nobiles uiri. q. s. p. r. e. s. a. l. t. i. d. i. u. n. o. n. s. c. r. i. p. s. i. m.







Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXVII, indictione x, anno regni domini Fritherici imperatoris XXVII, imperii XXIII, episcopatus vero domini Godefridi anno XXIII.

Testes autem huius rei sunt: dominus Godefridus episcopus, Hildebrandus abbas ecclesie sancti Pauli apostoli, Godefridus prepositus ecclesie sancti Petri, Helyas scultetus et fratres eius Walterus et Wernerus, Gozwinus et Sigehardus frater eius, Ghiselbertus, Albero; ministeriales: Hartgerus ministerialis, Ludolfus, Arnoldus, Gheraerdus de Foro, Albertus et frater eius Lambertus, Iohannes de Aldwic.

Ex parte autem comitis: Henricus de Dudenwert, Gerardus Mummo, Iohannes de Sallant, Iacobus de Arnhem, Bernardus de Ormete, Gozwinus de Berentrotte, Iacobus de Varnheim, Hildeggerus Scultetus de Rinwich.

Isti fidem manu dederunt cum comite vel coram comite, in domo Thidboldi de Staden, ista, que prescripta sunt, nulla ratione infringi.

Fuerunt plures quoque huius rei testes nobiles viri, quos propter fastidium non scripsimus.

Naar het oorspronkelijke, met opgedrukt geschonden zegel in wit was, in het archief der stad Utrecht.

Het jaar onzer telling, de indictie en het jaar der regeering van keizer Frederik komen overeen, doch daarmede niet die zijner regeering als koning en van Godfried als bisschop.

Dat ik van deze oorkonde, de eerste oorspronkelijke, die van een Geldersch graaf bekend is, een facsimilé kan geven, ben ik verplicht aan de hulpvaardigheid van den heer mr. Kien, burgemeester van Utrecht.

---

No. 345.

Aleidis, weduwe van Albert, graaf van Molbach, hare dochter Alveradis en haar schoonzoon graaf Willem van Julich bestemmen de kerk te Grefrath, in den tegenwoordigen kreits Kempen, om er een collegie van kanunniken aan te verbinden.

24 Mei 1177.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Oblationes fidelium, Deo et ecclesię in salutem animarum oblate, ne vel tempore vel casu vel occasione mutari possint, veritatis sue muniri debent testimonio.

Inde est quod omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, notum facimus, quod in elemosinam Alberti comitis de Molbach, qui XII kal. Iunii obiit in Domino, ego Aleidis uxor ipsius et Alveradis filia mea et Wilhelmus comes gener meus, intuitu Divini amoris et

astipulatione fidelium nostrorum, tam clericorum quam laicorum, ecclesiam, que est in Grevenrode, ad substituendum in ea canonici ordinis fratres, liberam facimus et libertate concessa fratribus, in eadem ecclesia Deo servituris, liberam et canonicam pastoris proprii electionem concedimus. Nos itaque, etc.

Gestum est hoc anno Dominice incarnationis MCLXXVII, VIII kal. Iunii, Rome presidente s. universalis ecclesie summo pontifice Calixto II, sub imperatore Friderico, et Philippo Coloniensi et Ludolfo Leodiensi presule.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 462, S. 325.

Volgens aanteekening van Lacomblet schijnt de stichting geen gevolg gehad te hebben.

---

N<sup>o</sup>. 346.

Godfried, bisschop van Utrecht, stelt de curtis Broek weder ter beschikking van het kapittel van s. Peter te Utrecht.

In het jaar 1178.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Noverit presens etas et futura posteritas, quia ego Godefridus, // divina permissione Traiectensis episcopus, predium ecclesie beati Petri, quod Broke dicitur, in nostre dispositionis cura longo tempore tenuimus, ut // fructus inde provenientes ad usum eiusdem ecclesie converterentur, tum reparando diruta, tum ornando minus culta, secundum quod ab impe//ratore Heinrico, felicis memorie, qui eandem curtem ecclesie predictę dedit, definitum est. Quod licet diligenter ac fideliter impleverimus, fratres eiusdem ecclesie nobis sepe supplicaverunt, quatinus curtem illam ipsorum potestati ac providentie relinqueremus, ut, sicut consuetudo habuerat et ratio exigebat, ipsi de bonis suis libere dispensarent. Horum autem petitionibus sepe pulsati, anime meę habundantiori cautela perspeximus, tandem relinquentes predium illud dispositioni eorum, cum omni rerum integritate et omni eo iure, quod ante habuerat.

Huius rei testem cartam hanc scribi iussimus nostroque sigillo insignavimus ad noticia posteritatis, sub anathemate interdicientes, ne quis dispositionem eorundem fratrum in eodem predio infirmare presumat. Illud etiam recognoscimus nostrisque successoribus precise denunciavimus, nos nichil iuris in eodem predio habere aut umquam habuisse.

Gesta sunt autem hæc anno incarnationis Dominicę millesimo septuagesimo octavo, indictione XI, regni Fretherici XXVII, imperii autem eius XXIII, episcopatus domini Godefridi XXIII, testibus his presentibus: Hildebrando abbate sancti Pauli; prepositis: Gozelmo sancti Salvatoris, Godefrido sancti Petri, Alberto sancti Iohannis, Conrado de Elst; decanis: Theoderico maioris ecclesię, Rüdolfo sancti Salvatoris, Hermanno sancti Petri, Gerhardo sancti Iohannis; canonicis: Alberto, Ernesto, Gerhardo, Sigero, Lutberto, Ludolfo, Thiedardo, Heinrico, Eppone, Walthero; laicis nobilibus: Heinrico de Kuc, Gerlaco castellano; ministerialibus: Helya de A et fratre eius Walthero.

Naar het oorspronkelijke op den huize Biljoen.

Het zegel in wit was, hangende aan een door-  
gestoken perkamenten strook, is afgesleten.

Nº. 347.

Gerard, graaf van Gelre, neemt deel aan het verbond tusschen de bisschoppen van Keulen en Halberstad tegen Hendrik, hertog van Saksen.

In het jaar 1178.

In nomine Domini Iesu Christi.

Philippus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Cum ex iniuncto nobis a Deo praesulatus officio moneamur non esse canes muti, non valentes latrare cumque custodie gregis nostre nocte ac die teneamus insudare, necessarium duximus contra insidias malignancium, quibus crebro ecclesie Dei concurritur, amicitias magnorum et maxime religiosorum virorum nobis contrahere.

Notum igitur esse volumus Christi fidelibus, quod magna et caritativa passione moti sumus per nobilem Halberstadensem ecclesiam, que hactenus mammis regum lactata, multis virtutum erat privilegiata insigniis, nunc autem a domino Henrici, ducis Saxonie, pedibus conculcata et ad nichilim fere redacta est; attracti eciam ob multas iniurias et tribulationes, quos idem dux ecclesie Coloniensi inferebat et cottidie novas et maiores inferre parabat, sano et prudenti consilio usi, domino Halberstadensi episcopo Odelrico et ecclesie sue nos et nostram ecclesiam firmo dilectionis et amicitiae vinculo confederamus, scilicet, ut nobis ipsi in nostre ecclesie necessitatibus, presertim contra prefati ducis Henrici violentas iniurias, firmiter ac fideliter, sine omni dolo et absque malo ingenio, assistamus. In qua confederatione dominum imperatorem affectu diligimus et ei promptissimum servitium exhibere intendimus.

Condictum quoque inter dominum Halberstadensem et nos est, quod si alteri nostrorum, de iniuriis sibi illatis, satisfactio fuerit exhibita, ipse cum tali tenore dumtaxat recipiat, ut si reliquo de suis iniuriis satisfactum non fuerit, ille, qui satisfactionem recepit, totis iuribus alteri assistit.

Acta sunt hec anno MCLXXVIII apud Casle, presentibus et conscientibus Brunone maiore in Colonia preposito, Lothario Bunense preposito, Conrado preposito s. Severini, Iohanne Sefikense preposito, comite Gerharo Ghelrense, comite Engelberto de Monte, comite Heinrico de Seyna et Eveharo fratre suo, comite Arnolde de Althena et Friderico fratre suo, Henrico burggravio Coloniensi, Remero de Froysberch et presentibus aliis nobilibus. Affuerunt eciam ministeriales s. Petri Henricus de Formudisten et fratres sui Gherardus et Goswinus, Henricus de Alpheim, Hermannus camerarius, Goswinus de Althena, Gherardus de Herne, Wilhelmus Scilling et alii plures.

Wigand, Archiv, vi, S. 287.

Zie over den titel van graaf van Gelre, aan Gerard bij het leven van zijn vader gegeven, het aangeteekende bij n<sup>o</sup>. 326.

#### N<sup>o</sup>. 348.

Godfried, bisschop van Utrecht, geeft aan de kerk te Emmerik een grondstuk in Werkhoven.

In het jaar 1178.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Quoniam error humane oblivionis viam solet obstruere veritatis et fraudulentæ contradictionis obstaculo christiane religionis frequenter perturbatur pia devotio, ego Godefridus, Dei gratia Traiectensis episcopus, volens diebus meis consulere et munimen operis mei ad universam secuturæ posteritatis successionem transmittere, presenti instrumento curavi commendare, qua intentione, qua conditione cum ecclesia Embricense convenerim de quibusdam querelis, quas michi proposuerat. Querelam quidem diligenter audivi, de quibus in parte me teneri in animo meo censeo, in parte excusationem veram pretendere potui. Tandem vero non potuit diuturna in nobis esse dissonantia, cum precesserit semper vera dilectio et unanimis concordia, et fratres prenominate Embricensis ecclesie, quicquid iuste et iniuste querele adversus me moverant, plene et libere deposuerunt, ut iam inter me et eos nulla superesset conquerendi materia. Ego autem salutem anime mee providens et bene-

volentie fratrum respondens, terram, que vocatur Bertoldi, in Warcondia, quam scilicet in manu mea longo tempore liberam habueram, eidem Embricensi contuli ecclesie, ut stabilis permaneret dotis collatio, quam ad civilem ecclesiam Embricenses fratres fecerant et ipsi de proventu terre illius auferent prebendas suas, prout Deus daret benignitatem et terra fructum, et in die obitus mei anniversario memoriam mei in missis et orationibus haberent et deinceps Embricensis ecclesia pro mea et omnium Traiectensium episcoporum salute oraret in perpetuum per huius ammonitionem elemosine.

Ut ergo inconvulsa permaneat hec donatio, presens idem instrumentum conscribi feci et insigniri, sigilli mei appositione bannoque episcopali confirmavi, ut quicumque hoc mee devotionis opus infregerit, damnatus ante tribunal summi Iudicis, eterno supplicio deputetur, sintque participes orationum et elemosinarum quicumque studebunt conservare.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXVIII, anno regni Friderici imperatoris XXVII, imperii eius et episcopatus mei XXIII.

Huius donationis testes sunt Theodericus summus decanus, Gozelinus prepositus s. Salvatoris, Lodwicus canonicus s. Martini, Walterus canonicus s. Petri, Gerlacus castellanus, Godescaleus camerarius, Hugo de Dolre, Reinerus frater suus et multi alii clerici et laici.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 465, S. 327.  
naar het oorspronkelijke.

#### No. 349.

Godfried, bisschop van Utrecht, geeft de tienden van Driel aan het kapittel van s. Salvator terug.

In het jaar 1178.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Godefridus, Dei gratia Traiectensium episcopus, notum facio, tam posteris quam presentibus, quod decimas in Thrile, in Giscen et in Woldrichem, ecclesie sancti Salvatoris attinentes, de quibus non iuste michi suggestum fuerat ipsas esse novas decimas, vel quaslibet alias decimas, que ad illam ecclesiam pertinent, ecclesie resignavi; preterea terram quandam iuxta Goldam eidem ecclesie attinentem, quam in usus meos aliquandiu attraxeram, ei liberam dimisi, et, in sancto die Pasche coram altari positus, ecclesie suam recognovi ac in

eorundem bonorum possessione, ex auctoritate michi concessa, eam sub anathemate confirmavi.

Acta sunt hec anno incarnationis Christi millesimo centesimo septuagesimo octavo, indictione undecima, regnante imperatore Frederico, anno regni eius vicesimo sexto, imperii et episcopatus mei vicesimo tercio, presente clero et populo: prepositis: Symone maioris ecclesie, Boscelino sancti Salvatoris, Godefrido sancti Petri, Alberto sancti Iohannis; decanis: Theoderico maioris ecclesie, Rodolpho sancti Salvatoris, Hermanno sancti Petri, Gerardo sancti Iohannis. Testibus autem laycis: Wilhelmo de Scalewyc, Helya sculteto, Ghiselberto de Amestelle, Henrico Flamigo, Theoderico de Iudesaes, Alberone Pavone, Wilhelmo de Thyverdic et quampluribus aliis.

Liber catenatus, p. 62, te Utrecht.

---

N<sup>o</sup>. 350.

Bij de verdeeling der goederen van Godfried van Renen, vader van den Utrechtschen bisschop van dien naam, verkrijgt zijne dochter Heelwig Bommel bij Nijmegen.

9 April 1178.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Cum celestes thesauri omnino securi sint et alieni a suspicione amissionis et periculi, ego Godefridus, ecclesie Traiectensis per divinam gratiam humilis episcopus, aliquid volens cum paupercula in domini gazophilacium mittere, // terrena pro celestibus, humana pro divinis impendere non dubitavi. Horst itaque, predium scilicet patrimonii mei, pro anima mea et animabus omnium parentum meorum, Deo et beato Martino legitima et stabili donatione contuli, per manum liberi advocati ecclesie, // Rudolphi de Gore, sub testimonio cleri et populi, certam spem habens multiplicata retributionis a summo Opifice de facto et facti devotione. Ut autem omnis occasio amputetur contradictioni, pagine presenti curavi commendare qualiter Horst // michi soli . . . . erit. Pater meus Godefridus de Renen preparaverit Horst locum castro edificando et iam quibusdam fossatis et edificiis levibus munierat. Sedit igitur in eminentiori parte loci illius, ubi nunc turris est lapidea et vocatis liberis suis distribuit eis . . . . sua, assignans possessiones suas de Brabantia tribus filiis suis Theoderico, Gerlaco et Arnolde clerico, reliquas autem omnes Hugoni fratri meo et michi Godefrido et sorori mee Helewigi. Data est hec soror mea



nuptui et pro parte a patre accepit Bemmele iuxta Novimagum et Wormersbach supra Andernaken, unde michi et fratri meo Hugoni tota Horstia cessit. Hugo autem frater meus pro parte mea dedit michi Alborch, et sic Horstia tota cessit ei. Postea tamen totum castrum destructum pro werra Traiectensium desolatatumque et sine habitatore longo tempore fuit. Unde dolens frater meus Hugo in partem eius iterum me recepit, ut castrum meo auxilio et meo ac suo sumptu resurgeret. Cum autem in nobis fraterna concordia et unanimis consensus esset, concessit michi idem frater meus Hugo, ut occuparem de loco edificiis meis quantumcunque vellem, ut et fundus et edificia mea propria essent. Ego, habita optione, totum fere locum occupavi, partem unam fratri relinquens, in qua ligneam domum posuit, quam ei dederam. Procedente tempore frater meus Hugo prenomiatus de mundo migravit et uxor eius castrum et predium petiit nomine dotis, nullam tamen prolem habens de marito. Facta est compositio inter me et eam, et ipsa, acceptis a me c marcis, quicquid iuris in castro et predio habuit michi libere vendidit et dimisit. Totum igitur castrum et predium, sicut libere habui, Deo et beato Martino, de cuius bonis ab uxore fratris mei ipsa redemi, ut iam dictum est, et totam munitionem, sicut edificavi, libere dedi pro mea et parentum meorum salute, ita ut frater meus Gerlacus in beneficium retineat et tota mee cognationis et sue successio, et nunquam a cognatione mea alienetur, sed beneficium habeat, qui in ea proximior erit. At si Gerlacus sine legitima prole decesserit, succedat ei Godefridus cognatus meus, vel quicumque de fratribus suis, filiis scilicet Sophie neptis mee et Henrici de Kuc, primogenitus tunc erit, et sic posteritas tota feodum conservet. Domus autem et turris, et capella, et porta totumque castrum inferius et superius cedat ad servitium Traiectensis episcopi, quotiescunque et quomocunque volet et indigebit, eo tamen neutiquam excluso a turri, qui feodum tenebit. Quod si ille, qui beneficium habebit, videbitur episcopo non esse sufficiens ad custodiam castri, suos ibi custodes episcopus habeat cum custodibus illius, qui tunc feodum habebit, ita ut ipsi beneficiato scilicet nulla fiat violentia, nulla iniuria. Verumtamen episcopus pro oportunitate utilitateque et voluntate sua habeat ibi habitationem suam liberam.

Ad testimonium et confirmationem facti huius Trinitatem sanctam et matrem Virginem et beatum Martinum cum omnibus sanctis Dei invocavi, et eum, quicumque donationem istam et conditionem infringere attemptaverit, auctoritate Dei et sanctorum eius, vinculo anathematis innodavi et supplicio eterno deputatum et

ante horrendum et districtum tribunal Iudicis summi segregavi dampnandum.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXVIII, indictione XI, anno regni imperatoris Frederici XXVII, imperii eius et episcopatus mei XXIII.

Huius autem donationis quoddam feceram inchoativum in ipso castro Horst, posito vexillo sancti Martini supra turrim, tribus continue diebus et tribus noctibus, presentibus et idoneis testibus, advocato videlicet sancti Martini prenominato Rudolfo de Gore, Gocelino preposito s. Salvatoris, Arnolde preposito Daventrie, Conrado preposito de Elst, Lodwico canonico, Waltero canonico s. Petri, Brunone capellano, Arnolde canonico sancti Iohannis, magistro Godefrido, Welcelone sacerdote. Liberi vero, qui tunc aderant, fuerunt hi: Willelmus Luscus comes, Gerlacus frater meus, Rudolfus advocatus de Echtelte, Hubertus de Echtelte, Willelmus de Alborch, Noiel de Eggerhove, Thomas de Berenchem; ministeriales: Helias de A, Albero de Amerungen et Gozuinus nepos suus, Alardus Ariel, Willelmus de Dwerdeike, Reynerus de Dolre et Hugo frater suus, Reynerus et Amelricus filius suus, Giselbertus dispensator meus, Otto capellarius, Godescalcus camerarius, Stemarus et Gunterus filius suus, Robertus de Orde, Gevehardus de Eecke.

Secunde vero donationis, que ad perfectionem prime spectat, quam scilicet ego feci in die Resurrectionis Domini super altare beati Martini, quo debui ordine, qua sollempnitate, testes affuerunt Hildebrandus abbas sancti Pauli, Theodericus maior decanus, Gocelinus prepositus sancti Salvatoris, Albertus prepositus sancti Iohannis, Conradus prepositus Elstensis, Rodolfus decanus sancti Salvatoris, Hermannus decanus sancti Petri, Gerardus decanus sancti Iohannis et universus Traiectensis conventus, sicut convenerat ad missam celebrandam. Nobiles quoque et ignobiles laici, quotquot convenerant ad sancte Resurrectionis sollempnitatem.

Naar het oorspronkelijke, waaraan twee zegels aan doorgestoken perkamenten strooken gehangen hebben, in de archieven van het kapittel van den Dom te Utrecht.

Zoo stellig in de oorkonde het jaar 1188 staat, zoo stellig is dit eene vergissing, daar de andere tijdsbepalingen het jaar 1178 aanwijzen, waarin den 27sten Mei bisschop Godfried overleed. Waar . . . . staan zijn scheuren in het perkament.

## No. 351.

Oorlogen tusschen den graaf van Gelre en den bisschop van Utrecht over de leenverheffing van de Veluwe.

In de jaren 1178 en 1188.

Post hunc, scilicet Godefridum, electus est in episcopum dominus Balduinus. --- [qui] ecclesiam suam in multa pace dives et potens ad aliquot annos feliciter gubernavit. Tandem --- episcopus armata manu Veluam occupavit, quam contra ducem Brabantiae et contra ducem Brabantiae et contra comitem Gelriae Gerardum rapinis et incendiis et multa exactione devastavit. Dicebat eam sibi vacare a duce praedicto, qui feoda sua debito tempore non receperat de manu sua more vasallorum. Sed istum tumultum belli dominus imperator, magnus Fredericus, huius nominis primus, composuit et sedavit, et Velua duci et comiti, qui eam de manu sua tenet, remansit, latens vero odium inter episcopum et comitem non quievit, nisi ad tempus, sicut infra plene patebit. ---

Et nota quod Balduinus episcopus habuit guerram cum illis de Gelre. Prima vice quum Veluam, pro sibi vacante, occupavit. Tunc vivebat comes Gerardus, qui pro hac iniuria Daventriam ad quatuor dies obsedit. Sed dominus imperator Fredericus ista sedavit.

Secunda vice, Gerardo comite mortuo, frater suus Otto comes episcopum in tantum in suis bonis infestavit, quod tanta fuit discordia, ut Florentius, comes Hollandiae, omnia pecora totius Veluae in Daventriam commineret et gravia dampna comiti inferret, et ab alia parte Thidericus, Clevensis comes, vir fortis, strenuus et largissimus, omnem terram Gelriae potenter incenderet et devastaret. Sed dux Brabantiae et archiepiscopus Coloniensis et dominus Hermannus, Monasteriensis episcopus, et Adolfus, comes de Monte, partem comitis sic coadiuvabant, ut, collectis duobus millibus militum et quingentis, in Daventria tribus septimanis octingentos milites episcopi obsiderent. Ista vero guerra composita fuit, quando dictus comes Gelrensis cum imperatore Friderico mare transivit.

De rebus Ultraiectinis auctoris incerti narratio historica, p. 4 en 9.

Baldewijn, broeder van den graaf van Holland, werd bisschop van Utrecht in het jaar 1178, graaf Gerard overleed in het jaar 1181 en graaf Otto ging ter kruisvaart in het jaar 1188. Latere schrijvers, aangehaald door Dumbar, Het kerkelijk en wereltlijk Deventer, 1, bl. 448, stellen den eersten oorlog op het eerste jaar, wat niet strookt met hetgeen de Auctor incertus vermeldt. Dat, zoo als deze en de anderen, ook Van Spaen, Historie, bl. 98, opgeven, keizer Frederik 1 in persoon overgekomen, den oorlog geëindigd en een wapenstilstand gesloten zoude hebben, is geheel onbewezen. De keizer was te dier tijd meest in het zuiden des rijks.

Hendrik, legitimus haeres Sutphaniensis oppidi, geeft aan het klooster te Oostbroek tot zekerheid van 30 pond een eiland bij Gomecenorde met de vischerij en verbindt het aan den hof te Spankeren.

In het jaar 1179.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Quoniam ea, que proborum virorum consultu a principibus geruntur, plerumque, tum temporis successione a thesauro memorie relegantur, tumque corrosivo invidorum dente, quasi bachantium aprorum ictibus, in exterminium precipitantur, nisi scriptorum monumentis reserventur, idcirco opere pretium est, ne bonarum rerum obliteratio surrepat, ut posteritati hominum veritatis vestigia scripturarum testimonio imprimantur, ego Henricus, divina gratia legitimus heres Sutphaniensis oppidi, notum facio omnibus Christi fidelibus, summa cum devotione triginta libras Traiectensis vel Daventriensis monete me spondisse dare sancte Marie perpetue virgini, matri Iesu, et sancto Laurentio in Ostbrüch, quorum ibidem memoria iugiter fit in memoriam mei omniumque fidelium defunctorum, necnon parentum meorum et precipue ad salutem anime coniugis mee Agnes, que nuper obierat, michi multum dilecta. Verum quia obnubilantur crimina, cum ex iusto fit elemosina, et quia refulget ante Dominum, quod manus capit spiritu pauperum, cepi meditari, ut affectus mee affectuose sponsonis manciparetur effectui operis. Igitur ad restaurationem triginta librarum a me promissarum, consensu et approbatione filii mei Gerardi, quia hec promissio principaliter pro anima matris eius Agnes, prefate uxoris mee, facta fuit, insulam quandam, iuxta Gomecenorde sitam, sancte Marie matri et filie Domini Sabaoth, et sancto Laurentio in predicto claustro, in alodium et proprietatem, absque ulla servitii conditione, quia liberam eam habui, erogavi. Insuper piscaturam, hinc et inde circa eandem insulam in utraque parte litoris, prenominato cenobio, quia asilum omnium transeuntium esse multi ex liquido cognoverunt, pio cum effectu filii mei Gerardi prefati, contradidi. Horum siquidem utilitatem, scilicet insule et piscature, cuidam curti in Spankeren, que ad supradictum claustrum pertinet, sopita omnium contradictione, per astipulationem iusticie efficaciter assignavi.

Ad huius igitur rei testimonium roborandum presentium litterarum apices sigilli mei impressione muniri iussi et nomina testium subinduci: Godefridus prepositus sancti Petri in Traiecto, Geldulfus capellanus comitis eiusdem, Reinaldus canonicus in Sutphenne, Tho-

mas canonicus eiusdem ecclesie, Hermannus de Alfén, Gerhardus de Brunchorst, Brunsteyn de Driele, Gerardus Mummo, Henricus de Dodenwerde, Gerardus de Stralen et Ludulfus frater eius, Theodericus de Hertenvelde, Robertus pincerna.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominice MCLXXVIII, indictione XII, epacta XI, ciclo lunari XVIII, regnante Friderico, anno regni eius XXVIII, imperii vero XXVI, feliciter.

In een Vidimus van Hendrik, bisschop van Utrecht, van 13 Mei 1262, in het archief van Gelderland, no. 78.

De Vidimus luidt aldus :

Henricus, Dei gratia Traiectensis episcopus, universis presentia visuris salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos, anno Domini MCC sexagesimo secundo, in die beati Servatii, litteras nobilis viri domini Henrici, comitis Sutphaniensis, bone memorie, non cancellatas, non abollitas nec in aliqua parte ipsarum viciatas, sub vero sigillo et stilo integro vidimus et legimus, quarum tenor talis est :

Het stuk draagt sporen, dat aan een doorgestoken perkamenten strook een zegel gehangen heeft. Achter op staat in oud schrift: Transcriptum insule et curtis Spankeren; in jonger: Hoff te Spankeren.

Van de dagteekening zijn goed de indictie en de epacta, de cyclus lunaris moet 2 zijn, Frederik I werd koning den 9<sup>en</sup> Maart 1152, keizer den 18<sup>en</sup> Juni 1155.

Agnes, de vrouw van graaf Hendrik, was de zuster van Lodewijk, graaf van Arnstein, in het Nassausche aan de Lahn, overleden in het jaar 1185. Fuit in castro, quod Arnstein ab antiquis temporibus nuncupatum, adhuc hodie nomen obtinuit, comes quidam nomine Lodewicus. --- Hic septem habebat sorores. --- Due ipsarum duobus iuncte sunt inclitis baronibus Ungarorum, non minus sollempniter quam nobiliter desponsate. Tertia Palatini comitis de Thyngin transiit in amplexus. --- Quarta, Nassauen desponsata, Rubertum genuit et Arnoldum et Demudim filiam. --- Quinta fuit desponsata comiti de Loufo. --- Sexta Ysinburgensem prosopiam generavit, septima in Sutphaniensem transiit comitiam. Vita Lodewici, comitis de Arnstein, bij Böhmer, Fontes, III, p. 327, en Vorrede, S. LI. Vgl. Van Spaen, Inleiding, II, bl. 163.

Hendrik verwekte bij Agnes twee zonen: Gerard en Otto, en drie dochters: Adelheid of Maria, Margaretha en Agnes. Over de laatste handelt n<sup>o</sup>. 315, bl. 311; over de beide andere dochters dient hier iets medegedeeld te worden.

Volgens Mantelius, Historiae Lossensis libri decem, p. 137 en 302, trouwde Gerard, graaf van Los of Loon — en ook van Rinek — Maria, eene dochter van graaf Hendrik van Gelre. Dit wordt bevestigd door Dr. Stein, Die Reichslande Rinek und die übrigen Besitzungen ihres Dynastengeschlechts, in Archiv des historischen Vereines von Unterfranken und Aschaffenburg, xx, H. 3, S. 68 (1870). De eerste oorkonde, waarin Gerard met zijne vrouw, daarin en in andere Adelheid genaamd, voorkomt, is van het jaar 1179, waarbij zij jaan het Domkapittel te Würzburg goederen verkoopen. Hunne zonen waren: Lodewijk, die zijn vader in het jaar 1195 in Loon opvolgde en in het jaar 1204 trouwde met Ada, dochter van graaf Dirk VII van Holland; Gerard, die het graafschap Rinek verkreeg; Hendrik, proost van s. Servaas te Maastricht, later graaf van Duraz; Arnold, die, na het kinderloos overlijden van zijn broeder Lodewijk, graaf van Loon werd, en Theodorich, die zich in den vierden kruistocht onderscheidde.

Zij hadden drie dochters: Imaina, vrouw van Willem, kastelein van Sint-Omer, Mathilde, abdis van Munster-Bilsen, en Jolande, gehuwd met Theoderich van Heinsbergen. Vgl. Daris, *Histoire de la ville et du comté de Looz*, p. 432. (1864)

Caesarius Heisterbacensis zegt, in het *Leven van den h. Engelbert*, aartsbisschop van Keulen, van dezen: *Erat autem vir nobilis valde et spectabilis genere, filius Engelberti, comitis de Monte. --- Mater eius filia erat comitis Geldrensis, viri divitis atque potentis Böhmer, a. w. II, p. 296.* Kremer, *Beiträge*, III, S. 193, noot (3), vermeldt dat hij een Ahnenbeweis gezien heeft, waaruit blijkt, dat de moeder van Engelbert heette Margaretha en eene dochter was van graaf Hendrik van Gelre. Haar man, in Juni 1189 overleden, verwekte bij haar, behalve genoemden Engelbert, Adolf, graaf van Berg, in Juli 1218 te Damiette gestorven en die in het graafschap opgevolgd werd door zijn broeder Engelbert. Toen deze in het jaar 1225 vermoord werd, kwam Berg aan Irmgarde, eenig kind van Adolf, gehuwd met Hendrik van Montjoie, die na den dood van zijn vader Walram hertog van Limburg werd. Van een derden zoon, Adolf den Jongeren, is niets dan het bestaan bekend. Vgl. Lacomblet, *Urkundenbuch*, II, Vorbericht, S. xxvii; Ficker, *Engelbert der Heilige*, Erzbischof von Köln, S. 25 en 212, en *Stammtafeln*.

### No. 353.

Eenige personen, van afkomst ministerialen der kerk te Zyfflich, worden weder als zoodanige aangenomen.

In het jaar 1179.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Philippus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister, omnibus in Christo fidelibus in perpetuum.

Notum esse volumus, tam futuris quam presentibus, quod dilectus noster Iohannes, Seflickensis prepositus, ad nostram veniens presentiam, sua nobis relatione veraciter intimavit, quod quidam homines, tam viri quam mulieres, videlicet Lina mater Bercele, Bercela mater Helberti, Hartwici, Lodewici, filiorum Volequigis, Reinwir, Udelhildis, qui ab antiquis generis sui primordiis ecclesie Seflickensis ministeriales extiterant, tum propter parentum suorum, quibus ab infantia orbatu fuerant, interritum, tum propter etatem sua conditione deciderant. Postquam vero ad annos discretionis et maturitatis pervenerunt, suam originem suamque conditionem recognoscentes, ecclesie Seflickensi cuius, sicut dictum est, ministeriales erant, se presenterunt eiusdemque ecclesie preposito Iohanni, coram universo conventu et comministerialibus suis fidelitatem facientes, comministerialium suorum consortes effecti, plenitudinem sui iuris et conditionis sub omnium consensu et testimonio ibidem perceperunt.

Que quia rationabiliter facta sunt et ordine, quo debuerunt, ad nostram cognitionem fideliter pervenerunt, ut omnia hec rata et inviolata permaneant, presentem inde paginam conscribi et nostre imaginis caractere communiri precepimus, firmissime statuentes, ut si quis unquam predictos homines in sua conditione quibuscunque modis infestare vel perturbare presumpserit, et vinculo anathematis astrictus subiaceat, et in Dei iudicii ira et indignatione Dei omnipotentis incurrat.

Huius autem rei testes sunt: Ernestus decanus, Arnoldus magister scolarum, Rodolfus custos, Heribertus et ceteri fratres omnes; ministeriales vero: Gevehardus, Winemarus, Theodericus; homines autem ecclesie: Baldericus, Henricus, Ricwinus.

Facta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXIX, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico et gubernante Domino nostro Iesu Christo omnia, feliciter.

Naar een afschrift van Van Spaen, in portefeuille n<sup>o</sup>. 216, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, genomen naar het oorspronkelijke te Kranenburg. Het zegel, dat aan een perkamenten strook gehangen had, was niet meer aanwezig.

---

N<sup>o</sup>. 354.

Paus Alexander III bevestigt het kapittel van s. Salvator te Utrecht in het bezit van tienden en tinsen tusschen Maurik, Ravenswaai, Rijswijk en Suol.

27 Juni 1179.

Alexander, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis ecclesie sancti Salvatoris in Traiecto eorumque successoribus, canonicis substituendis, in perpetuum.

In eo loco sumus et officio, licet immeriti, providente Domino constituti, ut etc.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: terram, quam habetis ultra Yselam, etc. decimas novalium et census, que interiacet Meldrike ab oriente et Ravenswade ab occidente, Ryswije a septentrione et Suol a meridie, etc.

Datum Laterani per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, quinto kalendas Iulii, indictione duodecima, incarnationis Dominice anno millesimo centesimo septuagesimo nono, pontificatus vero domini Alexandri pape tercii, anno eius vicesimo.

Liber catenatus, te Utrecht.

De bul is in haar geheel uitgegeven door Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland, n<sup>o</sup>. 159, bl. 100.

## No. 355.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Frederik I bekrachtigt eene overeenkomst tusschen den aartsbisschop Philips en de burgers van Keulen.

18 Augustus 1180.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Quoniam humana labilis est memoria, et turbe rerum non sufficit, etc.

Huius rei testes sunt: Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Baldewinus Traiectensis episcopus, Reinhardus Wirzeburgensis episcopus, Cūnradus Wormatiensis episcopus, Ūlricus Spirensis episcopus, Udo Nuenburgensis episcopus, Ebirhardus Merseburgensis episcopus, Cūnradus palatinus comes Reni, Bernhardus dux Angarie et Westfalie, Otto marchio Missinensis, Teodericus marchio de Lusiz, Fridericus comes de Brene, Heinricus comes de Gelre, Hermannus comes de Ravinsperc, Albertus comes de Ebirstein, Heinricus comes de Arnisperc, Rūpertus comes de Nassowe, Ebirhardus comes de Seina, Adulfus comes de Scowimbure, Reinherus de Froizispreht, Constantinus de Monte et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gotefridus, imperialis aule cancellarius, vice Christiani Maguntini archiepiscopi et Germani archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCLXXX, indictione XIII, regnante domno Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius xx nono, imperii vero XXVII.

Datum in territorio Halverstatensi xv kal. Septembris, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 475, S. 335,

naar het oorspronkelijke te Keulen.

## No. 356.

Hendrik, graaf van Gelre, en zijn zoon Gerard, getuigen in eene oorkonde van Philips, aartsbisschop van Keulen, over de gift van een predium in villa Ichendorf.

In het jaar 1181.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Ego Philippus, s. Coloniensis ecclesię archiepiscopus in perpetuum.

Quoniam divina annuente clemencia sollicitudini nostrę interesse dinoscitur, etc.



Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo cLXXXI, indictione XIII, regnante gloriosissimo imperatore Friderico, nostri vero pontificatus anno XIII, feliciter. Amen.

Testes etiam affuerunt, tam laici quam clerici, fame integrę ac boni testimonii viri, quorum nomina hec sunt: Bruno maior prepositus, Theodericus maior decanus, Symon s. Gereonis prepositus, Godefridus decanus, Cunradus s. Severini prepositus, Walterus decanus, Theodericus ss. Apostolorum prepositus, Herimannus decanus, Rudolfus s. Kuniberti prepositus, Sifridus decanus, Bruno s. Marię ad Gradus prepositus, Wolframus decanus, Bruno s. Georgii prepositus, Ysfridus decanus; nobiles: Henricus comes de Gelre et filius eius Gerardus, Henricus comes de Seyna, Henricus dux de Limburg, Engilbertus comes de Monte, Willelmus comes de Iuliaco, Teodericus comes de Hostade, Gerardus comes de Are et alii quam plures, tam clerici quam laici, Gerardus advocatus, Heremannus camerarius, Gerardus thelonearius.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 480, S. 339,  
naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 357.

Gerard, graaf van Gelre, trouwt met Ida, dochter van Mattheus, graaf van Boeljon.

In het jaar 1181.

Theodericus, comes Flandriae, de uxore sua Sibilla filios habuit et filias, quorum unus fuit Philippus, comes Flandrie et Viromandie potentissimus, alter vero Matheus, comes Boloniensis, qui ex parte uxoris sue comitatum Boloniensem adeptus fuit --- et ex ea filias habuit duas, Idam scilicet, que post patrem comitatem tenuit et primo nupsit Gerardo, comiti de Ghelra, dein Bertoldo Cheringiorum duci, postea Reinaldo, comiti Domni-Martini in Francia.

Gislebertus, Chronicon Hanoniense, bij Pertz,  
Monum., Script., XXI, p. 515.

De bevestiging van het huwelijk wordt gevonden in eene oorkonde van het jaar 1194, bij Miraeus, Opera diplomatica, I, p. 398, waarin Ida, comitissa Boloniensis, zegt eene opdracht te doen per manum meam et virorum meorum bonae memoriae comitum Boloniensium, Mathei scilicet et Gerardi de Gelre. Daaruit is evenwel af te leiden dat deze haar eerste man niet was.

Gerard, zoon van graaf Hendrik, wordt het eerst genoemd in eene oorkonde van het jaar 1172, n<sup>o</sup>. 334, het laatst in de voorgaande van het jaar 1181. Zijn sterfjaar moet omtrent dezen tijd, kort na zijn huwelijk, gesteld worden.

Comes Gerard de Gelren komt evenwel nog voor in eene oorkonde van Philips, aartsbisschop van Keulen, van het jaar 1184, die ik onder n<sup>o</sup>. 363 mededeel en ophelder.

N<sup>o</sup>. 358.

Paus Lucius III bevestigt de abdij Siegburg in het bezit van Stralen.

18 November 1181.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Gerardo abbati monasterii, quod in monte Siegeberg situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quotiens a nobis petitur, quod, etc.

Loca etiam vestra, id est Achera, item Achera, Strala, etc.

Data Rome apud sanctum Petrum per manum Alberti, sancte Romani ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, XIII kal. Decembris, indictione XIII, incarnationis Dominice anno MCLXXXI, pontificatus vero domni Lucii anno I.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, n<sup>o</sup>. 478, S. 337,  
naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 359.

Paus Lucius III bevestigt de bezittingen der proostdij te Meersen te Herten bij Roermond en Berklaar onder Echt.

15 Mei 1182.

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Simoni, abbati monasterii s. Remigii, Remensis ecclesie, fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuam memoriam.

Monet nos apostolice sedis, etc.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: curiam Marsnae, - - - Hertenam cum pertinentiis suis, - - - Berclara cum pertinentiis suis et iure, etc.

Datum Velletri per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, idibus May, indictione xv, incarnationis Dominice anno MCLXXXII, pontificatus vero domini Lucii pape III anno primo.

Publications de la société historique et archéologique  
dans le duché de Limbourg, VI, p. 200, naar het  
oorspronkelijke in het Staats-archief te Brussel.

Hendrik, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Frederik II de voorrechten van Spiers bevestigt.

27 Mei 1182.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Maiestas imperialis exigit et autoritas, ut sicut sua facta rata et inconvulsa permanere desiderat, etc.

Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Baldewinus Traiectensis episcopus, Rudolphus imperialis aulae protonotarius, Henricus maior praepositus Spirensis, Iohannes praepositus s. Germani, Andreas magister scholarum, Conradus praepositus de Omnibus sanctis, Marquardus praepositus s. Pauli de Wormatia, Eberhardus archipresbyter, Conradus palatinus Rheni, Fredericus dux Sueviae, Florentius comes Hollandiae, Gerhardus comes de Loue, Henricus comes Gelrensis, Otto de Byntheim comes, Simon de Sarbrucke comes, Henricus de Dietsche, Boppo de Wertheim, Conradus de Bockesberg, Henricus de Rug, Hartmannus de Budingen, Rubertus de Durne, H. marschalcus, Conradus pincerna, Cuno de Muntzenberg, Anselmus marschalcus, Wicelinus de Berge, Anselmus de Ioningen, Godefridus et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus, imperialis aulae cancellarius, vice Christiani Moguntinae sedis archiepiscopi et Germaniae archicancellarii, recognovi.

Acta sunt haec anno incarnationis Dominicae mclxxxii, indictione xv, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxxi, imperii vero xxviii.

Datum Moguntiae in solenni curia, vi calendas Iunii, feliciter. Amen.

Bondam, Charterboek, no. 63, bl. 233.

Deze oorkonde is de laatste, waarin graaf Hendrik, de volgende van 10 September van hetzelfde jaar de eerste, waarin zijn zoon Otto als graaf van Gelre voorkomt. In dien tusschentijd schijnt de eerste overleden te zijn. Daarmede strookt evenwel niet, dat graaf Otto, bij eene later op te nemen gift aan het klooster Bedbur, een jaargetijde instelt voor zijn vader op den 4den December, op welken dag hij ook vermeld wordt in het Necrologium der abdij Epternach, in Bulletins de l'Academie royale de Bruxelles, x, 2<sup>me</sup> part., p. 245: December, ii non. [den 4den] Karolomannus rex Franciae. Henricus comes Gelriae.

Hendrik werd in het klooster Camp begraven, blijkens het volgend uittreksel, dat Van Spaen maakte uit de Farragines van Gelenius, xxv: Coepit haud vulgaris Campi patronus atque amicus esse illustris Henricus, comes Seynensis, paulo ante obitum

generosi Othonis, Gelriae comitis, qui cum patre suo, bonae memoriae d. Henrico, sepultura humiliante protomartyris Stephani altare, iudicis Christi novissimam adventus horam exspectat in Campo, quem vivus sinceriter amabat. De uittreksels van Van Spaen uit Gelenius zijn bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, onder n<sup>o</sup>. 116.

---

No. 361.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Philips, aartsbisschop van Keulen, over de voogdij van het klooster Vilich.

10 September 1182.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus, divina favente clementia s. Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus fidelibus in perpetuum.

Iustis pie viventibus pium assensum inclinare, etc.

Testes huius rei sunt Bruno in Colonia maior prepositus, Adolfus maior decanus, Lotharius Bunnensis, Ulricus capellarius, Cunradus s. Severini prepositus, Giselbertus s. Andree prepositus, Theodericus ss. Apostolorum prepositus, Bruno prepositus ad Gradus, Godefridus s. Gereonis decanus, Gervasius s. Kuniberti decanus, Theodericus decanus s. Marie ad Gradus, Iohannes choriepiscopus; nobiles: Otto comes de Gelren, Theodericus comes de Cleve, Theodericus comes de Hostaden, Otto de Wikerode, Arnoldus et Fredericus comites de Alcena, Henricus et Everhardus comites de Seine, Wilhelmus comes de Guleke, Reinerus de Vroetzpreth; ministeriales: Gerardus advocatus Coloniensis, Gerardus Snar de Volmütsteine, Goswinus de Alftre, Herimannus camerarius, Wilhelmus Scillinc, Gerardus thelonearius et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXII, indictione xv, Lucio papa III, regnante Frederico Romanorum imperatore augusto, anno regni eius xxxi, imperio vero eius xxviii, anno presulatus nostri xiii, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 481, S. 340.  
naar het oorspronkelijke.

In deze oorkonde wordt Otto het eerst als graaf van Gelre vermeld. De onechtheid van die van Mei van hetzelfde jaar, waarbij keizer Frederik I den burcht te Nijmegen aan dien graaf in leen gegeven zou hebben, is bewezen door Bondam, Charterboek, bl. 236, en Van Spaen, Inleiding, II, bl. 162. Ik neem dan ook terug, wat ik p. 150 mijner uitgave van Wilhelmus de Berchen, De nobili principatu Gelriae et eius origine, over deze oorkonde schreef.

## No. 362.

Paus Lucius III bevestigt aan het klooster van s. Peter en Paulus te Paderborn zijne bezittingen te Renkum, Putten, Voorthuizen, Appel, Wissel, in Teisterbant, te Tuil, Niewaal, Hellow, Haaften en Gameren.

27 Februari 1183.

Lucius episcopus, servus servorum Dei.

Dilectis filiis Henrico, abbati monasterii apostolorum Petri et Pauli Patherburnensis eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, etc.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Within cum ecclesia, etc.

Radengheim cum capella et decimam super dimidiam parrochiam, unde tenemini Traiectensi episcopo annuatim undecimum dimidium denarium sue monete persolvere, Putten, curtem et ecclesiam cum dimidia decima et capellam in Vorthuson, ad ecclesiam eandem pertinentem, Appele, Wesle, in Thesterbant curtem cum tota familia, ecclesiam in Tulon cum quatuor capellis, videlicet Niwelen, Hellue, Haffethen et Gamberen cum dimidia decima. Item curiam Ykinhoven, etc.

Datum Velletri per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, III kal. Martii, indictione II, incarnationis Dominice anno MCLXXXII, pontificatus vero domni Lucii pape III, anno II.

Erhard, Codex diplomaticus, no. 431, S. 164,  
naar het oorspronkelijke te Munster.

Het tweede jaar van het pausschap van Lucius III begint den 3<sup>den</sup> September 1182; de oorkonde valt dus in het jaar 1183 van onze tijdrekening, daar eerst den 25<sup>sten</sup> Maart het jaartal veranderde.

## No. 363.

Gerard, graaf van Gelre, tegenwoordig bij eene gift door Philips, aartsbischop van Keulen, en zijn broeder Godfried aan het Mariaklooster te Heinsbergen gedaan.

In het jaar 1184.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Ego Philippus, Dei gratia s. Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum.

Cum omnibus in bono servire debeamus ecclesiis, maxime tamen honestum est ad confirmationem veritatis nos cooperatores exhibere domesticis. Noverit ergo omnis futura generatio, quod dominus meus et pater carnalis Gozwinus, huius nominis secundus de Heinsberch, instinctu divine ammonitionis et divino dicto confirmationis: Quod uno ex minimis meis fecistis, michi fecistis, emerit quoddam allodium, scilicet undecim mansos, a manu cuiusdam liberi baronis Huberti et eos s. Marię cenobio in Heinsberch contulerit. Sed quoniam, ut omnibus notum est, acta plurima etas diluit, pater meus predictus Gozwinus et mater mea Aleidis hos mansos eo iure s. Marię contulerunt, ut a nullo, quod datum est, et in agris et in silvis, impediretur, sed sola libertate doni et advocati sui intuitu ecclesia illa frueretur. Notum etiam esse volumus omnibus fidelibus, quod ego Philippus et frater meus Godefridus, post obitum parentum nostrorum, tres mansos illi ecclesie contulimus in Rode et sicut quidam Hezelinus et uxor eius Gertrudis possederant, et in agris et in silvis, legem confirmavimus. Hec facta sunt in presentia Leodiensis episcopi Rudolphi et prepositi summe ecclesie Coloniensis Brunonis et comitis Gerardi de Gelren et comitis Alberti de Molbach et aliorum multorum, tam clericorum quam laicorum. Ne igitur quisquam huic libere traditioni in posterum contraire presumat, omnimodis prohibemus et sub anathematis intentione interdicemus.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXIII, indictione II, regnante Friderico Romanorum imperatore.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, n<sup>o</sup>. 493, S. 347,  
naar het oorspronkelijke.

Deze oorkonde vermeldt twee giften, zonder op te geven wanneer zij plaats vonden. Bij de laatste was Gerard, graaf van Gelre, tegenwoordig en Albert, graaf van Molbach, die, volgens de oorkonde n<sup>o</sup>. 345, den 21<sup>sten</sup> Mei 1171 reeds overleden was. Van die giften maakt de aartsbisschop in het jaar 1184 het stuk op, zonder daarbij getuigen te roepen. Hadden Bondam, Charterboek, bl. 246, noot (b), en Van Spaen, Inleiding, II, bl. 176, daarop gelet, zij zouden niet getracht hebben de jaarteekening van de oorkonde te veranderen of hare echtheid in twijfel te trekken.

Vgl. n<sup>o</sup>. 357, en over den titel van graaf van Gelre aan Gerard bij het leven van zijn vader reeds toegekend, het aangeteekende bij n<sup>o</sup>. 326.

## No. 364.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Philips, aartsbisschop van Keulen, over de advocatie van het klooster Laach.

In het jaar 1184.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus, divina favente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in perpetuum.

Cum iuxta Dominice sanctionis exhortationem, etc.

Huius rei testes sunt: Bruno maior prepositus, Adolfus maior decanus, Lotharius Bonnensis prepositus, Conradus prepositus Xantensis, Theodericus prepositus sanctorum Apostolorum, Sigilbertus prepositus s. Andree, Bruno prepositus s. Marie ad Gradus, Ulricus capellarius, Otto comes Gelrensis, Heinricus comes Seynensis, Everhardus frater eius, Symon comes de Teckenburgh, Theodericus comes de Hostaden, Reynerus de Vroinzbergh, etc.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominice millesimo centesimo octogesimo quarto, regnante Friderico imperatore Romanorum serenissimo, indictione II, anno pontificatus nostri sexto decimo.

Günther, Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus, I, no. 210,  
S. 443, naar het oorspronkelijke.

## No. 365.

Keizer Frederik I verleent aan de ingezetenen van Worms vrijheid van tol te Nijmegen en aan die van deze stad te Worms.

3 Januari 1184.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator augustus.

Imperialis iustitiae decet clementiam, ut quae ab antecessoribus nostris, regibus sive imperatoribus, ad favorem populi alicuius, etc.

Item sub eadem poena statuimus, sicut privilegio praedecessorum et proavi nostri Henrici IV, divi imperatoris, indultum legitur, et eis imperiali auctoritate confirmamus, ut cives Wormatienses in locis, imperio pertinentibus, nullum telonium persolvant, nominatim in his: Francofordiae, Boppardo, Hammerstein, Framoniae, Drutmundae, Goslariae, Angerae, Numagiae, Dusburgiae et in reliquis locis, ad imperium spectantibus. Similiter earundem civitatum sive oppidorum cives nullum apud Wormatienses persolvant telonium, ut haec aequa

vicissitudo intra loca, imperio specialiter pertinentia, et inter Wormatienses, perpetuo inviolata permaneat.

Huius rei testes sunt: Henricus Romanorum rex augustus, Conradus episcopus Monasteriensis, Cuno episcopus Ratisbonensis, Dietherus maioris ecclesiae Wormatiensis praepositus, Meinhardus decanus, Rudolfus Wormatiensis ecclesiae canonicus et imperialis aulae protonotarius, Fridericus dux Sueviae, Ludovicus landgravius Thuringiae, Conradus comes palatinus Rheni, Wernerus de Bolanden, Philippus filius eius, Dudo camerarius Moguntinensis, Lupoldus custos Wormatiensis, Eberhardus vicedominus Wormatiensis et alii quam plures.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCLXXXIII, indictione v, regnante domino Friderico imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXIII, imperii vero XXXI.

Datum apud civitatem Argentinensem III non. Ianuarii, feliciter. Amen.

Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 61, bl. 231.

Volgens Stumpf, Die Reichskanzler, II, n<sup>o</sup>. 4370, S. 393, is deze oorkonde vroeger verkeerd op het jaar 1180 gebracht. Hij zal haar, naar het oorspronkelijke te Worms, in zijne Acta imperii uitgeven.

### N<sup>o</sup>. 366.

Keizer Frederik I verleent aan de burgers van Utrecht dezelfde vrijheid van tol te Keizersweerd, die zij vroeger genoten te Tiel, vanwaar hij de tol naar die plaats had overgebracht.

2 Augustus 1184.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.//

Nostri iuris et misericordie est, ut ex iniuncto a Deo supereminente dominationis officio iniuriis gravatos liberemus et unicuique deputata iura // in suo statu inviolabiter conservemus.

Noverit itaque tam presens etas quam futurorum posteritas, quod cives Traiectenses, ad nostre maiestatis presentiam venientes, Thile nullum, pro quo gravabantur, theloneum se debere assuerunt. Nos autem, ad huius rei veritatem cognoscendam, scabinis nostris Thyle pro veritatis exquisitione ipsos transmisimus, quorum iudicio et iuramento prestito Traiectenses obtinuerunt, se nullum apud Thile debere theloneum, nisi de extranea regione et transmarinis partibus, quod vulgo Overwildehaf, navigando venirent. Preter hoc autem, quocunque alio tempore Thile venientes mensura modii et hame et pondere trutine



indiguerint, de quolibet horum denarium unum persolvent. Quia igitur theloneum de Thile, consilio curie nostre, apud Werdam transtulimus, sicut unicuique ius suum conservare tenemur, sic et Traiectensibus antiquam consuetudinem et iusticiam conservatam esse decernimus. Eapropter iusticiam, quam apud Thile quondam Traiectenses habuerunt, apud Werdam, vel si forte in posterum a Werda in alium locum theloneum translatum fuerit, imperiali auctoritate, perpetualiter eis confirmamus, ab omni theloneo, tam apud Werdam quam apud Thile, ipsos absolventes, excepto marino theloneo, quod vulgo dicitur syethol.

Ad huius autem rei confirmationem presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro signari precepimus, statuentes et reverende maiestatis nostre edicto districte precipientes, ut quicumque huic nostro statuto obviare presumpserit et aliquatenus infringere attemptaverit, decem libras auri purissimi, dimidiam partem imperiali fisco, reliquam vero sustinentibus iniuriam pro satisfactione componat.

Huius rei testes sunt: Cunradus Wormaciensis electus, Emicho comes de Lyninge, Emicho comes Irsutus, Cunradus comes de Lewenstein, Bertholdus de Schowenburg, Hartmannus de Būthinge, Wernherus de Bolant, Walterus dapifer, Berengerus de Nikastel, Burchardus de Kestenburg, Rudolphus iudex Aquensis, Alardus de Numege et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus cancellarius, vice Moguntini Christiani archiepiscopi et archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXIII, indictione VII, regnante domno Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo III, imperio vero XXI.

Datum apud castrum Trivels, III non. Augusti, feliciter. Amen.

Naar het oorspronkelijke, met monogram en opgedrukt gaaf zegel in wit was, in het archief der stad Utrecht.

N<sup>o</sup>. 367.

Otto, graaf van Gelre, en zijne vrouw Richardis verleenen aan de abdij Altenberg, in wier deelgenootschap aan goede werken en broederschap zij opgenomen waren, vrijheid van tol op den Rijn in hun gebied.

Tusschen de jaren 1185 en 1189.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis, presentibus et futuris, in perpetuum.

Quamvis omnibus in necessitatibus suis adesse pium sit, religiosi tamen viri tanto propensius manum auxilii porrigere et in negociis suis cooperatores fieri intendimus, quanto familiarius eos divinis obsequiis mancipari cognoscimus. Unde ego, Otto, Dei gratia comes Gelrensis, una cum uxore nostra Richarda, omnium, tam presentium quam futurorum, memorie transfundimus, quod dilectis confratribus nostris Bergensis cenobii filiis, qui nos in participium pii laboris et in plenitudine fraternitatis sue devote collegerunt, benigne indulsumus, quod, quotiens per alveum Reni transitum facere cum navibus et rebus suis disponunt, in omni iurisdictionis nostre loco eosdem ab exactione thelonii et importuna petitione liberos et quietos esse constanter discernimus, theloneariis, scoltetis, officiatis et hominibus, nostre ditioni subiectis, districte mandantes, ne aliquam in omni tempore huiusmodi exactionem eis opponere presument.

Ut autem hec benignitatis nostre in predictos fratres constantia inconvulsa et imperturbata conservetur, presentem paginam sigilli nostri impressione roboravimus.

Quod si quis temerario ausu contra hec venire temptaverit, iustos indignationis et animadversionis nostre motus indubitanter se sentiat incurrisse.

Lacomblet, Urkundenbuch, I, no. 513, S. 360,  
naar het oorspronkelijke.

Het is moeielijk aan deze ongedagteekende en zonder getuigen opgemaakte oorkonde de juiste tijdrekenkundige plaats te geven.

Graaf Otto was, blijkens de volgende oorkonde, den 15<sup>den</sup> December 1185 te Keulen. Mogelijk heeft hij toen de tolvrijheid gegeven, en althans zeer waarschijnlijk vóór hij ter kruisvaart toog, zoo als Lacomblet ook meent.

Van Spaen, Inleiding, II, bl. 186, was in het onzekere tot welk huis Richardis, de vrouw van graaf Otto, behoorde. De Genealogia Ottonis II, ducis Bavariae, et Agnetis ducissae, bij Leibnitz, Scriptores rerum Brunsvicensium, II, p. 21, had hem kunnen leeren, dat zij was uit het van Scheyren-Wittelsbachsche huis in Beieren. Naar de uitgave bij Pertz, Monum., Script., xvii, p. 376, neem ik het volgende over. Fuerunt item quatuor fratres: Fridericus, dictus Barbatus sive Paertine, fundator cenobii in Enstorf [waar hij als leekebroeder in het jaar 1198 overleed] et Chunradus, archiepiscopus Maguntinus [Paltzgraaf van Scheyren-Wittelsbach, gekozen 1161], et Otto, comes Palatinus Bavarie, dictus de Schiren, et Otto comes Palatinus, dictus de Witelinspach, nati ex Ottone, comite Palatino Bavarie [overleden in het jaar 1155], et Agnete uxore sua, que filia fuit Ludwici, comitis de Lon.

Ex his ille Otto, dictus de Witelinspach genuit Ottonem, qui Phylippum regem Romanorum occidit. [22 Juni 1208].

Alter Otto, dictus de Schiren, cum ---- Henricus [de Leeuw] Bavarie et Saxonie dux potentissimus a Fridirico imperatore proscriptus esset et per sententiam principum utroque ducatu privatus [in het jaar 1180] dux Bavarie est effectus, et genuit Ludwicum [15 November 1208 door koning Otto tot erfelijk hertog van Beieren gemaakt] et quinque filias.

Harum unam, videlicet Sophiam, duxit Hermannus, langravius Thuringae, et genuit ex ea Ludwicum, maritum sancte Elysabet, et Heinricum, postea contra Fridericum imperatorem secundum in Romanorum regem electum [in het jaar 1246], et . . . uxorem Alberti, comitis Holtzezen, qui fuit frater Hermanni, comitis de Orlamunda, et Agnetem, uxorem Heinrici, comitis de Anhalt, qui fuit frater Alberti, ducis Saxonie; item genuit tertiam filiam Sophiam, quam duxit Heinricus, filius Liupoldi, ducis Austrie, et genuit ex ea Gertrudem, quam postea duxit Hermannus, marchio de Padem, post interfectionem Friderici, ducis Austrie, et ipse Hermannus factus est dux Austrie. Soffia vero postea Alberto predicto, duci Saxonie, copulatur.

Secundam filiam Ottonis ducis, nomine Heilkam, duxit Dietricus, comes de Wazzerburch et genuit ex ea Chunradum comitem.

Tertiam duxit Heinricus, comes de Pleien, et genuit ex ea Chunradum comitem.

Quartam Otto, comes de Gelre, et genuit ex ea tres filios.

Quintam duxit Albertus, comes Diligen, et genuit ex ea Hartmannum comitem et Richzam, uxorem Alberti, comitis de Bogen, et . . . uxorem Rapotonis, comitis Palatini Bawarie.

Graaf Otto had vier zonen, en het medegedeelde stuk, vóór het jaar 1253 geschreven, gewaagt slechts van drie, doch een overleed op jeugdigen leeftijd, zoo als later in de jaren 1196 en 1197 zal blijken.

Richardis, die nog meermalen voorkomt, werd te Roermond in de Munsterkerk begraven. Op haar praalgraf staat: D. O. M. Memoria illustrissimae ac reverendissimae dominae Richardis a Nassovia, abbatissae, obiit 17 xbris 1231, regiminis sexto. R. I. P. Van Spaen, a. p. en Historie, bl 115, houdt het daarom voor zeer waarschijnlijk, dat Richardis eene dochter was van Robert, graaf van Nassau, doch het praalgraf is van veel lateren tijd. De spelling met den tweeklank ae toont dit reeds aan.

#### Nº. 368.

Otto, graaf van Gelre, getuige in eene oorkonde van Philips, aartsbisschop van Keulen, over de kapel te Gräfrath bij Walde.

15 December 1185.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Phylippus, divina favente clementia s. Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum.

Quoniam pontificalis cura sollicitudinis nos ammonet, etc.

Testes huius rei sunt: Bruno maior prepositus, Adolfus maior decanus, Lutharius Bunnensis prepositus, Cunradus s. Severini prepositus, Gisilbertus s. Andreæ prepositus, Theodericus ss. Apostolorum prepositus, Bruno prepositus ad Gradus, Godefridus s. Gereonis decanus, Gervasius s. Cuniberti decanus, Theodericus decanus s. Mariæ ad Gradus, Iohannes choriepiscopus; nobiles: Otto comes de Gelren, Theodericus comes de Cleve, Theodericus comes de Hostaden, Otto

de Wikerode, Reinerus de Froizbret; ministeriales: Gerardus advocatus Coloniensis, Gerardus Snar de Volmudisteine, Gozwinus de Alfa, Herimannus camerarius, Wilhelmus Schillinc, Gerardus thelonearius et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis millesimo centesimo octuagesimo v, indictione ii, Lucio papa tercio, regnante Friderico Romanorum imperatore semper augusto, anno regni eius trigesimo tercio, imperii vero trigesimo primo, feliciter. Amen.

Data Colonię xviii kal. Ianuarii.

Lacomblet, Urkundenbuch, 1, no. 497, S. 349,  
naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 369.

Overeenkomst tusschen het kapittel van s. Jan te Utrecht en de abdiĳ te Elten, over het benoemen van een priester te Naardingland.

In het jaar 1186.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Amen.

Antique et approbate consuetudinis est decisiones litium man//dari custodie litterarum, ne lites decise apud presentes, illis decedentibus, apud posteros renascantur. Inde est // quod nos prepositus et capitulum beati Iohannis in Traiecto, et nos ecclesia de Eltene, ad posteriorum notici//am presenti scripto transmittere curavimus questionem, que super institutione persone in ecclesia de Nardingelant diu inter nos vertebatur, tali transactione sopitam esse, decedente videlicet persona, quam nunc temporis ipsa ecclesia de Eltene instituit, aliam instituet beati Iohannis. Itemque post decessum illius aliam instituere personam ad ecclesiam de Eltene pertinebit, et deinceps sic nunc ista nunc ille successive personam instituet in prefata ecclesia.

Ut autem hec transactio rata et inconcussa maneat, presentem super hoc paginam utraque ecclesia conscribi et proprii utraque sigilli fecit auctoritate corroborari.

Testes vero huius rei sunt: Albertus prepositus sancti Iohannis, Theodericus decanus sancti Martini, Gerardus decanus sancti Iohannis, Helmuygus, Henricus, canonici eiusdem ecclesie, magister Wibertus in ecclesia sancti Martini, magister Daniel in ecclesia sancti Petri, canonici, Fredericus, Thegenradus, Conradus, magister Alexander, Gelpertus, presbyteri; laici quoque ministeriales eclesie de Eltene:

Lyemarus, Conradus, Everardus et frater eius Henricus, persona prefate ecclesie de Nardinghelant Gerlaeus, Nicholaus, Seybaldus; ministeriales etiam ecclesie sancti Iohannis: Arnoldus, Iohannes, Albertus Pil et alii, tam clerici quam laici, quam plures.

Naar het oorspronkelijke cyrographum, in de archieven van het kapittel van s. Jan te Utrecht, met twee zegels aan doorgestoken perkamenten strooken.

In dezelfde archieven is eene oorkonde van het jaar 1186, waarin verscheidene getuigen voorkomen, in de bovenstaande genoemd. Zij mag dus wel op dat jaar gebracht worden.

### N<sup>o</sup>. 370.

Oorlog tusschen Otto, graaf van Gelre, en Baldewijn, bisschop van Utrecht over de Veluwe, die eindigt, toen besloten werd tot een kruistocht ter herovering van Jerusalem, den 2<sup>den</sup> October 1187 door Saladijn ingenomen.

In de jaren 1187 en 1188.

Itaque a festo sancti Iacobi [imperator] Renum claudi iussit Coloniensibus, ne frumenta vel vina ad eos descenderent. Tunc etiam inter Baldewinum, Traiectensem episcopum, et Ottonem, comitem de Gelre, bellum grave committitur pro terra Velewe, cedes et incendia grassantur, quod voluntate imperatoris agitari ferebatur, quo minus auxilii partes illi ferrent Coloniensibus et ne naves in superiora ire potuissent.

Letare Jerusalem curia celeberrima apud Moguntiacum a totius Theutonici regni capitaneis. --- Ad eandem curiam imperator interrogavit in propria persona, quid potissimum iudicarent, an in continenti crucem sumeret an deferret? quia post annum iturus erat. Cumque omnes acclamarent, ne differret, crucem ab Erbipolensi episcopo Godefrido suscepit. --- Ibi quoque archiepiscopus et Colonienses reconciliantur. --- Episcopus Traiectensis et comes de Gelre et multi alii, quos discordes antea nemo in concordiam potuit reducere, nullo nisi spiritu Dei mediante, ibidem inter se reconciliantur et plurimi leti ex eis crucem sumunt.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz, Monum., Script., xvii, p. 792 en 794.

Quaedam compositio inter episcopum Traiectensem et comitem Gelriae.

Forma compositionis inter episcopum Traiectensem et comitem Gelrie haec est.

Remisso rancore de omnibus dampnis et iniuriis invicem illatis, recipientes se in osculo pacis, compromiserunt, quod uterque ipsorum debet eligere duodecim fideles suos, quos voluerit, et illi XXIII iurabunt tactis reliquiis, quod secundum rei veritatem et conscientias suas bona fide component de omnibus questionibus, quae inter ipsos vertuntur, in quibus concordare potuerint, in quibus autem concordare non potuerint, servabitur haec forma :

Si episcopus moverit questionem comiti de aliquibus bonis, vel hominibus, seu iurisdictione, theloneo, seu aliis redditibus in quibus dicat comitem sibi facere iniuriam, comes vel dimittet ea episcopo libera vel propria manu iurabit in sanctis reliquiis, se iustam in illis habere possessionem.

Episcopus, qui per advocatum ecclesiae Traiectensis possessiones ecclesiae suae servare deberet, pro bono pacis et plenius elucidanda veritate, pro avvocato producet tres priores ecclesiae Traiectensis, qui iurabunt, tactis sacrosanctis euangeliis, ecclesiam Traiectensem et episcopum iuste possidere illa, quae comes impetit vel episcopus ea comiti libera dimittet. Uno tamen articulo excepto, videlicet de terra Sallandie, id qua, si comes dixerit se habere comitatum cum maiori districtione, quam episcopus ei recognoverit, episcopus propria manu, tactis sacrosanctis euangeliis, iurabit, quale ius in terra illa iuste possideat ecclesia et illius iuris quietam in perpetuum gaudebit possessione.

De ministerialibus ecclesiae, quos habet episcopus in possessione, condictum est, quod si quidam [quemquam] eorum dicat comes esse suum ministerialem, nec episcopus, nec priores pro illo iurabunt, sed unusquisque pro se iurabit cum duobus suis comministerialibus. Comes vero propria manu ministeriales suos optinebit.

De ruminga in Velua hoc expressum est, quod si homines ecclesiae Traiectensis conquerantur sibi iniuriam fieri, episcopus nominabit simul et semel, ubi hominibus suis iniuria fiat, et comes iuramento suo certificabit episcopum, ubi iuste accipiat satisfactionem de occupatione wiltbanni sui; extunc, qui voluerint manere infra wiltbannum, acquirant sibi benivolentiam comitis, qui autem recedere voluerint, liberi maneant a tali exactione, quae solet fieri super illos, qui manent infra wiltbannum.

Praeter haec compromissum est, quod iudices episcopi non citabunt ad hemal in terra episcopi homines, manentes in terra comitis, nec versa vice iudices comitis citare debent homines, manentes in terra episcopi, sed tam isti quam illi, ibi convenienter iuri stabunt, ubi deliquerunt.

Insuper nullus de terra episcopi occasione accipiendi va[di]i, vel alterius rei causa, spoliare debet aliquem in terra comitis, nec e converso, nisi prius ille, qui spoliavit, intenditur conventus et in causam tractus sit coram suo domino, vel eius iudice, in cuius iurisdictione manserit. Quod si quisquam aliter facere praesumpserit, dominus, de cuius terra spoliavit, spoliante[m] contra spoliatum et eius dominum non manutenebit nec defendet.

Uit een band HSS. in de Bibliotheek der  
Hooge School te Leiden, n<sup>o</sup>. 37, F<sup>o</sup>. der  
Latijnsche HSS. van Vossius.

Het is moeielijk aan de ongedagteekende overeenkomst, waarin de namen der partijen niet vermeld zijn, de juiste tijdrekenkundige plaats te geven; doch daar de oorlog over de Veluwe werd gevoerd, geloof ik dat zij hier beter past, dan na de eindbeslissing der geschillen over die landstreek door keizer Hendrik VI, van 6 Maart 1196, waar Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 76, bl. 263, haar op laat volgen.

---

N<sup>o</sup>. 371.

Otto, graaf van Gelre, neemt deel aan den kruistocht van keizer Frederik I, is bij de belegering van Acon of Ptolomais en zou, volgens verklaring van Anserik van Montreal, op zijn sterfbed gedaan, met den bisschop van Beauvais, Robert, diens broeder, Gui van Dampière en den landgraaf Lodewijk van Turingen omgekocht zijn om verraad te plegen.

In de jaren 1188 en 1189.

Anno MCLXXXVIII. Decreto pontificis et precepto Frithericus imperatoris duces, comites, episcopi, abbates, potentes, nobiles et maxima multitudo ceterorum fidelium Maguontium conveniunt, ubi, in iniuriam sanctae crucis ulciscendam, imperator Fredericus cum filio suo, duce Suevorum, et comite Hollandiae Florentino et comite Gelrensi Ottone et aliis summae nobilitatis principibus a cardinali et episcopo Henrico, apostolico legato, crucis vexillum signum perfectionis in Ierusalem suscipit.

Anno MCLXXXVIII. Otto, comes Gelrensis, navali itinere Ierosalem vadit.

Annales Egmundani, bij Pertz, Monum.,  
Script., xvi, p. 470.

Igitur cum Wido rex, ut dictum est, civitatem Acon obsideret cum militibus Teutonicis et his, qui de Longobardia et Tuscia apud Tyrum collecti erant, inter quos primates erant comes de Gelrem et Henricus de Aldenburch et Widekyndus, advocatus de Rieden, et Adelbertus, comes de Poppenburch et alii quam plures episcopi et nobiles, Salhadinus eos sine intermissione infestabat.

Arnoldus, Chronica Slavorum, lib. iv, cap. 15,  
bij Pertz, Monum., Script., xxi, p. 177.

Bremensis vero episcopus et landgravius Thuringiae et comes de Gelnhausen et comes de Tekkenbach navigationem transmarinam elegerunt, quod tum in eis, quam in aliis multis nostratibus, quos pudor est nominare, fuit notabile, quod laborem expeditionis huius laudabilis detrectavere, compendiosam navigationem, quae minus hostilis timoris paganorum habuit, praeferentes, dum in aliqua civitatum Christianis relictarum nostrorum ignaviter operiebantur adventum.

Historia de expeditione Friderici imperatoris a quodam clerico, qui eidem interfuit, nomine Ansberto.

Exercitus Christianorum ante Aconem hoc modo situs est.

Ante montem Musardi supra mare sunt Genevenses. - - - Post illum landgrave et comes de Gelres cum Alemannis et Dacis et Theutonicis et Frisonicis. - - -

Anserius de Monte-Regali ad mortem suam detexit traditionem, quam fecerunt idem Anseri et episcopus Balvacensis et comes Robertus, frater eius, et Guido Dumpere et landgrave et comes de Gelres, unde ipsi ceperunt a Saladino triginta duo millia Bizantium et centum marcas auri, et praeterea habuit landgrave IIII camelos et duos leopardos et IIII accipitres, et aliis donis distulerunt praedicti principes insultum et permiserunt castella nostra cremari.

Rodulfus de Diceto, Ymagines historiarum, in Twysden, Historiae Anglicanae scriptores antiqui, kol. 654.

Het werk van Ansbart, uitgegeven door Dobrowsky, Praag, 1827, stond mij niet ten dienste. Hetgeen ik mededeel is genomen uit Wilken, Geschichte der Kreuzzüge, iv, Beylagen, S. 97.

Het verraad, of de poging er toe, wordt ook vermeld, doch zonder opgave van personen, in Chronique de Flandre et des croisades, in Collection de Chroniques Belges inédites, iii, p. 583.

#### No. 372.

Theoderich, graaf van Kleef, en zijn broeder Arnold bevestigen de gift van goederen te Rechen, Doornik, Brien en Stokkum, door hunne moeder aan de kerk te Bedbur bij Kleef gedaan.

Tusschen de jaren 1188 en 1191.

In nomine sancte et individue Trinitatis, id est Patris et Filii et Spiritus sancti.

Celestis medicus, egris suis salutem demonstrans antidotum, quodam loco ait: Date elemosinam et ecce, omnia munda sunt vobis.



Huius antidoti valitudinem // persentiens et eius executor fieri cupiens, ego, Theodericus comes in Clive, denuntio omnibus de cognatione mea processu//ris, sed et his, qui non presentes sunt, quod, patre meo comite Theoderico defuncto, cum adhuc parvulus essem, mater mea, nobilissimis orta natalibus, quedam, que ei ex parte sua hereditario iure acciderant, scilicet domum in Rechen et terram in Thorneke et mansum unum in Brienen, insuper et domum in Stoeheim, quam emit a castellano Antonio de Dinzelaken, hec, inquam, omnia ecclesię beatę Marię in Bedebur devotissime obtulit, hac condicione, ut ab ea die usque ad ultimum secli diem missa sanctę Domini matre in eadem ecclesia cottidie celebraretur, in qua eius et patris mei et predecessorum eorum et successorum, tam vivorum quam defunctorum, memoria habeatur.

Et ut hoc ratum et inconvulsum permaneat, ego et Arnoldus frater meus, filii eius, manibus arrectis, huic facto assensum prebuimus, insuper et domini Philippi, Coloniensis archiepiscopi, litteris et sigillo confirmari fecimus et sigilli nostri testimonio firmavimus, ne quis successorum nostrorum hoc infringere presumat. Quod si quis fecerit, fiant dies eius pauci et deleatur de libro viventium, quia per hanc elemosinam et matris et nostra et omnium, ad hoc pertinentium, speramus emundari delicta.

Naar het oorspronkelijke in het Rijks-Archief te 's Gravenhage. Het draagt sporen dat er, aan een doorgestoken strook, een zegel aan gehangen heeft.

Graaf Theoderich, zijne moeder en zijn broeder Arnold, komen voor in oorkonden van het jaar 1188. Lacomblet, Urkundenbuch, 1, nos. 510, 511 en 515, S. 358, 359 en 361. De aartsbisschop Philips van Keulen overleed den 13den Augustus 1191.

Tusschen beide jaren meen ik bovenstaande oorkonde te kunnen stellen.

### N<sup>o</sup>. 373.

Lijst der bezittingen van den graaf van Dalen in de kerspelen Tielerweerd, Bommelerweerd, Dodeweerd, Vaassen, Almen, Eibergen, Groenlo, Winterswijk, Warnsveld, Reeden, Heumen, Rothem, Aalten, Neede, Almen en Doetinchem, waaronder eene zwanedrift van Eibergen tot Lochem en Goor.

In het jaar 1188.

Notum sit, tam presentibus quam futuris in Christum credentibus, quod ego Werardus, presbiter capellanus nobilis viri domini Henrici, comitis de Dalen, fundatoris castri in Depenhem, in eo loco in quo nunc est situm, et venerabilis matrone comitisse Regenwite, sue collateralis [contectalis?], ex mandato eorundem et rogatu speciali, presens opusculum conscripsi et fideliter copulavi, in quo, multis labo-

ribus noctes transeundo insomnis, certos redditus et pacta, nec non iura, proprietates bonorum, per que tunc temporis idem comes, me presente, suos inbeneficiavit ministeriales et vasallos, conscripsi et in serui, ---- anno Dominice incarnationis MC octogesimo octavo, regnante Fritherico, Romanorum imperatore glorioso.

Sunt igitur hii certi redditus prediorum et bonorum comitis de Dalen annis singulis ministrandi. ----

Item decima. ----

Item domus Suederi Sluper in Gronlo VIII scepel ordei. ----

Item domus Luscine apud Harlo II molder siliginis, III molder bracii, V solidos levis monete et II porcos, sed porci possunt redimi cum V solidis levis monete, XX ova, II butira, V caseos, sed hec tria lacticina possunt redimi cum I solido levis monete. ----

Item tres insule sive parochie Thelerwerde, Bomelreweerde, Dodenweerde, solvunt quolibet anno sexcenta molder tritici. Item sexcenta molder ordei, sexcenta molder avene, C et L porcos. ----

Item curia in Vasen XVI molder siliginis, XVI molder ordei. ----

Item curtis Almen manipulos, item nova curia manipulos, item nova domus manipulos, item domus Dunckerlo manipulos, item domus Mersche manipulos, item domus Bachus et domus Ghestine pro manipulis preerunt coquine et pistrino comitis, ad vehendum siliginem, bracium et alia necessaria.

Nunc tractandum est de bonis feodalibus. ---- Inprimis autem de bonis ministerialibus faciam mencionem. ----

Item in parochia Eberghe curtis Mallande, item Ludelvins, item domus Bomede ibidem, item ibidem domus Marbeke.

Item in parochia Gronlo domus Hissekine, domus Rothimindine et quidam agri apud Gronlo, item Westekinck, item Helmerkine, item bona dicta Gantenvoirt, item domus Iordanine, item bona Horstwic.

Item in parochia Winterswic bona dicta Lutteken Wipperke. ----

Item in parochia Gronlo domus Vrankine, item ibidem domus Bomede. ----

Item in parochia Warensvelde domus Almen et bona dicta Almergoet.

Item in parochia Rede, curia dicta Rethof, item domus Ewegg, item domus Warrede, item bona dicta Oldemat in Hekere et campus ibidem, item domus Bivang.

Item in parochia Hoemen omnia bona de Hoemen cum iurisdictione magna et parva, et castrum de Hoemen, quod est situm in fundo proprietario comitis de Dalen, exceptis bonis, dictis de Haren; sic enim inbeneficiavit Henricus, comes de Dalen, meus dominus, fundator

castri Depenhem, Henricum, dominum de Homen, militem, iure homagio, me presente.

Item Gerardus, miles, de Rothem, recipit et tenet c mansos, sitos in comecia Sutphaniense et in confinibus eiusdem. - - - -

Item in parochia Dodenweerde curia dicta Uterweert, item mansus Burch, item Siverdinchusen, item mansus Bemele, item mansus Hemmen, item Horinge, item III domus in Dodenweerde, item III mansi in Meterne, item insula ibidem, item mansus Hicsolde, item decima in insula Godefridi, item Tristrammesweert, item Woltersweert.

Item in parochia Althen decima. - - - -

Item in parochia Eeberghen domus Ybekinc, item domus Weseling, item quidam mansus apud Huppelo, dictus Thocamp, item glandes XIII porcorum in legione Burse. - - - -

Item in parochia Gronlo, domus Schuring, item domus Ludeving, item glandes XIII porcorum in legione Vragender.

Item in parochia Nedhe domus Wicbolding, item domus Oldehave, item domus Weningmole, item domus Bensinc, item domus Rewaerding, item campus apud Hornet. - - - -

Item in parochia Warensvelde VIII in Hurlant et XIII partes terre arabilis.

Item in parochia Almen domus Hokhinsing. - - - -

Item in parochia Dotinchem, prope Wische, una domus. - - - -

Item pastus cignorum de molendino Vorewerch, apud Eeberghe, usque Westerule et Awesterule, ascendendo et descendendo aquam versus Lochem et Gore, quamdiu durat communitas, que volgariter dicitur marka, pertinens ad curiam Stochem.

Racer, Overijsselsche gedenkstukken, VII, n<sup>o</sup>. 2, bl. 52.

Racer zegt, a. w., bl. 26, dat hij het oorspronkelijk register, opgemaakt in het jaar 1188, geschreven op vier groote bladen, in twee kolommen, met eene kleine letter en vele verkortingen gezien had, en dat het genoegzame kenmerken van die oudheid droeg. Dit kwam mij twijfelachtig voor. Hoezeer de inhoud waar zal zijn, bevat het stuk uitdrukkingen en gezegden, die op een lateren tijd wijzen. Daar Racer, noot 62, mededeelt dat hij, volgens appointement der Gedeputeerde Staten van Utrecht van 17 December 1784, het afschrift, dat hij uitgaaf, ontvangen had, riep ik de welwillende hulp in van den Heer Dr. Vermeulen, archivaris van die provincie. Mijn twijfel werd bevestigd. Het nog aanwezige stuk is niet ouder, dan uit het begin der xiv<sup>de</sup> eeuw. De Utrechtsche bisschop Jan van Diest kocht het graafschap Dalen en de heerlijkheid Diepenheim in het jaar 1331; toen zal het register, waarschijnlijk sedert het jaar 1188 bijgehouden, tot een geheel gebracht, aan den kooper overgegeven zijn. Het bevat stellig nog opgaven uit den tijd, toen het werd aangelegd. Daarom neem ik er dat van over, wat tot Gelderland betrekking heeft.

Hendrik, graaf van Dalen, op wiens last de lijst werd opgemaakt, was de zoon van Gerard, die tot moeder had Jolanda, dochter van Gerard van Gelre. Zie n<sup>o</sup>. 211, bl. 209. Hedwig, gravin van Ravensberg, was zijne moeder. Vgl. Mooyer, Beiträge zur Genealogie der Grafen von Ravensberg, in Westphälische Provincial-Blätter, III, Heft 4, S. 117, die een stamboom der graven van Dalen geeft.

Van Spaen, Inleiding, III, bl. 380, plaatst Dalen verkeerd in Drenthe, het lag in Westfalen.

No. 374.

Philips, aartsbisschop van Keulen, koopt Kriekenbeek en meerdere goederen, waaronder de burg Bredevoort en Linne geweest kunnen zijn.

In het jaar 1188.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus, divina clementia favente Coloniensis archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, in perpetuum.

Notum esse volumus, quod cum in emptionibus prediorum, scilicet Kriekenbeke et aliis multis prediis, que nos beato Petro comparavimus, gravi debitorum onere subvoluti fuisset, cives universi et homines curtis nostre de Kempene ad eorundem persolutionem sylvam eorum communem, que Osterverde dicitur, in auxilium nobis vendendam dederunt, etc.

Huius rei testes sunt: Bruno maior in ecclesia Coloniensi prepositus, Adolfus maior decanus, Godefridus prepositus sancti Gereonis, Lotharius prepositus Bonnensis, Conradus prepositus sancti Severini, Theodoricus decanus de Gradibus, Ulricus capellanus, Theodorus comes de Hochstade, Otto de Wickerode, Theodoricus de Milendunk, Fridericus comes de Altena, Gerardus de Randerode, Gerardus advocatus Coloniensis, Gerardus de Volmedesteine, Goswinus de Alfa, Ioannes de Hulsä, Theodoricus de Nersedam, Henricus advocatus de Kempene, Arnoldus Grand, Iohannes de Glenden, Herbordus scoltetus de Kempene.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCLXXXVIII, indictione sexta, regnante Friderico Romanorum imperatore augusto et filio eius rege Henrico, anno presulatus nostri XXI.

Binterim und Mooren, Die Erzdiöcese Cöln,  
III, n<sup>o</sup>. 53, S. 154.

In Liber iurium feudorum et reddituum castrorum Coloniensium cis Rhenum, in Lacomblet's Archiv, IV, S. 256, komt voor: Hec sunt allodia, que dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus acquisivit. ---- Item castrum Breydenvord sexaginta marcis. Solutum. ---- Item allodium de Linne c marcis. Solutum. ---- Item allodium de Kriekenbeke mille ccc marcis. Solutum, preter cix, que domine Iutte de Tumble debentur.

Overeenkomst tusschen den proost en de broeders van het Adalbertstift te Aken over de inkomsten der goederen te Ommeren, Deest en Waldrich, waarbij het geval van overstroming wordt voorzien.

In het jaar 1189.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Sancta Dei ecclesia, naturam rerum attendens transitoriam et lubricam hominum memoriam, pro dispensatione et necessaria negotia scriptis eternari instituit.

Notum igitur esse volumus, tam futuris quam presentibus, quod ego Conradus, Dei gratia ecclesiae s. Adalberti prepositus, et fratres eiusdem ecclesiae in hoc convenimus, quod ipsi fratres universam administrationem habebunt, tam prepositurae quam suam, in bonis Terrae inferioris, videlicet in Umere, in Dhiest, in Waldrich et in attinentibus ad illas curias, hoc pacto, quod annuatim michi preposito dabunt tres marcas et dimidiam usque ad festum s. Andree, nisi forte generalis inundatio aquarum contingat, cuius infortunio nichil possit solvi de curiis, tunc, soluto servitio advocatorum, si quid remanet, prepositus habebit tertiam et fratres duas partes. Si vero contingat particularis inundatio vel alius casus, propter quem administratores cogantur dimittere vel tertiam vel medietatem, sine fraude et bona fide, si fratres tertiam dimiserint, prepositus de annua sua pensione accipiet duas partes, si vero dimiserint medietatem, prepositus accipiet medietatem sue pensionis. Ut autem etc.

Anno incarnati verbi MCLXXXVIII, indictione VII, acta sunt hec.

Testes autem huius conventionis sunt: humillimi fratres ecclesiae s. Marie Aquensis: Heinricus cantor, magister Werenbertus, Albertus, Crispinus, Stephanus parochianus; fratres s. Adalberti: Reinerus custos, Marsilius, Heinricus, Engelbertus et ceteri omnes.

Quix, Codex diplomaticus Aquensis, n<sup>o</sup>. 82, S. 55.

N<sup>o</sup>. 376.

Otto, graaf van Gelre en Zutfen, geeft aan Zutfen vrijheid en schepenen; bepaalt dat de boeten ten bate van de stad zullen komen; dat geen burger er in wonende in zijn graafschap ten tweekamp kan worden aangesproken; regelt het gebruik zijner erven binnen de stad, de nalatenschappen der vreemden en hoorigen, de tollén op de markt des donderdags te betalen en door de schepen, die aankomen en vertrekken.

In het jaar 1190.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Otto, comes Gelrie et Sutphanie, in perpetuum. //

Omnia facta mortalium temporalem sequuntur motum et pereuntibus hominibus ipsorum simul facta intereunt. Quare necesse est, ut, que // sua natura tendunt ad interitum, litterarum adminiculo fulciantur et ab oblivionis interitu defendantur.

Notitie igitur posterorum presentis // scripti testimonio transmittimus, quod ego Otto, comes Gelrie et Sutphanie, ex prehabito consilio cognatorum et amicorum meorum nobilium virorum, Sutphaniensi civitati omnem libertatem cum integritate rerum suarum contuli, ut civitas gaudeat eadem libertate, qua liberior civitas ex illa parte montium usque ad mare fruitur, ita quod nullam faciam in ea indebitam exactionem vel accreditum onerosum preter voluntatem ipsorum, instituens in ea etiam duodecim scabinos, quorum consilio eadem civitas regatur, ut, si que inordinata in ea fuerint, maturiori consilio tractent et ad integrum statum reforment.

De excessibus vero ipsorum et forefactis, que infra civitatem emergunt, nec ego, nec villicus meus, vel aliquis ex parte mea aliquid inde capiat, sed ad augendam rem publicam ipsorum et in emphiteosim reservetur.

Preterea nullum burgensem, in ea degentem, infra terminos comite mee duello posse conveniri, quin, actione adversus ipsum habita, actor recurrat ad scabinos, ut, ventilata causa coram eis, ipsi super hoc iudicent et negocium debito fine exequantur.

Ipsi vero burgenses ab omni exactione thelonii indebita in comitia mea sint immunes.

Areas meas, quas ad usus ipsorum habent infra civitatem, si media pars vacare contigerit, xxx denarios persolvat, si tota, quinque solidos. Civitas etiam nullam hereditatem domus et armorum dabit.

Si qui vero advente fuerint inhabitantes, cuiuscumque conditionis sint, qui nec dominos nec parentes habeant, quod constet civitati, si decesserint, nec ego, nec villicus meus hereditatem invadet, sed scabini inter se occupatam detinebunt ad annum et sex septimanas. Quod si infra annum vel dominus vel heres ipsorum comparuerit, qui de hereditate ipsorum actionem proposuerit, scabini omnem iustitiam sibi facient. Si vero nec dominus vel heres infra annum venerint, qui ius habeat in hereditate illa, tunc libere comes percipiat.

Accedentes autem cum curribus et carrucis propter forum rerum

venalium in quinta feria, si quarta feria precedente venerint et in quinta expediti non fuerint, sexta feria recedant et nullo onere theloni premantur, quin, salvis rebus eorum, salvi recedant.

Naves, adscendendo et descendendo ibidem applicantes cum mercibus suis, si eadem via revertuntur, qua veniunt, et nullum transitum fecerint, absque thelonio recedant.

Et, ne per me vel per aliquem heredum meorum, presentis facti memoria aboleatur et tanti beneficii gratia, iuramento cum nobilibus hominibus meis et ministerialibus meis, quos subsequens testimonium declarabit, confirmavi, astantibus uxore mea Ricarda et Henrico, filio nostro.

Hii omnes mecum prestiterunt iuramentum: Henricus . . . de Kūk, Henricus comes de Dalen, comes de Kessale, Ioannes de Aūs, Ludolphus de Stenvorthen, Henricus de Burkelo, Gerhardus comes de Lon, Gyselbertus de Brünckhorst et frater eius, Wilhelmus comes de Goye et frater eius, Wolterus Spirinck, Otto de Būren, Ricolt de Ūthen, Wernerus de Herchen, Pilegrim de Kamphelde, de Batenborch Thidericus et frater eius; et ministeriales: Stephanus de Smithus, Ludolphus et Gerhardus de Stralen, Theodericus de Hirtenvelde, Godefridus et frater eius Reinerus Gruntfrat, Henricus de Dudenwerthe, Theodericus frater comitis, Theodoricus Bastarh, Henricus de Elberge, Sibertus Suevus, Pelegrimus de Hurste, Wilhelmus et Henricus de Dammo, Bertoldus de Baco, Cunradus pincerna, Nicolaus de Vorste, Zacharias, Iacobus de Arnem, Iacobus de Michdat, Arnolt Kint et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MC nonagesimo, regnante gloriosissimo imperatore Henrico, Traiectensis cathedre presidente Baldewino, venerabili episcopo.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen.

In de oorkonde staat niet vermeld, dat zij met 's graven zegel bekrachtigd zoude worden en toch hangt er, aan geel zijden draden, een zegel aan van wit was, doch het is niet van graaf Otto. Het omschrift heeft nog duidelijk leesbaar: Gerardus Dei gr . . . elrensis . . . nie comes; en dat van het tegenzegel: Secretum comitis Gerardus [sic] de Gelre.

Toen ik deze omstandigheid mededeelde in Nijhoff's Bijdragen, III, bl. 279 (1842), opperde ik de vraag, of het zegel aan de oorkonde gehangen was door graaf Gerard, den opvolger van graaf Otto, ten blijke van zijne bekrachtiging. Dat zoo iets meer gebeurde is mij sedert gebleken. Vgl. De Wailly, *Éléments de paléographie*, II, p. 18.

Waar in de oorkonde . . . staan, zijn in het oorspronkelijke eenige letters uitgekraab, die com schijnen geweest te zijn.

Theodorich, die als broeder van den graaf voorkomt, zal een bastaard geweest zijn.

De bezwaren door Van Spaen, Inleiding, II, bl. 179, ingebracht tegen het jaar der oorkonde, die hij slechts kende uit uitgaven volgens het Privilegieboek der stad Zutphen, zijn door het oorspronkelijke stuk opgehelderd.

Is, zoo als waarschijnlijk, de Keulsche tijdrekening gevolgd en dus het jaar met Paschen begonnen, dan kan de oorkonde gegeven zijn tusschen 1 Januari en 25 Maart 1191 van onze jaartelling. Hendrik, sedert 15 Augustus 1169 koning, volgde na het overlijden van zijn vader den 10<sup>den</sup> Juni 1190, dezen in de regeering van het rijk op en kon, hoezeer dan ook niet in staatsrechtelijken zin, in de omschrijving eener dagteekening keizer genoemd worden vóór zijne werkelijke kroning te Rome op den 15<sup>den</sup> April 1191; eene plechtigheid, die volgens gedane belofte nog bij het leven van zijn vader zoude geschieden en waartoe Hendrik reeds den tocht naar Rome had aanvaard, voordat hij kennis droeg van het overlijden van zijn vader.

Onnauwkeurigheden in de kanselarijen, zelfs van het Rijk, zijn daarenboven niet zeldzaam. In eene oorkonde van koning Hendrik III, van den 18<sup>den</sup> Januari 1040, wordt hij imperator genoemd, hoezeer hij eerst 6 jaren later als zoodanig werd gekroond.

---

No. 377.

Toen koning Hendrik VI de graafschappen Namen, Durbui et La Roche tot een markiezaat verhief en de hertog van Brabant beweerde dat zulks aan zijne waardigheid te kort deed, noemde hij onder de graafschappen, welke hij bezat, ook die, welke de graaf van Gelre van hem in leen had.

21 September 1190.

Dominus autem rex universis audientibus dixit, quod de Namurco et Durbui et de Rocha marchiam fecerat et eam comiti Hanoniensi Balduino in feodo ligio dederat, et eum marchionem et principem imperii sub testimonio quorumdam principum fecerat. Volens autem ut presentes, qui aderant principes, idem cognoscerent. Quo audito dux Lovaniensis dixit, quod in hoc sue dignitati derogabatur et super hoc consilium vellet habere et inde loqui. - - -

Monitus autem dux Lovaniensis a rege comitatus, quos ipse tenebat vel qui ab eo tenebantur, ipsum oportuit palam nominare, scilicet comitatum Lovaniensem, comitatum Nivellensem, comitatum de Arscot, quos ipse dux proprie tenebat. Comitatus alios nominavit, quos Henricus de Cuch et comes de Ghelra et comes de Cleva ab ipso duce tenebant.

Gislebertus, Chronicon Hanoniense, bij Pertz,  
Monum., Script., XXI, p. 571.

De rijksdag, waarop het bovenstaande gebeurde, werd op den aangegeven dag te Hall in Schwaben gehouden.

Vermoedelijk behoorde de Veluwe onder de opgenoemde graafschappen.

---



## No. 378.

Otto, graaf van Gelre, en zijne vrouw Richardis, doen ten behoeve van de abdij te Werden afstand van eene belasting in curia te Putten, zijnde jaarlijks de vestitura duorum servorum.

In het jaar 1191.

In nomine sancte Trinitatis.

Ego Otto, Dei gratia comes Gelrie, et Rychardis uxor mea notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod, ad remedium anime mee et patris mei et matris, exactionem quamdam, quam habere consuevimus in curia Putten, ecclesie beati Ludgeri de Werthen attinenti, [scilicet] vestituram duorum servorum annuatim, in honore beate Marie et sancti Ludgeri et omnium sanctorum dimisimus, ea condicione, quod anniversarium diem patris nostri et antecessorum sive succedentium, quasi abbatis vel alterius fratris ecclesie, semper in memoria habeatur [habeant].

Facta sunt hec Colonie anno Dominice incarnationis m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>i primo.

Huic rei testes affuerunt duo fratres de Bremeth et duo fratres de Hornen, Otto de Buren, Wilhelmus de Bornen et ministeriales Ludolfus de Stralen, Thidericus de Hirtevelde, tres fratres de Loen, Iacobus de Arnhem, Gosswinus de Berentrodén, advocatus de Ruremunde, Gerhardus de Strale, Thideric Bastart et alii quam plures.

Liber minor privilegiorum van Werden, p. 18,  
te Dusseldorp.

Dit afschrift ben ik verplicht aan de welwillenheid van Dr. Simon, Adjunct-Staatsarchivaris te Dusseldorp.

## No. 379.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik vi aan het kapittel van s. Marie te Utrecht den tol te Smithuizen bevestigt.

14 Juni 1193.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Imperialis magnificencie nostre tytulós credimus et augeri, si ea, etc.

Cognoscat igitur, tam presens etas fidelium imperii, quam successura posteritas, quod nos, pro salute anime patris nostri, imperatoris Friderici, et nostre, interventu etiam dilecti nostri Baldewini, Traie-

tensis episcopi, et consideratione devotionis ipsius, questionem, quam de thelonio Smithusen habuimus, penitus dimisimus; et ne ipsa questio in recidive contencionis scrupulum processu temporis relabatur, dictum thelonium, ecclesie Traiectensi ab antecessoribus nostris indultum et postmodum a quodam Conrado, episcopo Traiectensi, ecclesie sancte Dei genetricis in Traiecto site, concessum, tam eidem ecclesie Traiectensi, quam episcopo et successoribus suis, confirmamus et presentis scripti mūnimine roboramus; statuentes, ut etc.

Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem cartam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo insigniri.

Huius rei testes sunt: Iohannes Trevirensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Henricus Wormaciensis episcopus, Hermannus lantgravius Thuringhie, Conradus marchio de Landesborch, Albertus marchio Misnensis, Gerardus comes de Loin, Otto comes de Gelre, Fredericus burgravius de Nuringberch, Adolphus comes de Scomberch, Albertus comes de Werningrode, Gevehardus borgravius Medeburgensis, Hermannus comes de Ravensberch, Henricus de Kūic et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti, Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>XCIII, indictione XI, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII, imperii vero secundo, feliciter. Amen.

Datum Confluencie XVIII. kalend. Iunii.

Liber pilosus, p. 61, te Utrecht.

Voor 18 kalend. Iunii moet gelezen worden Iulii, daar in die maand de keizer te Koblentz was. Stumpf, Die Reichskanzler, II, no. 4819, S. 440, en Toeche, Kaiser Heinrich VI, S. 664.

### No. 380.

Het klooster te Epternach schrijft aan keizer Hendrik VI over zijne goederen, waarvan de graaf van Gelre er in bezit heeft.

In het jaar 1194.

Serenissimo domino suo Henrico, gloriosissimo Romanorum imperatori et semper augusto, conventus humilis Epternacensis ecclesiae, angustiatus usquequaque et afflictus, cum ministerialibus et civibus omnibus, aeternam in Deo patre salutem et gloriam et laetam de quocunque hoste victoriam.

Non moveat dignitatem maiestatis vestrae, clementissime domine, quod discretioni serenitatis vestrae scribere praesumimus, licet parum

vobis cogniti, utpote in arduis Ardennae finibus sepositi, tamen mente et corpore semper vobis devoti et subditi atque ad supplicandum Deo pro salute culminis vestri promptissima voluntate usquequoque parati. Scribimus autem excellentiae vestrae, necessitate cogente, pro ecclesia Epternacensi, dignitate et honoribus quondam tam affluenter pollente, ut regni Lotharingiae vires eius praediis et possessionibus non parva ex parte sint augmentatae et dignitates, ducatus scilicet Brabantinus, comitatus de Gelre et comitatus Lucelburgensis ad scutum regalis exercitus complendum, de bonis eius sint sagaciter ordinatae, praeter illa, quae comes Flandriae et comes Hollandiae de manu imperii habent, in maritimis scilicet locis Walachria, in Schalda, in utraque Bivilandia et in Brinsila. Harum vero, etc.

Ut enim taceamus de Antwerpo castello et ceteris oppidorum vel vicorum nominibus, quae vel dux Brabantiae vel comes de Gelre et ceteri habent de manu maiestatis vestrae in Texandria, in Bedele, in Bethua, illud summatim vestrae celsitudini significare dignum duximus, etc.

Hontheim, Historia Treverensis, 1, p. 624.

No. 381.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van keizer Hendrik VI, over den tol te Eckendorf, dien Gerard, graaf van Are, onrechtmatig van de burgers te Aken hief.

18 April 1194.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Equum est et ratio dictat, ut ea, etc.

Huius rei testes sunt: Adolfus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Bertrammus Metensis episcopus, Cunradus Aquensis prepositus, Godefridus prepositus s. Gereonis in Colonia, Henricus prepositus s. Mauricii in Maguntia, Philippus frater noster, Henricus dux Brabantiae, Henricus dux Limburc, Otto comes de Gelren, Theodericus comes de Hostaden, Willelmus comes Iuliacensis, Godefridus de Wineden, Arnoldus de Horenberc, Everardus marscalcus de Aneboz, Sefridus de Hagenowe et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M<sup>C</sup>XCIII, indictione XII.

Datum Aquis XIII kalendas Maii.

Quix, Codex diplomaticus Aquensis, 1, p. 1,  
no. 54, S. 39, naar het oorspronkelijke.

## No. 382.

De graaf van Gelre getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik vi aan de kooplieden van Keizersweerd tolvrijdom te Nijmegen geeft.

19 April 1194.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Iusticie definitio est perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod sibi iure competit. Etc.

Huius rei testes sunt: Adolfus Coloniensis archiepiscopus, Hermanus Monasteriensis episcopus, Bertramus Metensis episcopus, Conradus prepositus Aquensis, Godefridus prepositus sancti Gereonis in Colonia, Henricus prepositus sancti Mauricii in Moguntia, Philippus frater noster, Henricus dux Brabantie, Henricus dux de Limburg, Henricus comes de Sein, Theodericus comes de Hostaden, Gerhardus comes de Are, Wilhelmus comes Iuliacensis, Lotharius de Hostaden, Godefridus de Eppensteine, Godefridus de Wineden, Henricus de Weldenstein, Sifridus marescalcus de Hagenou [Everardus marscalcus de Aneboz, Hildebrandus de Slegildal] et alii quam plures. Comes de Gelren.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris.

Acta sunt hec regnante domino Henrico sexto, Romanorum imperatore gloriosissimo [anno regni xxiii, imperii autem iii,] anno Dominicæ incarnationis mxciiii, [indictione duodecima].

Date Aquis, tercio decimo kal. Maii.

Böhmer, Acta imperii, no. 190, S. 174, aangevuld volgens Lacomblet, Urkundenbuch, iv, S. 772.

## No. 383.

Kortstondige oorlog van den hertog van Limburg met den graaf van Gelre tegen den hertog van Brabant, bijgestaan door de graven van Henegouwen en-Vlaanderen en den markgraaf van Namen.

In het jaar 1195.

Contigit itaque, quod tempore eodem, anno scilicet Domini 1195, ipse dux Lovaniensis contra ducem Henricum de Lemborch, avunculum suum, et contra comitem de Gelra ex illorum excessu odium et rancorem habuit, unde utrinque ad guerram convenerunt. Dominus autem comes Hanoniensis, marchio Namurcensis, et filius eius Balduinus,

comes Flandriae, ad petitionem ducis Lovaniensis ei auxilium contra hostes fecerunt et in magnis viribus cum ipso duce Lovaniensi Traiectum ad Mosam fluvium transierunt. Quorum adventus in tantis viribus hostes sustinere dubitantes, illorum misericordie se prorsus submiserunt.

Gislebertus, Chronicon Hanoniense, bij Pertz, Monum., Script., xxi, p. 592.

---

No. 384.

Otto, graaf van Gelre, staat de Drentenaren bij in den oorlog tegen Balde-  
wijn, bisschop van Utrecht, die de Veluwe verwoest; door tusschenkomst van  
den hertog van Brabant wordt eene wapenstilstand gesloten.

In het jaar 1195.

Tunc Otto, comes Gelriae ---- qui, nescio quibus mediantibus, in  
auxilium episcopi advenerat, per plures intercessus hoc effecit, quod  
praedicti inimici domini episcopi, qui quasi consilio suo occulte rege-  
bantur, se potestati episcopi, super suis excessibus sine omni occa-  
sione, tradiderunt.

Et dati sunt obsides: de Groninghe quatuor, de Trenta vero xii,  
de Covordia Rodolphus de Pedge, alius Rodolphus, Herbertus prae-  
fectus. Isti omnes cum exercitu, qui tunc solvebatur, Daventriam  
intraverunt. Ubi comes Gelrensis fastum istorum, licet multum in-  
tenderet, non poterat terminare, sed cum indignatione ab illo loco  
recessit; asserens istos sub certa conditione fore datos, ita, ut de  
omnibus hinc inde suo staretur consilio, quod pars episcopi penitus  
negavit. Episcopus vero obsides suos in vincula et in diversa loca  
deposuit. ----

Episcopus, qui pertinacis erat voluntatis, expensas expensis accumulavit  
et comitem Gelrensem ---- potenter et cum multa militia aggreditur,  
Veluam et alias suas terras depopulando. Sed comes idem viriliter se  
opposuit et Trentones cum illis de Covordia cum pluribus millibus,  
quibus se tunc potenter adiunxerant, evocavit, et comburentes Omers-  
hem et alia bona episcopatus per Venebrugge usque in obsidionem  
Daventriensem pervenerunt. Ubi comes dictus cum multo exercitu  
Daventriam obsedit et multos nobiles undecim diebus continuis. Sed  
dux Brabantiae treugas ad tempus elaboravit.

De rebus Ultraiectinis auctoris incerti narratio  
historia, p. 7.

De wapenstilstand zal de voorlooper geweest zijn der oorkonde van 6 Maart 1196.

N<sup>o</sup>. 385.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik vi aan graaf Theoderich van Holland den tol te Geervliet bevestigt.

20 October 1195.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus sextus Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Dignum est et nostre celsitudini gloriosum, ut, etc.

Huius rei testes sunt: Cunradus Moguntinensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Henricus Wormaciensis episcopus, Otto comes Gelrensis, Teodericus comes de Hodstadn, Marquardus senescallus, Anconitanus marchio, Otto comes de Binethem, Boppo comes de Werthem, Arnoldus de Horenburc, Stephanus de Oye, Henricus marescalcus de Callendin et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti, Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie.

Ego Cunradus, imperialis aule cancellarius, vice domini Cunradi Moguntinensis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominicę incarnationis mxcv, indictione xiiii, regnante domino Henrico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxiv, imperii vero quarto.

Datum Moguntiae xiii kal. Novembris.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I, n<sup>o</sup>. 173,  
bl. 107, naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 386.

Keizer Hendrik vi beslist de geschillen over het graafschap de Veluwe tuschen den bisschop van Utrecht en den hertog van Brabant, wijst het toe aan den eersten, die het den anderen opdraagt.

6 Maart 1196.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Imperatorie maiestatis nostre debitum expostulat et requirit officium, ut ea, que inter fideles et principes imperii causam et fomitem dant discordie, lima correctionis et diligentie omnibus modis enerwantes, ad firmam pacis concordiam vigilantissimo studio ipsos satagamus reducere.

Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus, presentibus et futuris, quod nos questionem illam, que iam diu vertebatur inter dilectos consanguineos nostros Baldewinum, Traiectensem episcopum, et Heinricum, ducem Lotharingie, super comitatum de Veleve, in eo videlicet, quod ipse episcopus comitatum illum de concessione imperatorum sibi et ecclesie Traiectensi asserebat pertinere et econtra dux Lotharingie dicebat, quod ipsum comitatum de manu nostra teneret in feudo, ad hunc finem deduximus, quod ipse dux iniuriam suam recognoscens, omne ius quod in comitatu illo videbatur habere, in manus nostras libere resignavit. Nos itaque predictum comitatum cum omnibus suis pertinenciis imperiali clementia predictae ecclesie Traiectensi et dilecto consanguineo nostro Baldwino, eius episcopo, solemniter contulimus et imperiali auctoritate presenti maiestatis nostre privilegio in perpetuum confirmamus. Ipse vero episcopus eundem comitatum cum pertinenciis suis et omni iure predicto consanguineo nostro Henrico, duci Lotharingie, in presentia nostra benigne concessit, sub eo tenore, ut idem comitatus ad eius heredem, filium suum vel filiam, libere transeat et integre. Statuimus igitur et imperiali edicto sancimus, ut nulla omnino persona in posterum hanc nostram ordinationem et confirmationem aliquatenus infringere audeat vel perturbare. Quod si quis attemptaverit centum libras auri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam.

Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo aureo communiri.

Huius rei testes sunt: Ludolphus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Hartwicus Bremensis archiepiscopus, Hermannus lantgravius Thuringie, Otto comes de Bentheim, comes Lambertus de Erfordia, Givehardus burgravius de Magdeburg, comites Albertus de Werningerode, Rubertus de Clûrne, Cuno de Minteberch, Marquardus dapifer, Drushardus de Kesteneberch, Henricus camerarius de Groiz, Henricus pincerna de Lutra, Gerhardus de Grimberch, Arnoldus de Wisemal et alii quam plures.

Signum domni Heinrici sexti, Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilice.

Ego Conradus Hildenshemensis electus, imperialis aule cancellarius, vice Conradi Maguntinensis sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mxcvi, indictione xiiii, regnante domno Henrico sexto, Romanorum imperatore gloriosissimo,

anno regni eius xxv, imperii vero quinto et regni Sicilie secundo.  
Datum apud Geilenhusen II nonas Martii.

Liber donationum maioris ecclesiae  
Traiectensis, p. 76, te Utrecht.

—  
No. 387.

Vredesverdrag tusschen den graaf van Gelre en Hendrik, hertog van Brabant, waarbij bepaald wordt, dat de kooplieden van Brabant vrij zijn van tol te Arnhem en die van 's Hertogenbosch in het geheele land van Gelre; dat de burgers van Tiel hunne oude rechten te Zuilichem en Driel behouden; dat de Gelderschen beneden Gola wonende, vrij zijn van tol te Tiel; dat de hertog van zijne onderhoorigen te Bommel de precariën, de placita en de verschuldigde diensten heeft, zoo hij den graaf niet vrij stelt; terwijl de graaf het allodium, dat hij had te Oosterbeek, met den berg, opdraagt aan den hertog, die het weder aan hem in leen geeft.

Mogelijk na 6 Maart 1196.

In nomine sanctae Trinitatis.

Henricus, Dei gratia dux Lotharingiae.

Notum esse volumus, tam futuris quam praesentibus, quod haec forma pacis et concordiae inter nos et comitem Gelriae est stabilita.

Ut plenam postmodum de comite fiduciam haberemus, praestito sacramento firmavit, quod in omnibus et contra omnem hominem, excepto imperio, auxilio et consilio fideliter nobis assistet. Et super hoc comitem Ludovicum de Lon et Willelmum comitem Iuliacensem obsides dedit nobis, quos versa vice obsides ipsi dedimus. Praeterea homines sui, tam liberi quam ministeriales, quorum nomina subscripta sunt: comes de Kessele, comes de Dalen, Ludolfus de Steinvorde, Henricus de Burkelo, Willelmus de Brunkhort, Egelbertus de Horne, Lambertus de Monte, Sueterus de Wische, Gyselbertus et Rutgerus de Bremet, Gerhardus de Lo, Henricus et Theodericus de Batenburg, Walterus Spirinck, Iwanus de Gokesfort, Ricolt de Huch, Gerardus de Lon, Henricus de Hertenvelde, Gerardus de Stralen, Godefridus Gunfart et Renerus frater eius, Sibertus Suevus, Alardus de Drile, Tidero Bastart castellanus de Sulichem, Kristianus de Arnhem, Gosewinus de Berentrot, Pelegrinus de Sutvenne, Helmewicus Selleghe, Renerus de Tigele, Theodericus de Wighene, Theodericus de Milne, Boidinus de Altena, iuraverunt, quod, si comes sacramentum suum violaverit et in auxilium nostrum debito modo non venerit, omnibus bonis, quae tenent ab eo in feodo, in guerra nostra nobis servient,



nullum comiti servitium exhibentes, donec omnia nobis plenarie emendaverit.

Insuper cautum est in sacramento comitis, quod omnes mercatores terrae nostrae apud Arnhem ab omni theoloneo liberi erunt, ita tamen, quod nulla bona mercatorum alterius terrae deducant, et, si super hoc accusati fuerint, bona ad homines nostros tantum pertinere, praestito sacramento demonstrabunt et sic libere recedent. Theolonearius tamen comitis, propter interpositam conditionem, nullam quaerere debet malignandi occasionem adversus mercatores nostros. Additum est etiam, quod burgenses de novo opido super Silvam iuxta Orten per totam terram comitis Gelriae liberi erunt ab omni theoloneo, burgenses vero de Tile stabunt eodem iure apud Sulenchem et Drile, quo tempore Frederici imperatoris et Henrici comitis Gelriae fuerunt.

Universum allodium, quod habebat in Osterbeke, cum monte nobis contulit et in feodum recepit.

Si vero officiales nostri et comitis Gelriae super aliquo facto dissenserint et adinvicem concordare non potuerint, totum negotium nostro examini et comitis reservetur.

Item condictum est, quod de hominibus nostris, qui opidum, quod Bomele vocatur, intraverint vel intrabunt, precarias et tria in anno placita advocati et servitium debitum habebimus, nisi comiti pro suo servitio hoc remittamus.

Nos vero, ut comes Gelriae omnimodam de nobis haberet fiduciam, ex habundanti sacramentum praestitimus, quod in omni guerra, quam causa nostri assumet, contra omnem hominem fideliter ei assistemus, nec nunquam treugas vel compositionem sive pacem ab[sque] eius consilio et consensu faciemus; quod si comes propria voluntate alicui guerram moverit, vel aliquis eum impetierit, quamdiu iudicio et nostro consilio stare voluerit, omnibus modis eum iuvabimus.

Homines vero comitis inferius Golam manentes, ab omni tolonio apud Tile liberi erunt.

Condictum est etiam inter nos, ut, si praesentia nostra non habeatur in terra, nihilominus homines nostri et comitis mutuo sibi assistent.

Et ut haec rata et firma habeantur, tam liberi quam ministeriales nostri, quorum nomina subscripta sunt, iuramento confirmaverunt: Willelmus frater meus, Henricus de Kuyc, Walterus de Grinbergis, Godefridus de Scoten, Arnoldus de Diest, Iacobus de Calmont, Gisbertus de Tilborg, Boydinus de Altena, Gerardus de Iacia, Henricus de Asca, Leonius de Aa, Daniel et Arnoldus de Crayenem, Walterus de Bierbais, Iacobus de Summeresse castellanus de Bruxella,

Arnoldus et Willelmus de Waelhem, Arnoldus de Wesemale, Arnoldus de Rotchelaer, Willelmus Vulpes, Walterus Alf, Gerardus et Henricus de Hildeberghe, Henricus de Bauterhem.

Haec omnia, ad maiorem cautelam, sigilli nostri et comitis impressione communiri fecimus.

Register der Rekenkamer n<sup>o</sup>. 1, p. 28v<sup>o</sup>, in  
het Rijksarchief te Brussel.

Zie over den tijd, waarop dit verdrag gesloten kan zijn: Bondam, Charterboek, bl. 265, noten (a) en (f) en n<sup>o</sup>. 397, bl. 399, hierna.

---

N<sup>o</sup>. 388.

Oorlog tusschen Otto, graaf van Gelre, en Theoderich, graaf van Holland, ter gelegenheid der keuze van een bisschop van Utrecht; de eerste wordt bij den Heimenberg geslagen; verzoent zich met zijn tegenstander, wiens dochter Aleid verloofd wordt aan zijn zoon Hendrik, die kort daarop sterft.

In het jaar 1196, na 21 April, en in het jaar 1197.

Baldwinus, Traiectensis episcopus, obiit [21 April 1196] et duo a diversis partibus sunt electi: Theoderichus videlicet frater eiusdem episcopi, tunc praepositus maioris ecclesiae sancti Martini, et Arnoldus, praepositus Davantriae. Episcopatus vero Theoderico, comiti Hollandiae, ab Heinrico imperatore committitur et, eodem comite Traiectum et circumiacentia occupante, Otto, comes Gelrensis, omnia ulteriora fluminis, quod dicitur Isle, suae potestati vindicavit. Factum est tamen post longam controversiam inter eosdem comites bellum apud montem, qui dicitur Heimenberg, ubi, multis a parte comitis Ottonis captis et ceteris omnibus fugatis, insperata victoria Theoderico cessit. - - -

Eodem anno [1197] Otto comes et Theodericus reconciliantur, quae reconciliationis sive pacis concordia usque adeo inter eos coaluit, ut Theodericus comes filiam suam, nomine Aleydem, filio Ottonis, cuius nomen Henricus, desponderet, sed idem puer non multo post, languore correptus, moritur et Rinsburg tumulatur.

Annales Egmondani, bij Pertz, Monum.,  
Script., xvi, p. 471 en 473.

De oorlog wordt ook vermeld in: De rebus Ultraiectinis auctoris incerti narratio historica, p. 9.

In Codex 2 der Annales Colonienses maximi, bij Pertz, a. w., xvii, p. 807, in de aantekeningen, wordt bij het jaar 1297 gezegd: Eodem anno terram, que dicitur Gelren, a comite Arnolde de Hemesberg et Adolpho Coloniensi exurunt, andere lezing: exusta est.

In de archieven van den Dom te Utrecht is eene ongedagteekende en ongezegelde

overeenkomst, mogelijk slechts een ontwerp, opgenomen in het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I, n<sup>o</sup>. 191, bl. 117, waarin dit voorkomt: Omnes ministeriales ecclesie Traiectensis, qui contra episcopum erant in guerra ista cum comite Hollandie, habebunt gratiam domini episcopi, et allodia et beneficia vel hereditates, si que ablata in guerra erant, eis restituantur, his exceptis, que ante guerram sponte et sine coactione episcopo resignaverunt vel que per iusticiam et sententiam parium suorum perdiderunt. Etc.

Zou dit niet eerder slaan op den boven vermelden oorlog, dan op dien, welke omstreeks het jaar 1202 plaats vond, zoo als in het aangehaalde Oorkondenboek, in de noot, waarschijnlijk wordt geacht?

Deze vraag wordt gerechtvaardigd door de moeielijkheid van tijdsbestemming van vele ongedagteekende stukken uit het laatst der xii<sup>de</sup> en het begin der volgende eeuw.

---

No. 389.

Keizer Hendrik vi bevestigt het hospitaal door Alard, burggraaf van Nijmegen, en zijne vrouw Uda te Nijmegen gesticht, en de gift van goederen te Degese, Ewijk, Weurt, Wonsehic en Lent daaraan gedaan.

*Woez. 2. 4*

20 October 1196.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Siciliae.

Ad eterni regni premium et temporalis imperii incrementum apud Regem regum nobis proficere non ambigimus, si, loca religiosa manu tenentes, ea, quae a Christi fidelibus ipsis pia largitionis studio impenduntur, sub nostra pace ipsis integra conservamus.

Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus, praesentibus et futuris, quod nos imperiali benignitate ratum habemus et confirmamus, quicquid Alardus, comes de Novimago, et uxor eius Uda, hospitali apud Novimagum, quod propriis sumptibus et laboribus construxerunt, de bonis suis, quae ipsorum fuerunt, iuste contulerunt, videlicet quatuor mansos in villa Degese, in Eevick mansum unum cum appendiciis suis, in Werthe mansum unum, in Wonsehic praedium, in Lente praedium, tam haec, quam alia, quae praedictum hospitale iuste possidet vel collatione fidelium, vel alio quocunque modo iuste continebit, in specialem maiestatis nostrae protectionem recipientes. Statuimus ergo et districte precipimus, ut nulla omnino humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica persona praedictum hospitale in bonis vel personis, quas habuerit, aliquatenus gravare praesumpserit vel molestare. Quod si quis facere praesumpserit, triginta libras auri pro pena camere nostre componat. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam pre-

sentem cartam inde conscribi iussimus et maiestatis nostrae sigillo communiri.

Datum apud montem Flasconis, anno Domini mxcvī, xv indictione, XIII kalendas Novembris.

Bondam, Charterboek, no. 72, bl. 251.

Burgemeester en wethouders van Nijmegen hadden mij welwillend het gebruik toegestaan der oorspronkelijken van dit en andere stukken in het archief der stad. Bij het openen van de kast, waarin zij bewaard werden, bleek het dat zij allen, niettegenstaande voorzorgen die men had genomen, vergaan en tot stof verteerd waren. De inventaris van het archief, in het jaar 1849 door P. Nijhoff opgemaakt, moet nu dienen, om in de uitgegevene oorkonden de namen van plaatsen en personen en de dagtekening, zoo er verschil bestaat, te verbeteren, zoo als reeds in de bovenstaande oorkonde is geschied, en door mededeeling van den inhoud in het gemis der stukken te voorzien.

---

No. 390.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Adolf, aartbisschop van Keulen, over de vrijheden van het klooster Laach.

In het jaar 1197.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Adulphus, divina favente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in perpetuum.

Dignum est et a rationis tramite non discordat, etc.

Huius rei testes sunt: Ludovicus maior prepositus, Udo decanus maior, Bruno prepositus Bunnensis, Cunradus prepositus Xantensis, Theodericus prepositus sancti Gereonis, Theodericus prepositus sancti Andree, Theodericus prepositus sancti Cuniberti, Godefridus capellanus, Henricus comes Seynensis et frater eius Everhardus, Otto comes Gelrensis, comes Arnoldus de Altena, Hermannus Coloniensis advocatus, Waldewerus abbas sancti Pantaleonis, Goswinus abbas de Monte, Hermannus marscalcus, Otto camerarius et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mxcvī, indictione XIII, anno pontificatus nostri II, regnante imperatore Henrico Romanorum, anno regni sui XXVII.

---

Kindlinger, Münsterische Beiträge, III, Urkunden, no. 35, S. 99.

N<sup>o</sup>. 391.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij keizer Hendrik vi de vrijheden van Coesfeld bevestigt.

28 Mei 1197.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Ego H. vi, Dei gratia Romanorum imperator et felix, semper augustus.

Semper quidem grata existere nostra beneficia volumus. Etc.

Testes sunt hii: Conradus Mogonciensis archiepiscopus, Albertus Leodecensis episcopus, Baldewinus Traiectensis episcopus, Conradus cancellarius, Heinricus comes de Senginen, Otto comes de Gelren, Simon comes de Theneburg et alii quam plures.

Datum per manus Conradi cancellarii apud Mogonciam, v kal. Iunii, anno dominicę incarnationis mxcvii, indictione xiiii.

Erhard, Codex diplomaticus, II, n<sup>o</sup>. 542, S. 249,  
naar het oorspronkelijke te Coesfeld.

---

N<sup>o</sup>. 392.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Otto iv het allodium Saalveld aan Adolf, aartsbisschop van Keulen, teruggeeft.

12 Juli 1198.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, divina favente clementia Romanorum rex, semper augustus.

Ratio suadet, aequitas requirit nostramque decet celsitudinem, etc.

Cuius rei testes sunt: . . . Argentinensis episcopus, Thietmarus Mindensis, episcopus Tirricus Traiectensis episcopus, Bernhardus Paderbornensis episcopus, episcopus [sic] Xanctensis, Bunnensis prepositus Bruno, Megteldis ducissa Brabantie, Baldewinus comes Flandrie, Heinricus dux de Limborch, Otto comes Gelrensis, Arnoldus comes de Clivo, Tirricus comes Hollandie, Henricus de Cûc, Heinricus comes Seynensis, Symon comes de Tekenborch, Arnoldus comes de Altena, Wilhelmus comes Iuliacensis, Gerhardus comes de Are, Heinricus comes de Hocenswage, Heinricus comes de Cessele, Rûtgerus de Merheim, Cûnradus de Dicka, Giselbertus et Rûtgerus de Bremet, Otto de Wikerothe, Heinricus et Gerardus de Volmûtsteine, Herimannus advocatus Coloniensis, Herimannus de Alvetre marescalcus,

Otto camerarius, Reymarus de Rothe, Giselbertus de Cerreke et alii  
quam plures viri honorati.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi.

Lacomblet, Urkunbuch, 1, no. 562, S. 392,  
naar het oorspronkelijke.

Otto, een zoon van hertog Hendrik de Leeuw, door den krachtigen steun van Adolf I, aartsbisschop van Keulen, tegenover Philips, den zoon van keizer Frederik I en broeder van keizer Hendrik VI, tot koning gekozen, veroverde Aken, waar hij twee dagen later, den 12den Juli 1198, tot koning werd gekroond. Op dien dag sloot de aartsbisschop eene overeenkomst met den abt van Corvei. De teruggave van Saalveld, het loon voor den bewezen dienst, kan op denzelfden dag gesteld worden.

No. 393.

Inkomsten van het klooster te Werden uit den hof te Putten.

XII<sup>de</sup> en XIII<sup>de</sup> eeuw.

De curti Putte et familia curtis allata.

In Arnheim et de Arnheim Werthinam sunt: de ipso selilant curtis l modii siliginis, c modii mixti, hordei videlicet et avenę. De mansis curtis ccl modii siliginis et c modii avenę.

De manso in Putte Reint xx denarios et I, et obulum.

De Bûchurst Gebbo vi denarios. In eadem villa Rotte xii denarios. In eadem villa Gerbreht xxii denarios.

In Erca Nameco vi denarios. In eadem villa Oza viii denarios. In eadem villa Oenga iii denarios. In eadem villa alter Oenga iii denarios.

In Niutlo Usico vii denarios. In eadem villa Landfrid v denarios.

In Hatheim dimidium talentum.

In Biddinheim Renzo iii solidos et xxx anguillas et ccc alleces et v plenos lucios. De ecclesia in Biddinheim iii solidos, c anguillas, ccc alleces et v plenos lucios.

In Hornspin [sic] Todo et Oleman xxx denarios et xxx anguillas et ccc alleces et denarium et ii plenos lucios.

In Wesinga Reinzo xxx anguillas et ccc alleces et xx denarios.

In eadem villa Hemmo et Rustholf xvi denarios et xxx anguillas et ii plenos lucios et dimidium. Iterum in eadem villa. Item, videlicet quarta vice unum hurlant.

In Bekestere Alt iii denarios.

In Spriele Gelt xii denarios.

In Putte Gozuin xx denarios et de alio agro xii denarios, et adhuc de alio agro x denarios.

In Herca Gozuin de quodam agro pulchram piscationem preposito, quoties venerit, procurabit vel quicumque villicus.

In Ermelo Bonniko XVI denarios.

In Holthuson Heriman dimidium mansum, qui solvit unciam I.  
Soror Herimanni dimidium mansum, qui solvit unciam I.

In Larsheim Vacco II uncias.

In Halvenchuson Lanzo XII scepel et dimidium siliginis et II plenos lucios et X anguillas et porcum, VIII denarios valentem et denarium Gall[icum?], et II laguenas mellis. In eadem villa Godelief V scepel siliginis, I plenum lucium et X anguillas et porcum et obulum et XVII denarios. In eadem villa Abbo VII et dimidium scepel siliginis et plenum lucium et II laguenas mellis et obulum. In eadem villa Radbreht X scepel siliginis, II plenos lucios et porcum et denarium et III denarios.

In Bekistere Reint XVII et dimidium scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium. In eadem villa Ovo X scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium et X anguillas et II denarios.

In Hezzere Odbreht X scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium. In eadem villa Huddico X scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium. In eadem villa Liudbreht V scepel siliginis et I plenum lucium et X anguillas et dimidium porcum et obulum, XV denarios et X anguillas. In eadem villa Tibbe X scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium. In eadem villa Aluezo X scepel siliginis et II plenos lucios et porcum et denarium et X anguillas. In eadem villa Bertold X scepel siliginis et porcum ei denarium et II plenos lucios. In eadem villa amercorn.

In Orthen XV modios siliginis et porcum et denarium et II plenos lucios.

In Spriele Odbreht XX denarios.

In Northan Nameko VI modios siliginis et VI modios hordei et avene et ovem.

In Ermelo Liuzeko X modios siliginis et II plenos lucios.

In Thri Azzo X modios siliginis et XX denarios.

In Okeno Gèleko et Radbreht XXIII modios hordei et XXII modios siliginis et XX denarios, excepto obulo, et II solidos, et ad hospitandum prepositum . . . . [Hier is eene scheur waar 4 lettergrepen gestaan kunnen hebben.] LXXV manipulos et modium et dimidium hordei et lectisternia.

Super Betua de tribus villis Othuson, Gezpurd, Aelte, CC modios avenę, exceptis X.

In Cleinhurst VI scepel siliginis, VI scepel hordei ad auxilium.

Ipse villicus dabit de selilande curtis IIII br. siliginis et II modios siliginis et VIII bra. et IIII modios mixti, hordei videlicet et avenę, VIII saginatos porcos et dimidium verrem, annuatim bovem bene iugalem, annuatim ovinas insuper victimas VIII, unam wagam lanę, LX caseos, tales quales sunt suegkese, et amphorulam butiri et tres fertonos pro mansione, quoties prepositus in curtim non venerit.

De Putte censuales cerę et cetera x.

Liber praepositurae Werdinensis, (Prepositura antiquissimum registrum) p. 22<sup>vo</sup>, uit de xude eeuw, te Dusseldorp.

### De villicatione in Putte.

Ipse villicus solvet VI maldra siliginis, IIII luceos.

In Ermele. Mansus ibidem II maldra siliginis eiusdem mensurae et II luceos.

In Lompshem. Mansus ibidem x modios siliginis, IV luceos, I porcum et IV denarios. Item mansus iuxta curtim Putte XIX denarios.

In Nordere. Mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos et I porcum.

In Husszeren. Mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos, I porcum, I arietem et maldrum ordei. Item mansus ibidem v modios siliginis et I maldrum siliginis per mensuram in Ermele, IIII luceos et I porcum. Item mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos et I porcum.

In Sladere. Mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos et I porcum, x anguillas et x denarios.

In Becsteren. Mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos, I porcum, x anguillas et x denarios. Item mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos, I porcum et VIII denarios. Item mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos et I porcum. Item mansus x modios siliginis, IIII luceos, I porcum, x anguillas et XIII denarios. Mansus ibidem x modios siliginis, IIII luceos et I porcum.

In Halvinchusen. Mansus ibidem v modios siliginis, II luceos, XII denarios, x anguillas et dimidium porcum. Item mansus ibidem v modios siliginis, II luceos, xxx denarios, x anguillas et dimidium porcum. Item mansus ibidem v modios siliginis, II luceos, x anguillas et dimidium porcum.

In Halvinchusen. Mansus in Halvinchusen v solidos. Mansus ibidem v modios siliginis, II luceos, x anguillas et dimidium porcum.



In Biddinchem. Mansus ibidem xv denarios, iiii luceos, xxx anguillas et ccc allecia.

In Vesinghen. Mansus ibidem vii denarios et obulos ii, luceos xv, anguillas c et quinquaginta allecia. Item mansus ibidem tantum. Item mansus ibidem tantum. Item mansus ibidem tantum.

In Lersen. Mansus ibidem xx denarios.

In Buchorst. Mansus ibidem xviii denarios.

In Diramme. Mansus ibidem xii denarios.

In Ekelenvelde. Mansus ibidem vi denarios.

In Erke. Mansus ibidem vi denarios. Mansus ibidem iv denarios. Mansus ibidem iv denarios. Mansus ibidem viii denarios.

In Sprile. Mansus ibidem xii denarios. Ipse villicus de manso desolato xxi denarios.

In Oihusen. Mansus ibidem iiii maldra avene. Item mansus ibidem ii maldra avene. Mansus ibidem ii maldra avene.

In Leide. Item iiii maldra avene.

In Lersen. Mansus ibidem xx denarios.

In Henslare. Mansus ibidem iiii solidos.

In Dri. Mansus ibidem xv denarios.

In Buchorst. S. clviii anguillas. Redemptio ipsarum xxxi solidi et ii denarii. xiii porci. Redemptio porcorum x solidi. lxxii lucii. Redemptio ipsorum xii solidi.

In Oken. Mansi duo solvunt vi maldra mixti ordeï et xx denarios. Gerhardus de Hosterwic ii luceos.

De bonis in Sellemergo ix urne mellis et de manso uno ibidem xviii denarios.

Item summa siliginis xxxiii maldra, vii maldra ordeï, xii maldra avene. Summa censuum denariorum xl solidi. De cerocensualibus vii solidi.

Volgens twee HSS. van de xvde eeuw, waarschijnlijk uit een oorspronkelijk register van de xiiide, te Dusseldorp.

De afschriften ben ik verplicht aan de welwillendheid van Dr. Harless, Staatsarchivaris te Dusseldorp.

Tot aanvulling van het aangeteekende op n<sup>o</sup>. 45, bl. 47, vermeld ik, dat in het Staatsarchief te Munster is eene, mij welwillend door den heer Dr. Wilmans, archivaris aldaar, medegedeelde, opgave der goederen van het klooster Abdinghof te Paterborn, uit de xvde eeuw, waarvan een gedeelte bevat redditus, pensiones et pactus cellerarie in dyocesi Traieci n<sup>o</sup> et in ducatu Gelrie.

N<sup>o</sup>. 394.

Lijst der goederen van het Munsterstift te Aken, waaronder te Erkelens.

In het einde der xii<sup>de</sup> of begin der xiii<sup>de</sup> eeuw.

In Erelenze sunt v dominicales mansi, aspiciunt ibi xxiii mansi et dimidium, quorum unusquisque solvit xx denarios et duos porcos, xii denarios valentes, et ii pullos, ii carratas lignorum, et exercet iii bonuaria et servit per totum annum, si opus fuerit. In eodem predio sunt viii mansi, quos servientes tenent. Est etiam ibi i camba solvens xxx modios. Est etiam ibi molendinum solvens xxx modios. Est etiam ibi terra solvens xviii denarios. Haistoldi solvunt i libram. Est etiam ibi terra elemosine solvens xv denarios.

\* Quix, Codex diplomaticus Aquensis, no. 42, S. 29.

Quix deelt a. w. n<sup>o</sup>. 43, S. 30, uit een oud HS. mede: census fratrum --- de Erclenze ii libris et ix solidi census in festivitate s. Martini

---

 No. 395.

Theoderich II, bisschop van Utrecht, geeft een overzicht van het ontstaan en de wijdingen van het klooster Bethlehem bij Doetinchem, bevestigt de emunitet daaraan gegeven en somt zijne bezittingen op, gelegen te Gaanderen, Didam, Wilhese, Mechtlo, Silvolde, Velthunte, Azewyn, Wereheim, Odeslo, Kortbeke, Emethe, Litteren, Nede, het Gooi, Drempt, Keppel, Beinum, Zevenaar, Doetinchem, Hummelo, Warnsveld, Eime, Weel en Zelhem.

In het jaar 1200.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Theodoricus, Dei gratia Traiectensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Officii nostri devotio requirit et debitum, ut in quibuscunque locis religionem crescere et cultum Dei per gratiam ipsius // augeri conspexerimus, nos ad eorum non solum defensionem, sed etiam omnimodam promotionem pia sollicitudine intendamus.

Innotescat igitur presentibus ac futuris, quod constructa primum capella per magistrum // Frankonem, religiosum sacerdotem, in loco, qui nunc dicitur Bethlehem, ex voluntate et permissione persone et parochianorum de Duttenheim, comprovinciales et commarchiones, qui vulgo markenote vocantur, duabus // vicibus convenerunt et aream, in qua capella ipsa cum suis domibus et officinis sita erat, Deo et beatę Virgini in proprium devoverunt, magnam etiam partem sue

communis marchę circum circa iacentem ad perpetuos usus pauperum Christi, Deo et beatę Marię ibidem deservientium, in dotem unanimiter contribuerunt, hi scilicet: Heinricus comes Gelrensis, Wolterus de Keppele, Huboldus de Bernhamme, Ulricus et Egbertus fratres de Brückhusen, Bernhardus et Sueterus fratres de Wische, Everardus de Hese, Bernardus de Ettene, Iordanus de Wereheim, Ruthericus et filii eius Menthe et Folewinus, Bernardus et Gerardus, Arnoldus de Gernere et filius eius Heinricus, Bernardus de Goie, Algerus Falconarius, Hervicus, Wernerus et frater eius Sweterus de Duttenheim, Bernardus cum Barba et alii quam plures. Deinde requisito et habito consensu eorundem markenotarum, qui, ad devotionis suę factum confirmandum, apud Bethlehem tercio convenerant, predecessor noster, pię memorię dominus Baldwinus episcopus, capellam eandem feliciter consecravit, emunitatem, loco eodem datam, banni sui auctoritate debite confirmavit, universa quoque eidem vel tunc attinentia, vel in posterum attentura, sub Dei omnipotentis et sua protectione constituta, banni sui districtione diligentius communivit.

Postmodum vero, crescente religione et numero personarum, monasterio quoque ex eleemosinis fidelium ibidem decenter inchoato, venerabilis frater et cooperator noster dominus Albertus, Livonensis episcopus, illud, de voluntate nostra, post incendium devote consecravit, et eius emunitatem, sicut debuit, iterato confirmavit, universas etiam eisdem attinentias, habitas et habendas, sub auctoritatis suę protectione constituit et banni sui reverentia confirmavit. Ut autem hæc novella et adhuc tenera plantatio, in Domino radicata, nostrę quoque devotionis iuvamine coalescat et, Deo incrementum dante, proficiendo subsistat, emunitatem, a predictis episcopis ipsi loco datam et confirmatam, nos eidem consignamus et omnimoda districtione corroboramus, ecclēsiam ipsam cum personis suis, ministris, mancipiis et cum universis rebus suis, mobilibus seu immobilibus, agris cultis seu incultis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cum omni iuris singulorum integritate, sub Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostrę protectionis bannum firmissime constituentibus, ut reus sit in Deum et eius genitricem, si quis contra id venire presumpserit.

Et, ut calumniosis penitus tollatur occasio malignandi, fecimus eiusdem ecclēsię bona diligentius subnotari. Sunt autem hæc: in Gernere mansus, datus a Bernardo et Swethero, fratribus, de Wische et dimidius mansus emptus a Volcwino de Duttenheim et eius heredibus, item mansus censualis Woltero de Keppele pro XII nummis, alius mansus emptus ab Arnolde et censualis Everhardo, agri quidam

empti ab Arnolde et eius heredibus, dimidius mansus datus a Nicholao de Berenbrûke, campus quidam datus a Bernhardo de Ettene, tres agri dati a Heinrico Altinensi et matre eius, item tres agri dati ab Erenberto de Ettene, mansus, qui dicitur Deserta curia, censualis pro vi nummis Daventriensibus, mansus emptus ab Everardo de Hese et eius heredibus, censualis ecclésię Embricensi pro iii solidis et iii nummis, item dimidius mansus emptus ab eisdem;

in parrochia Thideheim predium, quod dicitur Svalengût, emptum a Gerhardo Paleken et eius heredibus, habens warandiam x porcorum in silva Waverloe, x in marchia, quę dicitur Media, x in marchia, quę dicitur Loel, item bona quedam empta a Godefrido Prein et eius heredibus, insuper ii agri empti ab eodem Godefrido, quos habuit in feodo ab Heinrico de Hesehusen, qui habuit marcas de emptione eorundem, bona quedam empta a Godefrido Dipenbrûc et Heinrico frater eius, habentia warandiam v porcorum in predicta marchia Media, v in marchia Loel; duo agri empti a Rodolfo Blankart et eius heredibus; in Wilhese bona quedam empta ab Everardo de Combusta curia et quedam a patruo eiusdem;

in Mechtlo reditus quidam, habentes warandiam in silva Mechtlo iii plaustratarum lignorum et duorum porcorum stabiliium;

in Siltwolden dimidius mansus datus a Suetero de Dingethen, habens plenam warandiam unius mansi;

in Velthunte xviii agri empti a sorore Nicholai de Kappenhagen;

in Asewen agri quidam dati a Luthmûde de Dingethen, alii etiam agri empti ab Oberto et Garsilio;

in Wereheim iii agri dati ab Alberto de Ettene;

in Odeslo x agri empti v marcis, datis a Suetero de Wische;

in Kurtebeke domus data a Hermannno de Bredervorht; in villa Emethe domus data a fratre Wilhelmo, eiusdem loci preposito; in Litteren domus, quę dicitur Buderine, empta xviii marcis, datis a predicto Suetero;

in Nithe iii maldra siliginis, data a Iohanne de Elshoven et matre eius;

item curtis in Goie, collata a fratre Everardo cum iudicio marche cum suis areis et earum debitis servitiis et omnibus eius attinentiis, item domus, quę dicitur Scuderump, data ab eodem fratre, dimidius mansus datus ab eodem in Dutteneheim, item mansus datus ab Heinrico de Urbe et unus datus ab Huboldo de Osterlo;

in Thremethe dimidius mansus, datus a Mehtelde, habens plenam warandiam unius mansi, ibidem ager datus a Waltgero Guldenbart et eius heredibus, alter ager datus ab Everardo de Lachsen, item pre-

dium emptum ab Heinrico Emmikinc et fratre eius, et aliud predium emptum a Reinardo et fratribus eius de Wele;  
 in Keppele ager datus ab Heinrico de Urbe et filiis eius et alter ab Huboldo de Osterlo;  
 in Beinheim ager datus a Wilhelmo et eius uxore;  
 in Sēvenharen ager datus a Gerardo Paleke, item de domo, quę dicitur Marscalehinc, x solidi Xanthenses, a dati Gerardo de Versevelde, in die sancti Nicolai;  
 in Duttenheim predium emptum ab Arnoldo de Gernere;  
 in Hūmele dimidius mansus, datus ab Huboldo de Bernehamme, prope Duttenheim ager datus a Gerberge;  
 in Warnesvelde predium quoddam datum a Godefrido Remi; in Eimi reditus iii maldrorum, dati ab Everardo Takun;  
 item dimidius mansus in Wele datus ab eodem Everhardo et uxore eius et eorum heredibus;  
 item, ad servitium fratrum, x solidi Daventrienses constituti a comitissa Gelrense pro commemoratione beatę Afre, dandi in die sanctę Walburgis;  
 item domus Mullinck, censualis curtis in Hengelo pro iii solidis;  
 item mansus, qui dicitur Desertus et area Bleke, censualis ꝑcclesię sanctorum Apostolorum in Colonia pro iii solidis Daventriensibus;  
 item ager datus a Wilhelmo de Malbergo;  
 in Sehein predium datum a Wilhelmo de Dudincwerth.

Quicumque igitur predictam ꝑcclesiam in hiis bonis aut aliis, quecunque postmodum conquisierit, molestare presumpserit, excommunicationi subiaceat et a domino Deo condignam recipiat ultionem.

Ut autem omnium prescriptorum confirmatio rata et perpetua sit memoria, presentem paginam conscribi et sigilli nostri fecimus auctoritate corroborari.

Datum Traiecti solemniter anno Dominice incarnationis MCC, pontificatus nostri anno II, presentibus hiis: Theodorico maioris ꝑcclesię decano, Gerardo Xanthense, Ottone sancti Bonifacii, Woltero sancti Petri, Bernardo Tjlsense, Bertoldo Aldeselense, Engelberto Daventriense prepositis; Heinrico sancti Petri, Giselberto sancti Iohannis, Reinboldo sanctę Marię decanis Traiectensibus; Nicholao sancti Pauli, Nicholao sancti Laurentii in Osbrūke abbatibus; laicis autem: Woltero Spirinc, Giselberto, Egberto et Egidio fratribus de Amestell, Alfero, Alberto et Wilhelmo de Vulffinnen, Huberto de Būsenheim, Gerardo de Hundeswick, Iacobo, Lamberto de A, Swetero de Wische, Stephano de Sulen, Wilhelmo de Malberge, Swetero de Dingethe, Wilhelmo

de Brunchurst, Heinrico de Burelo, Everardo de Takun, Siberto Swevo, Gozwino de Berentrotke, Woltero Radinc, Udone et Woltero Crane, Menzone de Wesipe, Helmiwico de Salengen et aliis quam pluribus.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, waaraan een zegel aan rood zijden draden gehangen heeft.

Baldewijn II was bisschop van Utrecht tusschen de jaren 1178 en 1196, Hendrik, graaf van Gelre, overleed in jaar 1182. Zie bij no. 360, bl. 355. Albert I van Bekeshovede (Buxhövdén) was bisschop van Lyfland van het jaar 1198 tot 1229. De eerste wijding van het klooster is dus te stellen tusschen de jaren 1178 en 1196, de tweede, nadat het verbrand was, tusschen 1198 en 1200.

Vgl. de oorkonde van den Utrechtschen bisschop Wilbrant van het jaar 1231.

---

### No. 396.

Godfried, abt van Epternach staat, met het kapittel, op verzoek van Hendrik, hertog van Brabant, de kerk van Drumpt af aan die van Tiel, onder voorwaarde, dat de pastoor, door de kerk te Tiel uit hare geestelijken aan te wijzen, alle lasten aan den bisschop en den aartsdiaken betale en den abt zijne jaarlijksche paccio voldoe.

In het jaar 1200.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Heinricus, dux Lotharingie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum.

Ne rerum gestarum memoriam abolere possit oblivio, ad noticiam, tam presentium quam futurorum, presenti scripto transmittimus, quod abbas Godfridus ecclesie Epternacensis, precibus nostris exigentibus, consilio et consensu capituli sui, quandam ecclesiam in diocesi Traiectensi sitam, nomine Drumpthe, perpetualiter concessit ecclesie de Tyle sub hac forma, ut videlicet ipsa ecclesia de Tyle assignet unum de sacerdotibus suis, qui recipiat ab abbate in ecclesia Epternacensi iam dictam ecclesiam loco pastoris et persolvat omnia iura, episcopo et archidiacono similiter, quicquid de predicta ecclesia persolvere tenetur. Ipsi vero abbati et omnibus successoribus eius annuam paccionem, quam omnes pastores eiusdem ecclesie abbati et ecclesie sue actenus persolverunt, videlicet quinque fertones examinati argenti singulis annis incipiente Maio persolvat. Quod si aliquomodo neglexerit, ammoneri debet ecclesia de Tyle a nunciis abbatis, ut persolvat predictam paccionem, quod si non fecerit, libere erit abbati resilire a

convencione ista et alium substituere pastorem, qui reddat ei pensionem suam tempore suo, non obstante donacione archidiaconi, quam sacerdoti de Tyle fecerit.

Acta sunt hec anno millesimo cc incarnationis Domini Iesu Christi, in presencia hominum nostrorum, quorum nomina sunt: Heinrici prepositi de Lovania, Arnoldi capellani, Reineri scriptoris, Arnoldi de Udenchem, Wilhelmi Vulpis, Walteri Bac.

Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, cartam istam sigilli nostri impressione muniri fecimus.

Codex diplomaticus s. Mariae Theutonicorum,  
nº. 565, bi. 659, naar het oorspronkelijke,  
te Utrecht.

---

No. 397.

Verdrag van den graaf van Gelre met den hertog van Brabant over door hem aan Brabanters ontnomen goederen en andere grieven, en met den bisschop van Utrecht, waarbij hij tevens bezweert hen en den aartsbisschop van Keulen ter zijde te staan in de twisten over het rijk.

22 Januari 1200.

Haec est forma compositionis inter ducem Lotharingiae et comitem Gelriae.

Homines enim comitis Gelriae apud Herewade abstulerunt hominibus ducis ad estimationem viginti septem marcarum; haec bona persolventur proxima dominica post Invocavit, ad assertionem veram hominum comitis, monitorum sub fidelitate, qua tenentur comiti. Homines autem erunt Brustene de Drile, Ricoldus de Oste, Ioannes de Gotkeforde.

Item comes promisit, quod mercatoribus ducis restituet, quicquid ab eis apud Arhem accepit, postquam compositio inter ducem et comitem facta fuit apud Orten, tali modo: dominus dux homines suos, quos vult, destinabit cum mercatoribus ducis, qui domi fuerint, apud Arhem, Letare Ierusalem; comes vero Gelriae occurret et cognita veritate bona ipsorum mercatorum, comes dampna ipsorum persolvat. Si autem comiti visum fuerit mercatores excedere veritatem, quantum minus iuraverit, secundum iuramentum suum factum, proxima feria secunda post octavas Pasche, coram duce solvet mercatoribus.

Item contentio est inter ducem et comitem de hominibus sancti Michaelis, quos, tactis reliquiis, si eos habere vult, comes observabit.

Item dux habebit libere homines sancti Lamberti, ubicumque fuerint inventi, et ipsorum erit advocatus eo iure et integritate, qua dominus Godefridus de Helmont eos, cum viverat, tenebat.

Item recipiet comes Gelriae tale tolonium apud Drile de mercatoribus et gregibus armentorum et pecudum, quale de iure ante quadraginta annos ibidem recipiebatur, et hoc ad veridicam relationem Brusteni de Drile et Waltero Bac.

Item comes persolveth in octavis Paschae duci centum triginta et octo marcas, vel ampliori vel alio termino, quem poterit obtinere a duce, et super hoc ipsum comes faciet securum.

Item comes fecit duci ligiam fidelitatem et promisit, tactis reliquiis, ipsi contra omnem hominem se fore servitutum; homines vero comitis bona fide promiserunt, quod comiti nunquam fideliter servient, si comes in predictis excesserit, quousque duci satisfecerit.

Ad hec statutum est, quod dux obsides comitis usque ad biennium tenebit, nisi comes vel servitio suo, seu precibus eos posset liberare, vel si dederit securitatem pro uno, vel pro duobus, seu pro pluribus, pro quo vel pro quibus securitas facta fuerit, restitutio fiat.

Haec forma compositionis inter episcopum Traiectensem et comitem Gelrie.

Comes etiam bona et sincera fide promisit, quod Wilhelmum, generum suum, monebit et ad hoc inducet, quod cessabit ab iniuria, quam infert episcopo Traiectensi in monte Qeuere [sic, Kuinre] et in aliis bonis episcopi, et si ad hoc eum inducere non potest, a proxima dominica post festum Agnetis, usque ad tres septimanas, dominus episcopus comiti Gelriae diem, quam voluerit, pefiget, quam comes sine dolo et protactione observabit, et quitquit sententia parium suorum dictaverit, ibidem constanter tenebit.

Item comes Gelriae apud Sutfaniam eudi monetam sub forma et in pondere Daventriensis vel Traiectensis monete non faciet.

Item Albertus nominabit quatuor ex hominibus comitis, et comes eos monebit sub ea fidelitate, qua ei tenentur, si Albertus eiectus est iniuste a bonorum suorum possessione, de quibuscumque comes eum restituat, erga eum impetentes, comes ei sententiam faciet, quicumque illi fuerint; si autem iuste invenitur eiectus, comes nihilominus iustus ei iudex erit in sua querimonia.

Item promissum est, quod episcopus et comes Gelriae proxima dominica post festum beate Virginis in Noda convenient, et uterque eorum octo de suis hominibus eliget, et, quitquit illi, tactis evangeliiis,



fuerint arbitrati, tam de moneta, si comes eam debeat habere, et si eam debet habere, sub quo praedictus [sic] et in quo loco; et preterea de omnibus distantiiis, que inter episcopum et comitem sunt, illorum sedecim stabunt arbitrio.

Item comes iuravit, quod archiepiscopo Coloniensi, episcopo Traiectensi et duci Lotharingie, super controversia, que de regno agitur in presenti, fideliter assistet et pro viribus et pro posse suo, nominatim autem ad patriae defensionem similiter et ipsi cum ipso stabunt, tam in lucro captando, quam in dampno vitando.

Per antedicta pax vera et perfecta concordia erit inter Coloniensem et Traiectensem episcopos, ducem Lotharingiae et comitem Gelriae.

Acta sunt anno Dominicae incarnationis haec MCC, praesentibus praeposito Sanctense, praeposito Embricense et Lovaniense praeposito.

Ne autem factum comitis de Los oblivioni tradatur, hoc sciatur, quod cum praedictis iuravit et praedicta se per omnia fidelitate promisit observaturum.

Horum testes sunt ex parte Coloniensis archiepiscopi: Gerardus de Volmestene advocatus Coloniensis, Bruno clericus archiepiscopi, Henricus dapifer, Adam pincerna, Henricus marescalcus; ex parte episcopi Traiectensis: comes de Are, Henricus de Kuyc, Hubertus de Busenheim, Giselbertus de Amestelle, Gerardus de Vorne, Arnoldus Loef, Gerardus de Delre, Godefridus paganus, Albertus de Wolvenne; ex parte ducis: Reinerus notarius, Arnoldus de Diest, Theodericus de Bierbeke, Arnoldus de Wesemale castellanus Brusellae, Alardus Rapa, Robin Thenensis tarius [sic]; ex parte comitis Gelriae: Rutgerus de Merhem, comes de Kessele Henricus, Sibertus Suevus, Gerardus d'Ostralen, Henricus de Boningem, Henricus de Batenburg, Henricus de Burglo, Willelmus de Brunchors, Giselbertus et Rutgerus de Breët, Theodericus de Milne, Godefridus de Wachtindunc, Everart de Bersedunc.

Datum Traiectensi xi kalendas Februarii.

Register der Rekenkamer no. 1, p. 29<sup>vo</sup>, in  
het Rijksarchief te Brussel.

Dit stuk, hier eerst in zijn geheel en met zijne dagteekening uitgegeven, verspreidt, in verband met no. 387, bl. 334, licht over punten, die nog al duister waren. Zie Bondam, Charterboek, no. 82, bl. 274. Wie Albert was, die er in voorkomt, heb ik niet kunnen ontdekken.

*Brouet*

Otto, graaf van Gelre, zijne vrouw Richardis en zijn zoon Gerard geven aan het klooster te Bedbur ter ontginning, wat zij bezitten in den Wildban, van het klooster af tot Lakesdal toe.

In het jaar 1201.

In nomine Domini nostri Iesus Christi. Amen.

Ego Otto, comes de Gelre, et Richardis uxor mea et Gerardus filius meus notum facimus omnibus successoribus nostris, quod, ob remedium animarum nostrarum et predecessorum nostrorum obtulimus ecclesie beate Marie in Bedebure et Gerardo, eiusdem ecclesie preposito, cum fratribus et sororibus suis regulariter inibi Deo servientibus, quidquid iuris nostri est in wiltban a claustro suo inter duas vias usque ad Lakesdal, ut, erutis fructibus, ad usus proprios pro suo excolant, ea conditione, ut ipsi nos suscipere in consortium et communionem orationum suarum et omnium bonorum, in quibus Deo grate servire potuerint et nobis defunctis exequias per omnia sororibus suis similes in missis, in vigiliis, in commendationibus, in psalteriis, in correptionibus plenariter exhibeant. Insuper plenarium officium animabus patris mei et matris mee et parentum nostrorum singulis annis II nonas Decembris persolvant.

Et ut hoc ratum et inconvulsum iugiter permaneat, sub banno domini Adulfi, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi, et sigilli nostri impressione firmavimus.

Additis etiam testibus, qui interfuerunt, quorum nomina hec sunt: Theodericus de Batenburg, Henricus frater eius, Theodericus de Wigen, Gerardus de Stralen et frater eius Ludolfus, Godefridus de Wagtdunc, Sibertus marscalcus, Godefridus dapifer, Theodericus de Grutere, Stephanus de Plesie, Everardus de Verneon.

Acta sunt hec anno mcci incarnationis Domini nostri Iesus Christi, indictione IIII.

Van Spaen, Inleiding, Codex diplomaticus, dl. II, no. 29, bl. 62, naar het oorspronkelijke, met het op de achterzijde opgedrukt zegel van gravin Richardis.

Opmerkelijk is het dat Theodorich, graaf van Kleef, met zijne vrouw Aleidis in het jaar 1162 aan het klooster te Bedbur reeds gegeven had totam terram cum tota decima, evenzoo omschreven als in de bovenstaande gift, met hetzelfde recht van ontginnen en dezelfde voorwaarde van jaargetijde voor zijn vader en zijne moeder. Zie de oorkonde, waarvan het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage berust, bij Van Spaen, a. w., no. 23, p. 49.

Otto, graaf van Zutfen, staat toe, dat de tiende van de curtis Heile in Westfalen, die hij van den aartsbisschop van Keulen in leen bezat en in achterleen uitgegeven had, als van ouds door eene vaste uitkeering in geld zal worden voldaan.

4 Januari 1201.

In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Adolphus, divina favente clementia sanctę Coloniensis ecclesię archyepiscopus.

Ecclesiis Dei prospicere suscepti nos ratio monet officii et adreſcentium cotidie scandalorum multitudo. Inde est quod ad omnium, tam posteriorum quam modernorum, noticiam transmittere curavimus, qualiter comes Otto de Sutfenne decimam super curtim Heile in Westfalia, a nobis in beneficium habens, eam cuidam Siberto concessit eandemque, de Siberti manu receptam, possidet Everhardus de Bucheim, ministerialis recolendę memorię comitis Friderici de Altena, germani nostri. Quem Everhardum rogaverunt fratres de Capenberg, iam dictę curtis possessores, ut ipse constitutam ex diebus antiquis redemptionem renovaret, videlicet, ut pro totius pensione decimę, tam maioris quam minoris, sex solidos Tremoniensis monetę eadem curtis annuatim persolvat, quibus acceptis, tam ipse Everhardus quam eius futurus heres nichil amplius requirat. Adquievit Everhardus et in presentia domini sui comitis Friderici, fratrum Capenbergensium advocati, manipulorum collectionem exfestucavit et conventionem iam dictam Herimanno venerando abbati et eius fratribus stabilivit, consentiente et annuente comite Ottone de Sutfenne et prenominato Siberto. Cuius etiam decimę redemptio in synodo Heringe pronunciata et confirmata est. Nec hiis contenti, adierunt nos fratres de Capenberg, petentes predictam conventionem nostra cautione litterarum roborari. Quibus nos, tamquam specialiter dilectis clementer annuentes, prefatam decimę redemptionem, videlicet vi sol., auctoritate nostri firmamus officii, interdicientes et sub anathemate prohibentes, ne aliquis unquam decimator manipulos fratrum in Heile contingere, seu de nutrimentis animalium ibi quicquam exigere presumat, sed decima eorum, tam maior quam minor, in ea redemptionis summa et in ea permaneat constitutionis forma, que a diebus antiquis usque ad hec nostra tempora immobiliter perdurasse cognoscitur nullusque eius molestus sit, plus aliquid exigendo.

In cuius rei confirmationem, presentem paginam sigilli nostri

impresione iussimus insigniri, cui si quis contraire et hec, quę a nobis statuta sunt, cassare presumpserit, Dei omnipotentis et beati Petri offensam incurrat et, nisi resipuerit, perpetue anathemati subiaceat.

Testes sunt: domnus Herimannus venerabilis Monasteriensis episcopus, Engelbertus prepositus s. Georgii in Colonia, Theodericus prepositus in Insula s. Suiberti, Thitmarus decanus in Trimonia, Wernerus Lisbernensis abbas, Arnoldus comes de Altena, Adolphus comitis Friderici filius de Altena, Ludolphus dapifer et frater eius Lubertus; ministeriales: Everhardus Hane et Lambertus frater eius, Theodericus de Mettere et Arnoldus frater eius, Lambertus de Hūvele, Adolphus Colve, Everbernus cognomento Magnus, Theodericus Tureo, Theodericus de Westwich. Testis etiam est Hartlivus sacerdos de Heringen.

Datum Trimonię per manus Godefridi capellarii, II non. Ianuarii, anno Dominicę incarnationis MCC, indictione III.

Wilmans, Westfälisches Urkundenbuch, n<sup>o</sup>. 1, S. 1,  
naar het oorspronkelijke, te Kappenberg.

Volgens onze telling is het jaar 1201.

Dat Otto hier alleen voorkomt als graaf van Zutfen, zal daaraan toe te schrijven zijn, dat hij als zoodanig Heile in leen had.

#### N<sup>o</sup>. 400.

Otto, graaf van Gelre en Zutfen, wordt door Hendrik, hertog van Brabant, gevangen genomen; Koning Otto IV en de aartsbisschop van Keulen bewerken te Maastricht eene verzoening, waarna een verdrag gesloten wordt. Op eene tweede zamenkomst daar gehouden, verlaat graaf Otto de partij van koning Philips en sluit met den hertog van Brabant nieuwe overeenkomsten, waarbij hij zich verbindt aan hem te betalen 2500 marken, onder verband van de landen tusschen Maas en Waal en de Tieler- en Bommelerweerden, terwijl twee zijner zonen en 25 kinderen van zijne mannen tot gijzelaars worden gesteld.

In het jaar 1202.

Anno MCII. Comes Sutfaniae Otto a duce [Brabantiae] dolose capitur, cum ad eum in pace descendisset, ducatu regis Ottonis et episcopi Coloniensis Adolphi.

Annales Egmundani, bij Pertz, Monum.,  
Script., xvi, p. 473.

Dux Brabantiae Henricus Hollandiam armata manu intravit, comitem Hollandiae cepit et eum Lowaniam deduxit. Cepit etiam comitem de Gelre, hominem suum, cum venisset ad eum infra Lowaniam. Uterque obsides dedit.

Reineri Annales, bij Pertz, a. w., p. 655.

Per idem tempus dux Brabantie Hollandiam cum exercitu intravit et T., comitem eiusdem provincie, cum pluribus nobilibus cepit. Nam idem comes, ut dicebatur consilio Gelrensis, fines eius igne vastaverat, unde idem comes de Gelre territus cum se ad ducem, ut se excusaret contulisset, ipse memor infidelitatis eius et versutie, et ipsum cepit et custodie mancipavit.

Annales Colonienses maximi, additamentum  
ex Cod. 2 en 2; bij Pertz, a. w., xvii, p. 341.  
Vgl. Annales Parchenses, bij Pertz, a. w.,  
xvi, p. 606.

Anno Domini mcccii. Otto rex et Adolfus, Coloniensis archiepiscopus, cum aliis quibusdam principibus, colloquium habuerunt apud Traiectum, que supra Mosam sita est, de republica et de diversis negotiis, que ipsos tunc temporis urgebant. Una tamen de precipuis causis huius colloquii fuit de inimiciis, que inter ducem Brabantie et comitem de Gelre pullulabant. Siquidem uterque manum validam contraxerat, nec sine detrimento pauperum vel oppidanorum conflictus eorum terminari poterat. Tandem pace inter utrosque reformata et rege cum episcopo Coloniā regresso, oritur inter eos gravissima dissentio.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz,  
a. w., xvii, p. 810.

In nomine sancte Trinitatis et individue Unitatis.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris huius scripti inspectoribus, quod, cum exorta esset discordia inter Henricum, ducem Lotharingie, et Otthonem, comitem Gelrie, suum hominem ligium, super eo, quod idem comes ei debitum sepius negaverit servitium, talis inter eos, pace reformata, intercessit pactio, quod, si dux memoratum comitem ad suum aliquando invitaverit servicium et comes ei non obtemperaverit, vel fideliter, sicut homo suus ligius, non servierit, ipse comes sua libera et spontanea voluntate elegit, quod omnia bona, que a domino duce in feudum tenet, in sua sint potestate, et ipse dux de bonis illis pro sua disponat voluntate.

Ut autem hec inviolata in posterum serventur, sigillorum suorum impressione firmaverunt.

Hec autem facta sunt presente rege Othone, Guidone apostolice sedis legato, Adulpho Coloniensi archiepiscopo.

Huius rei eciam sunt testes: Henricus dux de Lemburg, Gerardus comes de Are, Loduicus comes de Lon, Philippus comes Namurcensis,

Adolfus comes de Monte, Henricus de Wassenberch, Waleramus et Fredericus fratres eius, Walterus Bertoudus, Arnoldus de Gronburg, Raso de Gavera, Wyricus de Walecort, Klerenbaudus de Auteriva, Arnoldus de Wesemale castellanus de Bruxella, Rutgerus de Merehem, Giselbertus et Rutgerus frater eius de Breinht, Theodoriens de Millem, Renerus de Tygle, Sibertus Swevus, Godefridus Gruntwrat, Engelbertus de O advocatus, Theodericus de Eecht, Lambertus frater eius advocatus de Arlo, Arnoldus Senescaleus de Rotchelaer, Goswinus de Heverle.

Acta sunt hec apud Traiectum, anno incarnationis Dominice mcccii.

Register der Rekenkamer, 1, p. 29<sup>vo</sup>, in  
het Rijksarchief te Brussel.

Post prononciationem excellentissimi domini Ottonis, Dei et vestra gratia illustris Romanorum regis semper augusti, Coloniae in multorum praesentia solemniter celebratam, quia et nobis et domino Coloniensi episcopo ac aliis, qui de consilio nostro erant, videbatur quasi modicum profecisse, nisi matrimonii negotium, quod inter eundem regem illustrem et nobilem virum ducem Brabantiae olim initiatum fuerat, per vigilantiam nostram et sollicitudinem compleretur, accessimus et dominus Praenestinus et ego apud Traiectum superius ad Mosam, ubi multorum principum, comitum, baronum et nobilium ex remotis partibus multitudine congregata, pronuntiatio illa, quae Coloniae solemniter facta fuerat, ibidem fuit fere solemniter repetita et dispensatione praemissa, per iuramenta nobilium ex utraque parte matrimonii fuit negotium confirmatum. Ex tunc autem praefatus dux, qui cum domino rege non aequis passibus ambulabat, ita per gratiam Dei et merita vestra fuit in dilectione ipsius et benevolentia solidatus, ut in filium suum regem ipsum assumpserit et negotium imperii apud quolibet esse proprium sub voce praeconia protestetur dicens: Quicumque me diligit et meus esse voluerit consanguineus et amicus, in huius mihi totis viribus articulo necessitatis assistat. Ita quod ex his de Loz et Gelren comites, viri nobilissimi et potentes, qui nobis se manifestissime opponebant et partem Suevi [koning Philips] totis viribus tuebantur, incontinenti ubi eis innotuit de hoc verbo, ad mandatum domini regis et beneplacitum sunt reversi.

Brief van magister Philips, notaris, aan paus  
Innocentius iii, in Baluzius, Epistolarum  
Innocentii iii libri undecim, 1, p. 710.

Hec est compositio inter ducem et comitem Gelrie.

Compositio, que ordinata fuit nuper apud Traiectum inter episcopum Traiectensem et comitem Gelrie, sicut ibi fuit ordinata, observabitur.

Inter ipsum comitem et puerum de Clive est conductum, quod bona, que pater iam dicti pueri possedit in suo decessu, iuxta veritatem, eadem idem puer in pace possidebit et, si puer ultra hoc aliquam questionem moverit comiti, de ipsis comes Gelrie respondebit, ubicunque de iure tenebatur et finalis iuris copiam exhibebit.

Preterea de excessibus, quos comes fecit adversus ducem, pro quibus bona sua ei fecit abiudicari, manebunt bona in eodem statu, in quo fuerunt proxima dominica post Exaltationem sancte crucis, ea conditione interposita, quod dominus dux pro voluntate sua comitem diem prefiget, ad quem comes veniet satisfactorius duci, secundum amorem vel gratiam ipsius ducis. Et, si comes ista non observaverit, feudum omne, quod a domino rege tenet, in manu regis ostagium posuit, ita quod feudo illo privabitur, et dux idem feudum a domino rege tenebit; eadem conditione adiecta per omnia de feudis, que a domino tenet Coloniensi archiepiscopo.

Et ut hec cercius serventur duci imposterum, filium suum et filiam suam ei dedit obsides.

Ad hec de Los et de Monte comites iuraverunt, quod comiti non assisterent, quousque duci satisfacit, si pretaxata non observaverit. Item homines comitis et cognati, sicut duci iuraverunt, prout carta testatur antiqua, stabunt in eodem iuramento.

Quod si forte aliquid duci acciderit humanitus, ea, que predicta sunt duci observanda, servabuntur uxori et heredibus ducis a comite comite Gelrie et suis heredibus.

De Dynter, Chronicon, p. 137.

Otto, comes Gelrie, dabit domino duci duo millia marcharum et quingentas, his terminis: dominica Invocavit me dabit mille et quingentas seu mille tantum et hanc pecuniam solvet apud Lovanium secundum estimationem marcharum Lovaniensis monete et sicut in Lovanio moneta solvi solet. Si autem, sicut prelibatum est, predicto termino mille et quingentas persolverit marcas, in proximo festo s. Remigii sequente, alias mille marchas domino duci persolverit apud Lovanium, iuxta pondus Coloniensis monete, sicut tunc temporis apud Coloniensem monete fiet perfecta solutio.

Vice versa si dominica Invocavit me tantum mille marchas solverit, sicut pretaxatum est, in proximo festo s. Remigii sequente mille et

quingentas memorato modo apud Lovanium persolveret, pondere Coloniensis monete, sicut collaudata perfecta fieri tunc poterit solucio.

Pro prenominata vero pecunia habebit dux duos filios ipsius comitis, xxv pueros hominum suorum.

Si autem predicto termino, sicut condictum est, pecuniam prefatam non persolverit, tunc comes duci obligat terram, que sita est inter Mosam et Walam et Tielrewerdt, pro mille marchis in recto pignore, omni eo iure, quo comes tenebat, et Boemelrewerde, pro mille et quingentis marchis in recto pignore, similiter omni eo iure, quo ipse comes tenebat, et terra ista redimenda erit de anno in annum, ab ingressu pignoris. Quod si dominica Invocavit me quingente marche et mille persolutae fuerint, pueri hominum comitis omnes liberi erunt, filiis ipsius comitis in ostagium remanentibus, et terra inter Mosam et Walam et Tielrewerdt in pignus remanente pro mille marcis. Si vero tantum mille persolute fuerunt, iterum pueri hominum liberi erunt, filiis comitis iterum in ostagio remanentibus, et Boemelrewerde in pignus duci permanenti pro mille et quingentis marcis. Preterea, si comes usque Invocavit me totam summam penunie persolverit, tam filii eius, quam pueri hominum suorum, quam terra ipsius, a duce liberi erunt. Item adiectum est, quod si predictorum puerorum aliquis moriatur vel infirmetur vel effugiat, ille sine dolo restituetur vel eque valens.

Sciant omnes, quod comes hanc pecuniam ideo duci solvit, quia apud Traiectum, in presencia regis et cardinalis et archiepiscopi Coloniensis et episcopi Leodiensis et ducis Lymburgensis et comitis de Hofstad et multorum nobilium, ei promiserat, quod de cetero ei fideliter sicut homo ligius serviret et quod promisit, quod comes Hollandie nullum dampnum ei inferret; verum, quia hoc non bene observavit, et comes Hollandie et homines ipsius comitis Gelriae oppidum ducis Thiele et Orten combusserunt et homines suos captivaverunt et cum dux ad hoc vindicandum proficisceretur et, ammonitus a duce ut ei assisteret, eum deseruit et homines suos in auxilium comiti Hollandiae transmisit et dux propter hos excessus ei terram, quam ab eo in feudum tenebat, abiudicari fecit sententia hominum suorum et intuitu huius pecunia, omnes excessus ei remittens, terram abiudicatam ei restituit.

De Dynter, a. w. p. 138.

Ik kan niet verzekeren, dat de ongedagteekende stukken door mij op hunne ware plaats zijn gesteld, doch ik geloof hun eene waarschijnlijke te hebben aangewezen.

In de geschiedenis van het tijdvak, waarin de vermelde feiten vallen, heerscht verwarring. Tot de mijne maak ik de woorden van Abel, König Philipp der Hohenstaufe, S. 353: Ueber die niederländischen Fehden und Verhandlungen verbreiten die Quellen kein rechtes Licht, bei den wichtigsten Urkunden zumal vermisst man das Datum



Vgl. Bondam, Charterboek, nos 83, 84 en 85, bl. 276, 278 en 279; Ernst, Histoire du Limburg, III, p. 267.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, S. xxxii, zegt, dat de Geldersche graaf Otto zich in de verwickelingen met Brabant meester had gemaakt van het erfdeel van den jongen graaf van Kleef, Theodorich v, hier boven bl. 207, puer de Clive genoemd.

---

N<sup>o</sup>. 401.

Verdrag tusschen Otto, graaf van Gelre, en Hendrik, hertog van Brabant, waarbij de eerste aan den anderen afstaat zijne rechten op Meegen, de Eeninge der Kempen en zijn allodium te Oosterbeek, dat hij in leen ontvangt; eenige tolaangelegenheden worden geregeld en waarbij de graaf den hertog met 25 edelen van zijn land en 25 ministerialen als homo ligius trouw zweert.

In het jaar 1203.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Felix est litterarum custodia, que emergentibus occurrit calumpniis et rerum seriem immutabili loquitur veritate. Inde est quod negotii presentis veritatem scripto presenti commendare curavimus.

Notum sit itaque, tam futuris quam presentibus, quod talis intervenit forma compositionis inter Henricum, ducem Lotharingie, et Otthonem, comitem Gelrie, quod comes renunciavit omni iuri, quod se dicebat habere in Megen; item omne ius quod idem comes se asserebat habere in unitate tocius Cempinne, que unitas vulgariter Eninge dicitur, ipsum ducem habere permisit.

Insuper comes Ottho iuravit, quod omnes mercatores terre ducis infra dominium comitis ab omni teloneo in Reno sine dolo liberi erunt, ita tamen, quod ipsi mercatores ducis nulla bona mercatorum alterius terre deducant, super quo, si accusati fuerint, unusquisque magistrorum iurabit bona illa pertinere tantum ad ipsos et ad mercatores terre ducis et non ad alios, et sic libere recedent. Propter interpositas autem conditiones thelonearius comitis nullam debet adversus mercatores ducis querere malignandi occasionem. Additum est etiam, quod burgenses de silva iuxta Orten per totam terram comitis Gelrie ab omni theloneo liberi erunt. Burgenses quoque de Tiele gaudebunt eodem iure et stabunt apud Sulechem et Driele, quo tempore Frederici imperatoris et Henrici comitis Gelrie gaudebant et stabant.

Preterea comes Gelrie universum allodium, quod habebat in Osterbeke cum monte, in manus ducis contulit et ab eo in feodum recepit.

Si autem officiales ducis et comitis super aliquo facto dissenserint

et ad invicem concordare non poterint, totum negocium examini ducis et comitis reservabitur.

Item conductum est, quod de hominibus ducis, qui Boemele intraverunt vel intrabunt, precarias et tria in anno advocati placita et servicium debitum habebit dux, nisi hoc comiti pro suo servitio dux remittat.

In hac etiam compositione Henricus dux Otthoni comiti bona fide promisit, quod in omni guerra, quam causa sui assumet, contra omnem hominem ei fideliter assistet, nec umquam treugas aut compositionem sive pacem absque ipsius comitis consilio et consensu faciet. Quod si comes propria voluntate alicui guerram moverit, vel aliquis eum impelierit, quamdiu comes iudicio et consilio ducis stare voluerit, dux eum omnibus modis iuvabit. Insuper comes Gelrie iuravit, quod duci et heredibus suis de cetero tanquam suus homo ligius fideliter serviet, et omnia superscripta bona fide et absque omni dolo firmiter observabit, et si aliquod illorum infregerit, vel fideliter duci non servierit, et premonitus a duce aut nuncio suo infra sex ebdomadas ad servicium ipsius ducis non redierit, tunc omnia feoda, que comes a duce tenet, ipse comes demeruerit et in manu ducis libere remanebunt. Feoda quoque, que a rege tenet, comes similiter demeruerit, et dux ea de manu regis in feudum recipiet.

Idem de feodis, que comes tenet ab archiepiscopo Coloniensi.

Et hec facta sunt et ordinata ad petitionem et sub testimonio tocius ecclesie Coloniensis et priorum.

Premissis omnibus adiectum est, quod si comes ea, que prelibata sunt, non servaverit et duci non fideliter servierit, xxv nobiles terre ipsius comitis et xxv ministeriales proprio corpore et omnibus bonis, que a comite tenent, bona fide duci contra comitem servient, donec ad hoc induxerint comitem, quod duci ad voluntatem ipsius serviat et omnia supradicta observet.

Sciatur etiam, quod homines comitis Gelrie inferius Golam [Coloniam?] manentes liberi erunt ab exactione telonei apud Tiele.

Sane, que superius dicta sunt servanda inter ducem et comitem, servabuntur heredibus ducis ab heredibus comitis et ab heredibus hominum subscriptorum, qui supra dicta iuraverunt sub pena bonorum, que a comite tenent.

Ut autem hec rata teneantur in posterum, sigillorum appositione, tam ducis quam comitis, sunt roborata, testibus et iuratis hiis nobilibus: Henricus comes de Kessele, Rogerus de Merhem, Ingelbertus de Horne, Theodericus de Milne, Theodericus advocatus de Hechte, Giselbertus de Bremmet, Theodericus frater suus, Bartholomeus de

Bremmet, Willelmus Molsten, Theodericus de Altena, Alardus de Driele, Henricus de Vorste, Ricoldus de Hogte, Walterus Spiering, Theodericus de Wighem, Gerardus de Wishem, Lambertus de Monte, Henricus de Bruelo, Willelmus de Brunghorst, Egbertus de Malsen, Walterus de Capele, Warmus de Herde, Arnoldus de Ortten, Theodericus de Alfen, Hermannus de Oie. Nomina ministerialium iuratorum: Ingelbertus de O, Franco de Houthem, Hermannus de Kaminata, Theodericus de Ruremonde, Theodericus de Elint, Reinerus de Tieghele, Gerardus de Strale, Godefridus Gonturat, Reynerus frater suus, Henricus de Hertenveld, Theodericus Grutere, Henricus de Bouingen, Willelmus Robbe, Sibertus Suevus, Stephanus de Plesie, Theodericus Bastart, Theodericus Vollinē, Reynerus castellanus de Sulenkem, Nicolaus de Vurna, Cristianus et Rudolfus de Arnem, Theodericus frater comitis, Arnoldus de Arnhem, Helmich Felix.

Acta sunt hec feliciter apud Lovanium, anno Dominice incarnationis MCC tercio.

Register der Rekenkamer n<sup>o</sup>. 1, p. 30, in  
het Rijksarchief te Brussel.

Van Spaen maakte van deze oorkonde een afschrift, naar een afschrift genomen door G. G. Van Os, notaris te 's Hertogenbosch, van een vidimus van den proost van s. Iacobus frigidī montis, en den deken van s. Gudule te Brussel. Daarin staat Colonian en niet Golam. Het afschrift is bij den Hoogen Raad van Adel, n<sup>o</sup>. 215 der archieven van Van Spaen.

Dit verdrag is eene bevestiging of herhaling van dat onder n<sup>o</sup>. 387, bl. 384, medegedeeld.

---

N<sup>o</sup>. 402.

Engelbert, proost van den Dom te Keulen, van Deventer en van Zutfen, geeft aan het kapittel te Zutfen goederen te Drempt.

Tusschen de jaren 1203 en 1216.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Amen.

Ego Engelbertus, Dei gratia maior in Colonia nec non Daven-  
trienſis // ac Sutphaniensis prepositus, notum facio universis Christi  
fidelibus, quod quedam bona in Thriemethe sita, ecclesię nostre in  
Sutphene pertinentia, // ab omni impeticione legitimi heredis libera,  
ad nos libere devoluta sunt. Accedentes igitur quedam persone laice //  
ad nos, ut eis bona eadem ad pactum debitum concederemus, per  
amicos et familiares nobis frequenter institerent. Nos vero anime  
nostre consulentes et ecclesię nostre utilitatem provida dispensatione  
providentes, ne eiam in posterum bona ecclesię per manum laicam et

personam militarem abalienarentur, ut fieri solet, vel distraherentur, capitulo nostro Sutphaniensi predicta bona in Thrimethe cum suis attinentiis contulimus, hac videlicet conditione, ut debitum pactum cum attinente obsequio capitulum annuatim persolvat.

Et ne aliquis successorum nostrorum factum tam pium irritare presumat, presentem cedulam ad facti nostri corroborationem conscribi fecimus, conscriptam sigilli nostri impressione communiri.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen, met weinig geschonden zegel in wit was aan een doorgestoken strook.

Het schrift der ongedagteekende oorkonde is uit het begin der xiii<sup>e</sup> eeuw, en Engelbert kan geen andere zijn dan de Keulsche aartsbisschop van dien naam, die in 1203 domproost geworden, den 29<sup>sten</sup> Februari 1216 tot die waardigheid werd verheven. In eene oorkonde van het jaar 1204 wordt hij genoemd maior in Colonia prepositus; eene andere van het jaar 1209 en eene ongedagteekende beginnen: E. Dei gratia in Colonia prepositus. Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 13 en 28, S. 9 en 16; Ficker, Engelbert der Heilige, Erzbischof von Köln und Reichsverweser, no. 7, S. 313. Deze merkt op, S. 277, dat de meeste oorkonden van Engelbert dagtekening en opgave van plaats, waar zij verleden zijn, missen. Hij wist niet, althans hij vermeldt het niet, dat Engelbert ook proost van Deventer en Zutfen is geweest. Deze was een kleinzoon van graaf Hendrik van Gelre, wiens moeder Ermingard van Zutfen was. Zie hij no. 352, bl. 350. Daardoor kan hij de goederen en, als man van aanzien en invloed, de waardigheid van proost te Zutfen en Deventer verkregen hebben.

---

No. 403.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Adolf, aartsbisschop van Keulen, het verbond met Hendrik, hertog van Brabant, vernieuwt.

In het jaar 1203.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Adolphus, divina favente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, cunctis Christi fidelibus in perpetuum.

Ne rei geste finem consumet oblivio, litterarum solet indicatiis eternari. Etc.

Huius rei testes sunt: Engelbertus maior prepositus, Udo maior decanus, Gerardus Xantensis prepositus, Bruno Bunnensis prepositus, Teodericus prepositus sancti Gereonis, Theodericus prepositus sanctorum Apostolorum, Teodericus prepositus sancti Kuniberti, Teodericus prepositus sancti Andree, magister Oliverus, Bruno de Bensheim, Godefridus notarius, Otto comes Guelrensis, Puer de Clivo, Wilhelmus comes Iuliacensis, Henricus comes de Seyne, Gerardus comes de Are, Lotharius comes de Hoenstade, Henricus comes de Kessele, Adolphus

comes de Monte, Arnoldus comes de Altena, Adolphus comes de Marcke, Godefridus comes de Arnesberch, Henricus comes de Tyelenburch, Otto de Wickerode, Everhardus de Hingebach, Everhardus de Arberch, Rotgerus de Merheim, Giselbertus de Bremet, Rogerus Scademûle, Hermannus advocatus Coloniensis, Henricus de Volmusteyne, Henricus de Alpheim, Hermannus de Alvetre, Otto Camerarius, Henricus de Bemsheim, Henricus de Wichterich, Teodericus de Eremporte, Iohannes, Mathias et alii quamplures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCIII.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 9, S. 6,  
naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 404.

Otto, graaf van Gelre, neemt met toestemming van zijne vrouw Richardis, en zijne erven Gerard, Otto en Lodewijk het klooster Bedbur in zijn geleide en geeft het tolvrijheid te Arnhem en Zutfen.

In het jaar 1203.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Otto, Dei gratia Gelre comes, tam futuris quam modernis in perpetuum.

Quanto quis maiori // perfruitur potestate, tanto debet esse intentior circa ea, que Dei sunt et que ad profectum expediunt animarum.

Ego siquidem ex propria deliberatione, accedente quoque // consensu Richardis uxoris meę et heredum meorum, scilicet Gerardi, Ottonis sive Lodevici, saluti mei prospiciens et predecessorum meorum memoriam revocans, con//cessi ecclesie beate Marie in Bedebur, ut, ad quecunque negocia fratres eiusdem ecclesie irent pro utilitate predicti cenobii, in conductu nostro securi per totam terram nostram et aquam, et per thelonia nostra Arnhem atque Sutvenne, ab omni exactione thelonica plena eis indulta libertate, transirent. Hoc autem caveri volui, ne bona aliquorum preter ea, que sua sunt, in navi eorum portent vel reportent, unde, si a theloneario meo culpati fuerint, eligerunt iam dicti fratres certa fide asserere bona in navi contenta, tantum ad ipsos pertinere et sic sine omni difficultate dimittantur.

Ut autem hec permissio nostra rata servetur in futurum, huic pagine fecimus eam conscribi et munimine sigilli nostri et uxoris nostre roborari.

Acta sunt hec anno incarnationis Dominice MCCIII, coram his testi-

bus, quorum nomina subscripta sunt: Lam[ertus] de Monte, Theodericus frater comitis, Godefridus dapifer, Helmiwik Felix, Theodericus Bastart, Sibertus Suevus, Stephanus de Plesie, Arnoldus dapifer, Conradus pincerna [sic].

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met twee vrij goed bewaard geblevene zegels met tegenzegel in rood was, aan doorgestoken perkamenten strooken.

Hendrik, een zoon van graaf Otto, komt voor in n<sup>o</sup>. 388, bl. 386. Gerard, Otto's opvolger, in n<sup>o</sup>. 398, bl. 402. Bovenstaande oorkonde leert twee anderen kennen.

Otto ging ter kruisvaart. Caesarius Heisterbacensis, *Dialogus miraculorum*, II, p. 80 en 334, werd proost van Xanten, blijkens eene oorkonde van zijn broeder Gerard van het jaar 1207, en in het jaar 1213 bisschop van Utrecht. Hij overleed in het jaar 1215 of 1216 op reis naar Rome, te Vorthusen prope Altenis. Tusschen Hoog-Elten en 's Heerenberg ligt de buurschap Voorthuizen. Dit beantwoordt de vraag over de plaats van overlijden. Vgl. Moll, *Kerkgeschiedenis*, II, St. 1, blz. 107, noot 3.

Lodewijk werd domproost van Utrecht. In eene oorkonde toch van 2 Februari 1240, bij Lindeborn, *Historia episcopatus Daventriensis*, p. 73, geeft Otto, gekozen bisschop van Utrecht, aan het kapittel te Deventer eene tiende, onder voorwaarde, dat daaruit in anniversario nostro xx solidi et in anniversario avunculi et praedecessoris nostri, domini Ottonis, electi Traiectensis, v solidi et fratris sui domini Lodewici, maioris praepositi Traiectensis, v solidi canonicis praesentibus exhibeantur. Deze bisschop Otto, gekozen in het jaar 1234, overleden den 11<sup>den</sup> April 1249, was de zoon van Willem, graaf van Friesland en, na den dood van zijn broeder Florens, van Holland, en van Aleidis, dochter van Otto, graaf van Gelre, wiens zonen, Otto en Lodewijk, dus zijne ooms waren.

Wanneer Lodewijk domproost werd, is onzeker; zeer waarschijnlijk niet voor het jaar 1207, daar zijn broeder Gerard in de boven bedoelde oorkonde van dat jaar hem die waardigheid wel zou hebben toegekend, als hij haar bekleedde. Met het kapittel ging hij eene overeenkomst aan, waarbij hij de decaniën, waaronder die van de Betuwe, van alle uitkeering ontheft. Drakenborch, *Aanhangsel op de kerkelijke oudheden*, n<sup>o</sup>. 10, bl. 301.

#### No. 405.

Het klooster te Bedbur verkrijgt door schenking en koop van Florens van Winsen, Otto en Alard van Buren hunne aandeelen in de kerk te Kekerdom en in een daarbij gelegen eiland.

In het jaar 1203.

Gerardus, Dei dono vocatus praepositus Xantensis, etc.

Notum facio scribere volentibus, quod Florentius de Winsen cum coiuge sua duas filias suas in claustrum Bedebur Deo et beatae Mariae obtulerunt, cum quibus partem, quam habebat in ecclesia Kekerthem

et in insula adiacenti, et ad sustentationem predictarum puellarum ecclesiae contulerunt.

Postea alii duo nobiles, fratres Otto et Alardus de Buren, quod erat eorum in predicta insula fratribus de Bedebur vendiderunt et partem quam habebant in ecclesia de Kekerthem gratis et sine precio, pro suis et propinquorum suorum excessibus Bedeburensi ecclesiae offerendo, tradiderunt.

Getuigen zijn: dominus Hermannus Cappenbergensis abbas, Fridericus decanus, Theodoricus Seblicensis decanus, magister Henricus, Hermannus de Bercke, . . . ico de Hubach, magister Iohannes, Godofredus cantor, Godofredus de Alphem, Gerhardus Albus, Bernhardus Grentfrat, Henricus, Gerardus de Lo, Martinus et caeteri canonici Xantensis ecclesiae.

Anno MCCIII.

Uit de archieven van Van Spaen, portefeuille n<sup>o</sup>. 73,  
bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

No. 406.

Overeenkomst tusschen den graaf van Gelre en den hertog van Brabant over een huwelijk van des eersten zoon met des tweeden dochter.

In het jaar 1203, na 1 October.

Hec est compositio inter ducem Lotharingie et comitem Gelrie.

Dux dabit filiam suam filio comitis Gelrie, si vero nunc promissa moriatur, proximam ille habebit; idem de filio comitis dictum est.

Debitum paratum quindecies centum marcas, quod comes debet duci, et pignus, quod dux tenet a comite, dabit filie sue in dotem et filio comitis.

Cum filia ducis ad annos nobiles venerit, dux dabit cum ea filio comitis, preter predicta, tantum, quantum homines ducis et comitis consulent, quod cum honore poterit dare.

Dux reddet comiti pueros suos, sub tali conditione, quod comes dabit duci, ad securitatem et obsidium, archiepiscopum Coloniensem et ecclesiam Coloniensem, episcopum Traiectensem et ecclesiam Traiectensem, de Los et de Monte comites, et preterea homines suos omnes, quos dare poterit, quos dux exegerit et omnes securitates, quas poterit, quod duci fideliter serviet, ut homo ligius, de cetero iuxta cartas antiquas, et preterea nova inde, si opus est, fiet carta.

Hiis ita peractis, dux reddet comiti pueros suos. Dux deponet omnigenam unitatem de Kempinia; similiter et comes et unus quis-

que suum ius habebit de domo Hese; tam dux, quam comes, suum ius habebit.

Register van de Rekenkamer n<sup>o</sup>. 1, p. 38<sup>vo</sup>,  
in het Rijksarchief te Brussel.

Bij de oorkonde, opgenomen in n<sup>o</sup>. 400, bl. 407, had graaf Otto zich verbonden aan den hertog van Brabant te betalen 2500 marken in twee termijnen; aannemende dat dit geschiedde in het midden van 't jaar 1202, dan verviel de eerste termijn den 3<sup>den</sup> Maart — Invocavit — en de andere op s. Remigius, den 1<sup>sten</sup> October 1203. Daar de eerste voldaan en het overige van de schuld opvorderbaar was — debitum paratum — is de tijd, waarop de bovenstaande overeenkomst is aangegaan, bij benadering te bepalen.

---

N<sup>o</sup>. 407.

Otto, graaf van Gelre, onder hen door wier bemiddeling en waarborg een verdrag gesloten is tusschen den bisschop van Utrecht en Lodewijk, graaf van Loon.

In het jaar 1204.

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, Henricus dux de Lemburg, Philippus marchio Namurensis, Otto comes Gelrensis, Adolphus comes de Monte, Wilhelmus patruus comitis Flandrie omnibus Christi fidelibus in perpetuum.

Cum ad preces et instantiam, etc.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mccciii, presentibus his: Gerardo comite de Are, Theoderico filio eius, Walravino, Gerardo Xanctensi, Lodowiko maioris ecclesie in Traiecto, Reinboldo s. Marie prepositis, Arnolfo et Henrico de Riswic, Woltero Spirine, Iohanne Persin, Isbrando et Gerardo fratribus de Harlhem, Stephano de Sulen et aliis quampluribus.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland, 1,  
n<sup>o</sup>. 197, bl. 119, naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 408.

Otto, graaf van Gelre, getuige in het verdrag tusschen den bisschop van Utrecht en Willem, graaf van Holland.

In het jaar 1204.

Ego Wilhelmus, Dei gratia comes Hollandiae.

Universis Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris in perpetuum.

Cum omne feudum, quod frater meus, etc.

Acta sunt haec ab incarnatione Domini anno mccciv, pontificatus domini Theodorici episcopi anno vii, apud Traiectum coram altari beati Martini, etc.



Testibus his: Henrico duce Lotharingiae, Ottone comite Gelriae, Gerardo comite de Are, Henrico de Evere, Gerardo Xanctensi, Waltero sancti Petri, Bernardo Tielensi, Bertoldo Aldersalensi, Remboldo sanctae Mariae, praepositis, Elia sancti Petri, Gysberto sancti Iohannis, Henrico sanctae, Mariae, decanis, et universis, tam ministerialibus quam civibus Traiectensibus, et aliis quampluribus; compositionem hanc, sicut prescripta est, inviolabiliter observare.

Heda, Historia, p. 188.

N<sup>o</sup>. 409.

Otto, graaf van Gelre en Zutfen, verklaart dat Milo van Stralen met toestemming zijner vrouw Lutmode, zijne ministerialin, aan het klooster Camp gegeven heeft land, liggende bij de grangia der abdij te Honnepel.

In het jaar 1204.

† In nomine sanctę et individue Trinitatis. Amen.

Otto, Dei gratia Gelrię atque Sutphanię comes, omnibus Christi fidelibus.

Constet, tam presenti quam postventurę generationi, quod miles quidam, nomine Milo de Strale, uxore sua Lutmode, ministeriale nostra, suisque filiabus necnon et maritis earum consentientibus, agros quosdam Campensium fratrum, grangię in Honepole adiacentes, de quibus iidem fratres vi maldros ordeï et unum tritici predicto Miloni annuatim solvebant, cum usibus inde profuturis ecclesię Dei genitricis Marię in Campo et fratribus ibidem commorantibus pie et devote contulit, ob remedium suę suorumque parentum animarum.

Quod quia vidimus et coram nobis sollempniter actum est, presenti pagina et imaginis nostre impressione roborare dignum duximus, ut nunquam aliquis de heredibus iam dicti Milonis factum hoc infringere aut irritare presumat.

Huic donationi, cum fieret, interfuerunt, quorum nomina subscripta sunt: Christianus sacerdos, Henricus subdiaconus, Ludolfus de Strale, Gerardus de Kaltbeke, Godefridus advocatus et alii quamplures.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 14, S. 9,  
naar het oorspronkelijke.

Volgens eene oude aanteekening der abdij is de gift in het jaar 1204 geschied.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln, IV, bl. 87, n<sup>o</sup>. 264, die deze oorkonde uitgaven, en Van Spaen, die haar naar het oorspronkelijke afschreef, Portefeuille n<sup>o</sup>. 215 zijner archieven, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage, geven eene lange inleiding, die Lacomblet heeft weggelaten.

Otto, graaf van Gelre, draagt aan den bisschop van Luik op en ontvangt van hem weder in leen al zijn allodium tusschen Roermond en Maastricht, te Dirte, Glene en Wer.

In het jaar 1204.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Otto, comes de Guelre, omnibus in perpetuum.

Universitati vestre notum fieri volumus, quod nos universum allodium, tam in hominibus quam pratis, quam sylvis, quam aquis, quam terris cultis et incultis, que possidebamus a Traiecto usque Ruremonde, Dirte, Glene, Wer et quicquid eis adiacet, ecclesie Leodiensi, videlicet sancte Marie sanctique Lamberti, et episcopo Leodiensi Hugoni suisque successoribus, pro salute anime nostre et predecessorum nostrorum, sub testimonio et per manus liberorum hominum, cum ramo et cespite super altare reportantes, in elemosinam contulimus et ab eodem episcopo Leodiensi prefatum allodium in feudum recepimus et homagium et fidelitatem ei fecimus, quod etiam universi heredes nostri, sive filius sive filia, successive in posterum prefato modo ab episcopo Leodiensi, sese fidelitate et homagio ei astringentes, sunt recepturi. Et nos et homines nostri ecclesie Leodiensi et episcopo iuravimus, quod eos, intuitione iuris sui, toto posse nostro, fideliter iuvabimus et modis omnibus semper assistemus.

Similiter dominus episcopus Leodiensis et ecclesia, videlicet dominus Iohannes prepositus, dominus Henricus de Iacia, dominus Radulphus, dominus Henricus, archidiaconi, Henricus cantor, Lambertus sancti Petri, Radulphus sancti Pauli, Henricus Fossensis, prepositi, cum hominibus suis duce de Lemborch, de Namur et de Lois, comitibus, et Wilhelmo, Hanonie tunc temporis procuratore, et cum aliis hominibus suis liberis: Theoderico de Walecuer, Clarenbaldo de Alta Ripa, Anselmo de Falemange et cum aliis multis hominibus de familia ecclesie Leodiensis, nos assecuraverunt et nobis iuraverunt, quod nos in iure nostro iuvabunt et nobis semper assistent.

Actum anno incarnati Verbi MCC quarto.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het kapittel van S. Lambert, te Luik.

Van de 6 zegels aan rood en geel zijden koorden is dat van den graaf van Henegouwen nog gedeeltelijk over.

Abel, König Philipps der Hohenstaufe, S. 151, brengt deze opdracht verkeerd in verband met de verwickelingen in het jaar 1202 tusschen graaf Otto en den hertog van Brabant, als zou de eerste daardoor steun tegen den anderen gezocht hebben bij den bisschop van Luik.

## No. 411.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Philips aan den aartsbisschop van Keulen bevestigt het hertogdom Westphalen en Engern.

12 Januari 1204. 1205 cf. 413

C. In nomine sanctę et individę Trinitatis.

Philippus secundus divina favente clementia Romanorum rex et augustus.

Regie maiestatis nostre sublimitas devota fidelium suorum servicia consuevit animo diligenti respicere, etc.

Huius rei testes sunt: Diethelmus Constantiensis episcopus, Conradus Spirensis episcopus, Henricus Wireburgensis electus, Henricus Argentinensis electus, Gerhardus prepositus Xanctensis, Thiedericus Werdensis prepositus, Ludewicus dux Bawarie, Henricus dux Lovanie, Bernardus dux Saxonie, Simon dux Lotharingie, Henricus palatinus comes Reni, Otto comes Gelrensis, Willelmus comes Iuliacensis, Lotharius comes de Hostaden, Gevehardus buregravius de Magdeburc, Henricus marscaleus de Kallendin et alii quamplures.

Ego Conradus Ratisponensis electus, regalis aule cancellarius, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mccciii, indictione viii, regnante domino Philippo secundo Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius sexto.

Datum per manus Sifridi, regalis aule prothonotarii, in civitate Aquisgrani ii idus Ianuarii.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 11, S. 7,  
naar het oorspronkelijke.

Op denzelfden dag gaf koning Philips het allodium Saalveld aan den aartsbisschop terug, waarbij graaf Otto ook getuige was. Bondam, Charterboek, no. 95, bl. 197.

## No. 412.

Koning Philips beleent Hendrik, hertog van Brabant, met onderscheidene goederen, belooft hem schadevergoeding voor het terugbrengen van Nijmegen onder de rijksgoederen en bevestigt de tolvrijheden van 's Hertogenbosch en Tiel. Otto, graaf van Gelre, is onder de getuigen.

12 November 1204.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Philippus secundus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.

Regalis excellentie provida circumspectio nobilium pariter et magnorum principum devotionem et preclara consuevit pensare obsequia,

et circa eorum augmentum et honoris promotionem cum omni affectu curam et operam adhibere diligentem.

Quapropter ad universorum imperii fidelium, presentis etatis et posteritatis, successive notitiam deduximus preferendum, quod accedens ad presentiam nostram sub frequentia principum apud Confluentiam dilectus consanguineus et princeps noster Henricus, illustris dux Lotharingie et Brabantie, hominibus nobis fecit et de manu nostro recepit feudum, quod ab imperio tenere debet. Nosque, ut ipse pro exaltatione nostra operosa voluntate desudet et ubique locorum imperiale commodum procuret. concedimus sibi et legitimis heredibus suis, in rectum feudum abbatiam Nivellensem cum omni honore et eo iure, etc.

Noviomagum quoque, quod ad nostrum et imperii domanium reduximus, ipsi duci in aliis recompensabimus bonis.

Item concessimus ei, etc.

Hominibus quoque civitatum ducis, videlicet Orten, que nunc Silva dicitur, et Tieli per totum imperium in exactione thelonei eandem habebunt iustitiam et libertatem, quam habuerunt temporibus patris et fratris nostri, et proinde homines nostri in terra ducis ab onere exactionis liberi erunt.

Insuper regia auctoritate nostra statuimus et memorato duci concedimus ut filie sue, si masculum heredem non habuerit, in feudis suis libere ei tanquam masculi succedant. Demum regia benignitate, etc.

Ut autem hec omnia rata semper permaneant et inconvulsa perseverent, hanc paginam, exinde conscriptam, sigilli nostri caractere iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: Adolphus Coloniensis archiepiscopus, Diethalmus Constantiensis episcopus, Conrardus Spirensis episcopus, comes Wilhelmus Iuliacensis, comes Arnoldus de Altenach, comes Otto de Gelre, comes Sibertus de Werda, comes Henricus de Gemino Ponte (Zweybrugge), comes Ernestus de Vellecki, Otto de Buren, Cono de Muilnburc, Henricus dapifer de Walpure, Henricus de Smalinecki, Wernerus et Philippus fratres de Bonlandia, Conrardus puer de Bopardia, Reinhardus de Littra et alii quamplures.

Insuper concessimus, etc.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCIV, datum Confluentie, secundo idus Novembris, indictione VIII.

Register van de Rekenkamer, no. 1, p. 1<sup>vo</sup>,  
te Brussel.

In een ongedagteekend verdrag tusschen koning Philips en den hertog van Brabant, in hetzelfde register, p. 1, vóór de bovenstaande beleening te stellen, komt voor:

Item oppidum Noviomagum, quod dux possidet, per alia bona, loco ei competenti, compensabimus, consilio archiepiscopi Coloniensis et episcopi Spirensis et comitis de Dusburg et comitis Iuliacensis, quibus bonis ei collatis, ipse predictum opidum nobis restituet.

---

No. 413.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Adolf, aartsbisschop van Keulen, de oude rechten der monetarii of husgenoiz bevestigt.

16 Januari 1205.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Adolphus, divina clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in perpetuum.

Ad oblivionis confusionem evitandam annotatione pagine presentis, tam presentibus quam futuris, notificamus, quod nos, considerantes fidelium nostrorum monetariorum in Colonia, qui husgenoiz in vulgari dicuntur, etc.

Huius rei testes sunt: Egilbertus maior prepositus in Colonia, Theodericus prepositus sancti Gereonis, Theodericus prepositus s. Andree, Theodericus prepositus s. Kuniberti, Godefridus cappellarius, Gerardus prepositus Xanctensis, Otto comes Gelrie, Wilhelmus comes Iuliacensis, Arnoldus comes de Altena, Everardus comes filius eius, Lotharius comes de Hoistaden, Adolphus comes de Monte, Adolphus comes de Marka, Henricus comes de Huckenswaga, Hermannus advocatus Coloniensis, Hermannus marscalcus, Henricus de Alpheim, Henricus de Volmuntsteyne, Gerardus Snair, Theodericus de Munchusen, Otto camerarius, Adam pincerna, Henricus dapifer, Henricus marscalcus, Pelegrimus notarius et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCIII, primo anno consecrationis domini nostri Philippi, Romanorum regis serenissimi, Aquisgrani.

Datum apud Andernacum, xvii kal. Februarii.

Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln, II, no. 13, S. 17.

Koning Philips werd den 6den Januari 1205 door den aartsbisschop Adolf andermaal gekroond, zoodat dit ook het jaartal der bovenstaande oorkonde is.

---

No. 414.

Voorwaarden van het huwelijk tusschen Gerard, zoon van Otto, graaf van Gelre, en Margareta, dochter van Hendrik, hertog van Brabant,

In het jaar 1206.

Henricus, dux Lotharingie, et Otto, comes Gelrie, in hunc modum convenerunt super matrimonio contrahendo inter Gerhardum, filium comitis, et Margaretam, filiam ducis. Cum Margareta ad tempus nubile pervenerit et Gerardus filius comitis [eam] carnaliter cognoverit, dux de bonis suis eis assignabit, prout suum deceat honorem; comes dabit et assignabit Gerardo, filio suo, terram suam a Caldekirken superius et allodium de Rothe. In hiis autem bonis filia ducis suum habebit usumfructum quitquit de Gerardo contingat. Item comes aget cum diversis omnibus et quibus feoda tenet, que omnia devolvantur ad Gerardum post obitum comitis, aut ad alium filium comitis, qui filiam ducis habebit. Item si Margareta, filia ducis, de medio sublata fuerit, Gerardus, filius comitis, habebit proximam natu eius sororem in nuptam. Item si Gerardus, filius comitis, premoritur, proximus et maior natu filius comitis Margaretam habebit, quemadmodum dictum est. Si vero alter predictorum sine prole moriatur, predictorum bona ad proximos redeant, sicut de iure debent. Ista conventiones dux et comes consilio hominum et ministerialium suorum iuramento interposito, prout ambobus placuit, firmiter firmaverunt.

Huius rei testes sunt: comes de Dale, Albertus de Kuye, Terricus de Millen, Ludolphus et Gerhard de Straelen, Godefridus dapifer, Godefridus de Wagtendonck, Arnoldus de Arnhem, Terricus Bosthort, Helinwyg de Sutfene, Gerhart [de] Wipele, Godefridus Kantart, T[heodoricus] frater comitis.

Acta sunt hec apud Lovaniam sollempniter, anno Dominice incarnationis MCCVI.

Register van de Rekenkamer, no. 1, p. 30vo, te Brussel.

Het huwelijk, reeds vroeger beraamd, no. 405, bl. 415, is werkelijk voltrokken, en daardoor werd graaf Gerard de zwager van keizer Otto IV, die in Mei 1214 trouwde met Maria, ook eene dochter van Hendrik, hertog van Brabant, en waarover reeds in het jaar 1202 gehandeld werd. Zie bl. 406.

#### No. 415.

Koning Philips geeft op verzoek van Otto, graaf van Gelre, vrijheid van tol te Keizersweerd aan de Zutfenaren.

8 Maart 1206.

Philippus secundus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. //

Regalem decet excellentiam sinceram fidelium suorum devotionem attendere ipsisque pro benemeritis munificentię // suę beneficia liberaliter impertiri.

Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus, presentis xvi et futuri, quod nos ad preces // dilecti consanguinei nostri Ottonis, comitis Gelrensis, inspectis etiam multis obsequiis eius, quę ipse ad honorem imperii strennue nobis ac fideliter exhibuit, mansuetudine regia concedimus hominibus suis de Sutfania, ut liberi sint et absoluti ab omni theolonio, quod in transitu suo apud castrum nostrum Werde hactenus dare consueverunt, firmiter inhibentes, ne memorati loci negociatores per alveum Rheni veniendo sursum aut descendendo, deinceps ibi aliqua graventur exactione. Statuimus itaque, districte precipientes, ut nulli hominum licitum sit memoratos cives in hac nostra concessione aliqua occasione inquietare vel hanc confirmationis nostrę paginam in irritum revocare. Quod qui facere presumpserit, sublimitatis nostrę offensam se non ambigat graviter incursum.

Testes huius rei sunt: Adolfus Coloniensis archiepiscopus, Conradus Spirensis episcopus, Heinricus palatinus comes Rheni, comes Albertus, comes de Tagispurc, Willelmus comes Iuliacensis, comes Adolfus de Montibus, comes Lotharius de Hohstaden, comes Lodwicus de Singinh[em], Albertus de Entse, Waltherus de Langinb[urc], Cōno de Minsinberg, Henricus de Kallindin, imperialis aulę marscalcus, Henricus dapifer de Walpurch et alii quam plures.

Datum apud Boperdiam, anno Dominice incarnationis millesimo ccvi, viii idus Marcii, indictione viiii.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutphen, met des konings zegel in wit was aan rood zijden draden.

Koning Philips noemt graaf Otto zijn bloedverwant. Dit kan strekken tot bevestiging van het vermoeden, dat er tusschen het geslacht der Staufen en dat der graven van den Berg, verwant met dat van Gelre, verwantschap bestond. Abel, König Philipp der Hohenstaufe, S. 385, en no. 352, bl. 348 hiervoor.

---

No. 416.

Paus Innocentius III, die reeds vroeger de graven van Gelre, Julich, Hochstaden, Berg en Altena met hunne medehelpers, wegens het ontnemen van goederen aan de Keulsche kerk, in den ban gedaan en hunne landen onder interdict gelegd had, beveelt de verachters van zijn gebod nadrukkelijk te straffen.

15 Maart 1206.

Innocentius dilectis filiis scolastico s. Gereonis, s. Laurentii, s. Brigide plebanis salutem et apostolicam benedictionem.

Olim per nostras litteras vobis dedimus in mandatis, ut nobiles viros comitem terre Iuliacensis, Hostadensis, de Monte, de Altena, de Gelria et eorum complices Coloniensis diocesis, qui non solum dilectos filios Coloniensis ecclesie capitulum quorundam fructibus prediorum, verum et ipsis prediis contra iustitiam spoliarunt, ad restitutionem debitam ablatorum cum satisfactione congrua de dampnis et iniuriis irrogatis per excommunicationis sententiam in personas et interdictum in terras eorum, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, cogeretis. Quocirca presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus quoslibet huiusmodi mandati apostolici contemptores tali curetis animadversione punire, ut de cetero pena docente mandatum apostolicum non contempnant et attentare alii non presumant. Quod si non omnes.

Datum Rome apud s. Petrum idus Marci, pontificatus nostri anno nono.

Abel, König Philipp der Hohenstaufe, S. 283.

Die met de uitvoering belast waren wendden zich in het jaar 1207 tot den paus, met voorspraak voor de priesters Hendrik van Lechenich en Johannes van Aldendorp, waarop hij den 5den April 1208 een nader onderzoek gelast. Abel, a. w. S. 285.

---

#### No. 417.

Overeenkomst tusschen koning Philips en de burgers van Keulen, waarbij deze zich verbinden bij den paus te bewerken, dat de afgezette aartsbisschop van Keulen Adolf zijn zetel terug ontvange, zoo dit mislukt, zijne vrienden en bloedverwanten, onder welken de graaf van Gelre, niet te bemoeielijken en hem, met uitzondering van Adolf, als aartsbisschop te erkennen, welken de koning met die vrienden en bloedverwanten willen.

Op het einde van het jaar 1206 of in 't begin  
van het volgende.

Hec est forma compositionis statute inter Philippum regem et cives Colonienses.

Universitas civium Coloniensium bona fide per litteras et nuncios laboravit apud dominum papam pro domino Adolfo, ut ipse sedem Coloniensem optineat, et si id quoquomodo apud dominum papam poterit obtineri vel per gratiam vel per iusticiam, civitas Coloniensis gratum habebit eum et serviet ei in quibus debet, tamquam domino. Si vero id apud dominum papam nullomodo obtineri poterit, cives ab am[icis] suis et cognatis, qui huic compositioni interfuerunt, videlicet



duce Lotharingie, comit[e] Gelrense, comite Iuliacense, comite de Monte, comite de Hostadene, comite de K[uke], Hermannno advocato, deinceps nullatenus inquietabuntur. Et quemcumque dominus re[x] principaliter et dux Lotharingie, cum prescriptis magnatibus terre, pro episcopo haber[e] voluerint, civitas ipsum pro episcopo habebit, excepto domino Adolfo.

— — —  
 Item cives Colonienses inducias habent de fidelitate facienda domino regi usque ad dominicam Invocavit me, et statim illo termino elapso facient ei fidelitatem tamquam domino et regi suo; et quod istud tunc fiat, iuratum est Colonie a duobus millibus hominum et amplius, et ne violetur hec compositio, data fide, promisit dux Lotharingie et prescripti comites.

Item, etc.

Pertz, Monum., Leges, II, p. 209.

Wat tusschen [] staat, was in het HS. onleesbaar.

Adolf I, sedert het jaar 1193 aartsbisschop van Keulen, een groot voorstander van koning Philips geworden, werd den 19<sup>den</sup> Juni 1205 afgezet en in den ban gedaan. Koning Philips neemt zijne partij tegen de Keulenaren, welke met koning Otto, die zich in hun midden bevond, de zijde hielden van den nieuwen aartsbisschop Bruno IV, gekozen den 25<sup>sten</sup> Juli 1205. Na vele gevechten en stormen op Keulen werd Bruno geslagen en in den burg Wassenberg gevangen genomen. Dit vond plaats in September van het jaar 1206. Daarop volgde de bovenstaande overeenkomst, die geene dagteekening heeft.

#### No. 418.

De abt van s. Pantaleon te Keulen geeft aan het klooster Bethlehem in altoosdurende pacht het huis Mullink, behoorende in de curtis Hengelo, dat door den kastelein van Wisch nutteloos en bijna woest gemaakt was.

In het jaar 1207.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Henricus, Dei gratia sancti Pantaleonis in Colonia humilis abbas, universis Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, in perpetuum.

Diligentis et circumspecti dispensatoris requirit et fides et officium ita presentium sibi commissorum commodis intendere, ut etiam posterorum studeat nichilominus utilitati sollerter providere.

Innotescat igitur, tam presentibus quam futuris, quod domus nostra Mullinc, pertinens in curtim nostram Hengelo, ex vicinitate castelli Wische, inutilis et pene deserta fuit aliquando, pro eo quod castellanus et sui commilitones colonos eius, crebris hospitationum et exactionum molestiis gravatos, adeo depauperaverit, ut nec agros oportune colere

nec census inde annuatim debitum solvere potuissent. Molendinum insuper, eidem domui adiacens, ablatiis molendini instrumentis, penitus infructuosum reddiderant, propter sui molendini maius emolumentum. Nos itaque super hiis, advocati nostri et tum villici quam mancipiorum curtis nostre communicato consilio, pro vitanda prescripti et dampni et gravaminis molestia, tum consensu capituli nostri, demimus domum eandem cum omnibus suis attinentiis ad pensionem certam in stabile pactum preposito et fratribus ecclesie beate Marie in Bethlehem perpetuo iure possidenda, ita ut annis singulis in die Palmarum dent in curti nostra in Hengelo quatuor solidos Daventrienses et sic semper libri sint ab omni exactione, tam a nobis quam a villicis et advocatis nostris.

Ut autem id factum nostrum, tam iure quam predictae ecclesie, ratum semper et stabile permaneat, presentem paginam diligentius conscribi et sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Actum anno incarnatis Dominice mccvii, testibus hiis: Stephano de Bochlo advocato, Henrico preposito, Henrico scellario, Everardo camerario, Theoderico custode, Henrico capellano, Alberto villico et aliis quam pluribus, tam clericis quam laicis.

Cartularium van het klooster Bethlehem, p. 12,  
te Arnhem.

#### N. 419.

Voorwaarden van het huwelijk tusschen eene dochter van koning Philips en een zoon van den hertog van Brabant, zullende de bruid te Sinzig worden overgegeven aan den hertog of zijne gezanten: de graven van Gelre, Julich en Hochstaden.

9 Februari 1207.

Anno Dominice incarnationis mccvii, quinto idus Februarii, in dictione decima, acta fuerunt hec apud Geilenhusen, que inferius sunt annotata.

Dominus Philippus, gloriosissimus Romanorum rex semper augustus, unam de filiabus suis dedit in matrimonio filio ducis Brabantie, et illa filia succedet in hereditatem paternam cum aliis filiabus domini regis, secundum ius et consuetudinem Theutonice, et ipse dominus rex illam filiam assignabit ipsi duci Brabantie apud Sinzich quatuordecimo die post Pentecostes vel suis nunciis, videlicet comiti Gelre, comiti Iuliacensi, comiti Hohenstaden.

Et ut ipse, etc.

Register der Rekenkamer, n<sup>o</sup>. 1, p. 2, te Brussel.

N<sup>o</sup>. 420.

Otto, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Philips eenige rechten der Keulenaren bevestigt.

30 April 1207.

C. In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Philippus secundus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.

Imperialis eminencia, que in summa rerum, etc.

Testes autem huius rei sunt: Cunradus Spirensis episcopus, Cunradus Halverstadensis episcopus, Heinricus dux Brabancie, Heinricus dux de Limpure, Wilhelmus comes Iuliacensis, Lotharius comes de Hoistaden, Adolfus comes de Monte, Heinricus de Wassenbere, Heinricus comes de Kessele, Albertus comes de Eberstein, Otto comes de Gelre, Hermannus comes de Ravensperc, Hermannus advocatus Coloniensis, Cunradus puer de Bohpardia, Arnoldus burggravius de Hamerstein, Iohannes frater suus, Gerhardus de Sinzeche et alii quam plures.

Acta sunt autem hec apud Coloniam, anno Dominicae incarnationis MCCVII, regnante domino Philippo secundo, Romanorum rege gloriosissimo, anni regni eius x.

Datum apud Coloniam per manum domini Sifridi, regalis aule protonotarii, pridie kalendas Maii, indictione x.

Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln, II, no. 24, S. 28.

Uit de volgende oorkonde blijkt, dat graaf Otto in het jaar 1207 dood is; zijn zoon Gerard treedt als graaf van Gelre en Zutphen op.

Zie over zijne vrouw Richardis de aanteekening bij no. 367, bl. 362, en over zijne drie zonen Hendrik, Otto en Lodewijk die bij de nos 388 en 404, bl. 386 en 413.

Uit het huwelijk zijner dochter Aleidis, overleden den 4<sup>den</sup> Februari 1218, met Willem, graaf van Friesland en Holland, bij het laatste no. vermeld, zijn, volgens de Geslachtstafel bij het 1<sup>ste</sup> Deel van het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, gesproten:

a. Florens, Willemszoon, graaf van Holland, geboren den 24<sup>sten</sup> Juni 1210, overleden den 19<sup>den</sup> Juli 1234, opgevolgd door zijn zoon Willem II, den 3<sup>den</sup> October 1247 gekozen tot Roomsch koning, gesneuveld den 24<sup>sten</sup> Januari 1256.

b. Otto III, bisschop van Utrecht, gekozen in het jaar 1234, overleden den 3<sup>den</sup> April 1249.

c. Willem, overleden den 30<sup>sten</sup> Augustus 1238.

d. Richardis, geestelijke, overleden den 3<sup>den</sup> Januari 1262, en

e. Ada, non te Rijnsburg, gestorven in het jaar 1257.

Margaretha, volgens oorkonden uit het jaar 1244, eene andere dochter van graaf Otto, had tot man Lothar, graaf van Hochstaden, die bij haar verwekte Theoderich en Gerard.

Over Otto's dochter Mechteld of Mathilde, de vrouw van Hendrik, graaf van Nassau, zie de aantekening bij n°. 211, bl. 210, en Hennes, *Geschichte der Grafen von Nassau*, S. 198.

Levold von Northof, *Chronik der Grafen von der Mark*, zegt, S. 84 der uitgave van Tross, van graaf Adolf van Altena en van der Mark: *Filius habuit, quos genuit de sorore comitis Gelriae, videlicet Everardum, Engelbertum, Gerhardum et Ottonem.* Van Spaen, *Inleiding*, n, bl. 199 vlg. en in zijne *Genealogie* achter dat deel, heeft daarop niet gelet. Lacomblet in zijn genealogisch overzicht der graven van Altena en Mark, vóór het 2<sup>de</sup> Deel van zijn *Urkundenbuch*, teekent S. xxxv aan: *Adolphus 1 Gemahlin*, welke die *Schwester des Grafen van Geldern* gewesen sein soll, komt in unseren *Urkunden* nicht vor. Door eene onuitgegevene oorkonde van het jaar 1230, die op hare plaats volgt, wordt het huwelijk der zuster van graaf Gerard, de dochter van graaf Otto en Richardis, met den graaf van Altena bewezen en bekend, dat haar naam *Irmingardis* was.

Haar man overleed in het jaar 1249. Van hare zonen werd Gerard bisschop van Munster, en Everard in een tornooi gedood. Na zijns vaders dood werd Otto, toen proost te Luik, graaf van Altena, en Engelbert graaf van Mark. Lacomblet, a. p.

#### No. 421.

Gerard, graaf van Gelre en Zutfen, geeft, in overleg met zijne moeder Richardis en zijne broeders Otto en Lodewijk, voor het zielenheil van zijn vader Otto, aan de kerk van s. Walburgis te Zutfen een mansus te Dichteren met twee *mancipia*; de novale tiende te Lochem met tien marken, waaruit vier *modii* rogge en garst aan de armen uitgereikt zullen worden; uit den tins der erven te Zutfen twee talenten voor het licht in de lamp, twaalf denarii voor wierook en een talent aan de kanunniken op het feest van s. Katharina; stelt de mannen dier kerk vrij van het betalen van twee *solidi* uit het *aratrium* en van de belasting genoemd *ruemetynt*.

In het jaar 1207.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Quoniam humana rerum condicio temporalem sequitur motum et hominibus decedentibus ipsorum simul facta intereunt, quare necesse est, ut ea, que sua natura tendunt ad interitum, litterarum adminiculo fulciantur, ut nullius oblivionis incommodum patiantur.

Noticie igitur posteriorum presentis scripti testimonio transmittimus, quod ego Gerhardus, comes Gelrie et Zutphanie, communicato consilio matris mee Richardis et fratrum meorum Ottonis, Xantensis prepositi, et Lodewici, ob salutem anime patris mei Ottonis, ecclesie beate Walburge in Zutphania et fratribus ibidem degentibus, munere liberalitatis, mansum in Thuchterde, cum duobus *mancipiis* Reinoldo et Aleide, contulimus, hac condicione, ut huius possessore sine prole legitima decedente, proximus heres eius, qui successor in bonis habebi-

tur, si alienus, id est alterius condicionis sit, canonicis de Zutphania triginta solidos persolvat, simili tamen commutatione pro se facta, que vulgo gelike wessel appellatur, et sic bonis illis perfruatur.

Præterea omnem decimationem in Lochem de novalibus, tam cultis quam incultis vel colendis, in cuiuscunque potestate fratres decreverint collocandum, et decem marcas adiecimus supradictis.

Insuper duos solidos de aratro et exactionem, que vulgo ruemethynt dicitur, cum omni petitione hominibus eiusdem ecclesie, ubicunque constitutis, in perpetuum indulsumus.

De censu quoque arearum in Zutphania duo talenta ad luminare lampadis et duodecim denarios ad thus unumque talentum canonicis in festo beate Katherine annuatim assignavimus.

Ad talium igitur beneficiorum recompensationem anniversarium diem patris mei, eo ordine quo comitisse Ermegardis, in vigiliis et missarum solempniis, octo diebus precedentibus, celebrabunt, fratres ad singulas horas canonicas septem psalmis et quindecim gradibus diversis in sui memoriam collectam consequenter recitantes. De proventibus etiam prememorata decimationis in Lochem quatuor modios siliginis et ordeï in expensas pauperum octavo die distribuent.

Ne ergo aliquis successorum nostrorum huius donationis titulum ex aliqua parte infringere presumat, presentem paginam sigillo nostre impressionis roboravimus et fidelium nostrorum, qui aderant, testimonio confirmavimus, universos in Eo, qui est salus omnium, supplicantes, ut, amore Patris et Filii et Spiritus sancti, sincere devotionis factum solempne ratum et inconvulsum apud eos in perpetuum perseveret.

Facta sunt autem hec Zutphanie, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo septimo, testibus ydoneis presentibus: Henrico comite de Daelen et filio suo Ottone, Henrico de Borcloe, Wilhelmo de Bronckhorst, Woltero de Keppele, Henrico de Batenborch, Gehardo de Stralen, Theodorico advocato de Echte, Theodorico de Valkenborch, Conrado pincerna, Zacharia iudice, Theodorico schulteto et quam plurimis aliis.

Naar een oorspronkelijken vidimus van richter en schepenen van Zutphen, van 11 Mei 1477, in het archief dier stad.

Vgl. no. 173, bl. 171 en no. 268, bl. 262. In de aanteekening bij de eerste oorkonde had in regel 2, bl. 173, het woord novale weg kunnen blijven en had deze aangehaald moeten worden.

## No. 422.

Gerard, graaf van Gelre, getuige bij het vernieuwen van het verbond tusschen Theoderich, aartsbisschop van Keulen, en Hendrik, hertog van Brabant.

In het jaar 1208.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Theodericus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, cunctis Christi fidelibus in perpetuum.

Notum facimus presentibus et futuris, quod ab antiquo, etc.

Huius rei sunt testes: Engelbertus prepositus maior, Conradus maior decanus, Tirricus prepositus sancti Gereonis, Tirricus prepositus sancti Kuniberti, Henricus decanus sancti Gereonis, Oliverus scholasticus maior, Gerardus comes Gelrensis, Tirricus comes de Clive, Willelmus comes Iuliacensis, Henricus comes de Seyna, comes Adulphus de Monte, Georgius comes de Wiede, Henricus comes de Kessele, Rutgerus de Merhem, Otto de Wikerode, Galeramus, Henricus, fratres; ministeriales: Hermannus advocatus, Godefridus camerarius, Tirricus de Boslaer, Franco pincerna, Willelmus Scilline; cives: Gerardus Saphirus, Iohannes de Ruitgarim, Apollonius [Cle]negedane, Engebrandus de sancta Columba, Richolsus Parfusus, Hermannus Grim et alii quam complures.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mcc octavo.

Register der Rekenkamer, n<sup>o</sup>. 1, p. 31<sup>vo</sup>,  
te Brussel.

---

 N<sup>o</sup>. 423.

Besluiten vastgesteld in eene diocesaan-synode, gehouden door Theodorich I, bisschop van Utrecht, waarbij, onder anderen, bepaald wordt hoe te handelen, wanneer een geestelijke gevangen wordt genomen in het land van Holland of Gelre.

In het jaar 1209.

Si capiatur praelatus, vel canonicus, vel socius chori, vel aliquis clericus de familia praelati vel canonici, episcopus, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, ipsum liberabit, si poterit aliquo modo.

Si vero dixerit, quod eum liberare non possit et hoc sub iuramento, quod in primo introitu suo praestabit, comprehenderit, ecclesia credet ei, et extunc ecclesia resumet divina, et depositis crucibus et compulsionatione legetur maledictio.

Si vero capiatur in terra Hollandiae vel Gelriae ab ipsis comitibus vel aliquo commoranti in terra ipsorum sive detineatur, ecclesia

quatuordecim diebus cessabit a die notificationis, infra quos monebitur comes, ut captivum liberum remittat cum emendatione competente. Quod si non fecerit, terra ipsius, quae est in nostra diocesi sita, ab episcopo et archidiacono ponetur sub interdicto et ecclesia resumet divina et observabit formam maledictionis supradictam, et episcopus per totam diocesim suam faciet illum denunciari excommunicatum.

Si vero aliquis personarum predictarum ledatur in persona et laico, etc.

Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 103, bl. 307.

Deze statuten werden in het jaar 1233 hernieuwd door bisschop Wilbrand. Bondam, a. w., n<sup>o</sup>. 9, bl. 386.

—  
N<sup>o</sup>. 424.

De kerk van den h. Egidius te Munster koopt van Arnold Teilen eene tiende te Neede en Geesteren.

In het jaar 1209.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, Dei gratia Monasteriensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, in perpetuum.

Cum ex officio ministerii nostri cunctis Christi fidelibus charitatis opus et pie devotionis exemplum perhibere teneamur, notum esse volumus, quod, ad honorem Dei et ad sustentationem novelle congregationis, ecclesie sancti Egidii in Monasterio decimam Sameren, que est in parochia Schuttorp, quam Bernardus de Horstmaria in manus nostras resignavit, cum universis suis pertinentibus pio affectu contulimus. Universitatem vestram etiam [non] latere volumus, quod prefate ecclesie provisores ab Arnolde Theilen decimam in Neithen et Geistern cum suis attinentiis consensu nostro ementes, ad emendationem prebendarum iam dicte congregationis comparaverunt. Nihilominus, etc.

Acta sunt hec anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo nono, regnante Romanorum imperatore Ottone, presidente Romane sedi Innocentio, presulatus nostri anno sexto.

Testes: Remboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Volmarius maior custos, Egelmarus Frisie prepositus, Ludgerus maioris ecclesie canonicus, comes Burchardus, Bernardus Weren, Henricus Norendin, Rembertus de Stochem, Florentinus iudex, Godefridus de Hesnen, Heinricus de Lon, Ludewicus iuvenis, Thidericus de Curethe et alii quam plures.

Niesert, Münsterische Urkundensammlung,

n, n<sup>o</sup>. 81, S. 315.

Niesert teekent aan: Für diese Zehnten — te Neede en Geesteren — erhielt das Stift i. J. 1224 von dem Grafen von Dale das Schulzen Erbe (predium sculteticum) tho Herberen und einen Mansus. S. die Urk. unten, doch zij is niet te vinden.

---

N<sup>o</sup>. 425.

Paus Innocentius III bevestigt aan het kapittel te Zutfen de tienden der aanwassen in den Rijn van Reenen tot Hunnepe.

27 Maart 1209.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Sutphaniensibus salutem et apostolicam benedictionem.

Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, decimam alluvionum Reni, sive ripam tangant, sive mediis fluctibus, a Rienen usque Honepe, quam venerabilis frater noster episcopus Traiectensis vobis canonice dedit, vobis confirmamus et presentis scripti testimonio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostram se noverit incursum.

Datum Laterani VI kal. Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo.

Uit eene oude rol met het opschrift: Privilegia eccl.

Zutphaniensis, in het archief der stad Zutfen.

Zie n<sup>o</sup>. 173, bl. 171.

---

N<sup>o</sup>. 426.

Bedrag van den tol, dien de Nijmegenaren aan de kerk van s. Simeon te Trier te Coblentz betalen.

13 Juni 1209.

Quia hominum memoria labitur cum tempore, ut in hoc casu ecclesie s. Symeonis precipue provideatur presenti scripto, sub eiusdem ecclesie et civitatis Confluentie sigillorum munimine, iura thelonii predictae civitatis ad dictam ecclesiam pertinentia sunt annotata et subscripta et in hunc modum declarata.

De navibus Confluentie, Renum vel Musellam adscendentibus, venientes ultra Walegemünde de unaquaque villa dabunt fertonem et 1 denarium.



Isti solebant dare maximum salmonem. De Numago regiam assaturam bubumbli, id est magni bovis, que, posita super fustem collis duorum virorum superpositum, ex utraque parte dependens, terram attingat, vel theleonario pro ista assatura cum denariis satisfacient. Omnes de Nusia, etc.

Datum anno Domini MCCIX, idus Iunii.

Beyer, Urkundenbuch, II, no. 242, S. 280.

---

N<sup>o</sup>. 427.

Theoderich, bisschop van Utrecht, bevestigt het klooster Mariënweerd in zijne bezittingen te Bosg, Deil, Enspijk, Rump, Gellikum, Beesd, Spijk, Tricht, de beide Inen, Bommel, Paveien, Langsmeer, Beusichem, Weithuizen, Golberdingen, in eenige plaatsen in Noordbrabant en Utrecht en in eene visscherij in Holland.

In het jaar 1210.

Ego Theodericus, Dei gratia Traiectensis ecclesiae humilis minister, dilectissimis filiis Arnolde, abbati in Insula sanctae Mariae, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regulariter substituendis, in perpetuum.

Quamquam universi nostrae ecclesiae filii, etc.

In quibus haec dignum duximus propriis exprimenda nominibus: Insulam videlicet cum suis usibus omnibus, septem mansos in Bosg cum suis usibus et tertiam partem decimae, et quicquid eadem ecclesia possidet in areis, agris, pascuis, agris, Deile, Inspic, Rumedede, Ghellichem, Bise, Spyk, Treiecti, et in utroque Ine, et in Bomele, Vurdene, Milne, Halle, et in Werdorp quatuor mansos cum decima maiore et minore, et iustitia et cunctis usibus eorundem, et in Paveie tres mansos et decimam xx mansorum, capellam quoque Lancsmeere cum fundo, in quo sita est, liberam et a minuta decima immunem, et terras, quas ex utraque parte lacu possidet, et in Busighem et in Weithusen et in Godebreghtinghen et in inferiori Tillo universam decimam maiorem et minutam, censum et iustitiam et octo mansos cum omnibus usibus, et in Scalwyc mansum et dimidium et in Westren dimidium mansum, et piscaturam in Hollandia inter Willebusch, Orth [sic] et Buchenhalszele, quam comes Theodoricus contulit, et, eo mortuo, frater ipsius Willelmus comes postea confirmavit, ita, ut universaliter omnes in praedicta piscatura proventus sive fluonum sive aliorum retium vel quorumlibet modorum piscandi in fratrum usus libere

cedant, et minutam decimam in Haimunt et annuatim redditus unius marcae in Hellevothe. Eis etiam, etc.

Acta sunt haec anno Dominicæ incarnationis mccx, indictione xiii, sub testimonio, tam praelatorum quam fratrum nostrorum, quorum nomina subscripta habentur: Otto maioris ecclesiae praepositus, Remboldus eiusdem ecclesiae decanus et praepositus de sancta Maria, Walterus praepositus sancti Salvatoris et sancti Petri, Willelmus decanus sancti Salvatoris, Reinerus decanus sanctae Mariae, magister Henricus decanus de sancto Iohanne, Ghiselbertus praepositus sancti Iohannis, Wilhelmus comes Hollandiae, Symon de Harlem, Alardus de Buren, Ghiselbertus de Amestelle, Hubertus de Businghem, Albertus et Willelmus de Wulvim, Godefridus pincerna, Gozuinus dapifer et alii quam plures.

Cartularium van Mariënweerd.

No. 428.

Otto, proost van den Dom te Utrecht, bevestigt het betalen van tiende door vaste jaarlijksche uitgangen, in de curtis Hese te voldoen, aan velen te Azewijn in Brabantia, onder Zeddam, toegestaan door zijn voorganger Konrad, wiens oorkonde hij geheel opneemt.

In het jaar 1211. [1142—1145.]

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, Dei gratia Traiectensis ecclesie maior prepositus, universis Christi fidelibus, presentibus et futuris, in perpetuum. //

Boni dispensatoris requirit officium, ut eam in commisso sibi fidelitatem exhibeat, quatinus et presentia disponat utiliter et futuris nichilo//minus provideat prudenter.

Inde est, quod ad omnium noticiam presentis scripti transmittimus testimonio, quod cum nos aliquando mentionem // faceremus debitoribus decimationum nostrarum, de ipsis per nuncios nostros colligendas, quidam ex eis, videlicet ex parrochie nostra Sydehem, constanter asserebant se pensionem certam et stabilem singulos de suis decimis annuatim et continue persolvisse, et hoc tandem nobis constare fecerunt per plurimorum credibilia testimonia, quodam etiam predecessoris nostri super hoc nobis ostenso privilegio, sub hac forma:

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Conradus, servorum Christi minister humilis et sancte Traiectensis ecclesie Dei gratia prepositus maioris.

Pro ipsius sancte ecclesie et confratrum nostrorum, in eadem Christo domino nocte dieque ministrantium, laboravimus utilitate. Ob providentiam, ne aliquando defectum in nostris canonicis stipendiis pateremur vel detrimentum, procuravimus in ecclesia nostra Sydehem et in curte nostra Hesen, communi consilio omnium procuratorum nostrorum, existentium ibidem, de ipsis redditoribus decimationum nostrarum in Brobantia, qui se affirmant ab Adthelboldo, Traiectensium episcopo, sacerdotio et omnium successorum eiusdem usque in nostram administrationem et presentiam omni synodatico testimonio, redditum stabilem annuatim reddidisse. Hec nos infringere multis modis temptavimus, obstantibus autem credibilibus eorum testimoniis nequivimus. Tandem propter prosperitatem omnium nostrorum hec auctoritatibus nostris ipsis redditoribus, ut sese affirmabant a venerabili episcopo accepisse, contradidimus. Iussimus quoque, ut hec conscriberentur et reservanda in testimonium, tam futuris quam presentibus, ipsis redditoribus darentur. Porro de ipsis definivimus, quatinus quilibet eorum nominatim cum numero modiorum et denariorum suorum describerentur singulatim.

De villa Brobantie Asuen Reinzo duo modia ordeï et duos denarios et quatuor manipulos lini; Theodericus duo modia siliginis et II modia ordeï et II modia avene et VI denarios et quatuor manipulos lini; Beneko III modia ordeï; Edthelgerus de manso sancti Viti III modia ordeï, III manipulos lini; item Edthelgerus II modia ordeï; Beneko II modia ordeï; Alphardus II modia ordeï, I siliginis de terra monialium, II modia ordeï de curia prepositi, II modia siliginis, III modia ordeï; III modia avene; Otbrat III modia ordeï; Otwinus II modia siliginis, II modia avene, III modia ordeï; Ludolphus I modium ordeï; Wiggerus III modia ordeï, II avene, II siliginis; Gelbrath I modium ordeï; Iohannes de Hanevorde II modia siliginis, II modia ordeï, II modia avene; Beneko de Luttiken Asuen II modia siliginis, II modia ordeï; Iohannes II modia siliginis, II modia ordeï; Hildegardis de Altins I modium ordeï; Weszel I modium ordeï; Helyas II modia ordeï; Ezelin II modia siliginis, II modia ordeï, II modia avene; Everwinus III modia ordeï, I modium avene; Hazeko de Dikhusen II modia siliginis, III modia ordeï; Woltbrath II modios siliginis, III modia ordeï; Everhart VI modia ordeï, III modia avene; Leinzo de Vetehusen I modium siliginis, II modia ordeï, I modium avene; Henricus II modia siliginis, II modia ordeï, de curia II modia siliginis, III modia ordeï, III modia avene; Rotcherus II modia siliginis, III modia ordeï; Thrutbrath II modia

siliginis, IIII modia ordeï; de Lanren Wezelinus I modium sigilinis, IIII modia ordeï, I modium avene; Wenbrath IIII modia ordeï; Absalon IIII modia ordeï, Waltbrath II modia [oningeruuld]; Reinmar I modium siliginis, IIII modia ordeï.

Hec ab ipsis redditoribus in curtem nostram Hesen deferenda esse iubemus post Depositionem sancti Martini duabus ebdomadibus, quandocumque notificatum fuerit eis.

Nos igitur hanc antecessoris nostri, beate memorie, benignam dispensationem, pro communi fratrum utilitate laudabiliter ordinatam, ratam habentes, auctore Deo, confirmamus, statuente firmiter observandum, quicquid in prescripti privilegii continentia de annuis decimarum nostrarum pensionibus et earum debitoribus est expressum.

Ne autem processu temporis de tocius huius debiti summa quicquam de cetero per negligentiam possit imminui vel per oblivionem penitus alienari, presentem paginam, domini Reiboldi decani maioris et fidelium nostrarum consilio, diligenter conscribi et sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Actum anno Dominice incarnationis MCCCXI, pontificatus autem domini et avunculi nostre, domini Theoderici Traiectensis episcopi XIII, multis presentibus, tam clericis quam laicis.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland. Het zegel heeft aan geel, groen en rood zijden draden gehangen.

Konrad was proost van den dom tusschen de jaren 1142—1145. Hoynck van Papendrecht, *Analecta*, II, 1, bl. 131. Had ik vroeger geweten, dat zijne oorkonde in haar geheel in de bovenstaande was opgenomen, ik had haar op die jaren gebracht.

Adelbold was bisschop van Utrecht in de jaren 1010—1027.

Zie over Hese n<sup>o</sup>. 28, bl. 31.

Op den rug van het stuk staat: De decima in Brabant.

In de *Revue de la Numismatique Belge*, 5<sup>e</sup> Série, III, is op plaat x, n<sup>o</sup>. 2, afgebeeld eene zeldzame zilveren munt, in de verzameling van den heer Onghena te Gend, bl. 420, volgenderwijs beschreven: Lion heaumé; type des Botdragers de Flandre: Wilhelmus : dns : de : monte : et : comes : brobatie. Croix feuillue ou ailée, au centre, comme aux Botdragers. Légende intérieure: + moneta + d' + berghensiis. Légende extérieure: : + benedictus : qui : venit : in : nomine : domini.

De heer Chalon, te Brussel, die deze beschrijving gaf, zegt er van: Wilhelmus dominus de Monte parait désigner clairement Guillaume I (1354—1387), seigneur de 's Heerenberg. Mais que veut dire comes Brobaciae? Où est le comté de Brobach, Brubach ou Braubach, sur lequel les seigneurs de 's Heerenberg auraient eu des droits ou des prétentions? Hij kon het niet vinden.

Toen Jhr. Hooft Van Iddekinge, directeur van het muntkabinet te Leiden, mij dit mededeelde, vestigde ik zijne aandacht op bovenstaande oorkonde en hij giste,

dat Brobantia de tegenwoordige buurschap Braamt, onder Zeddam, grenzende aan Azewyn, konde zijn. Dáar is nog eene boerenplaats, die de Hof te Braamt heet en, volgens welwillende mededeeling van den heer baron Van Hugenpoth, burgemeester van Berg, blijkt uit aantekeningen van de kerk te Azewijn, dat er vroeger eene kapel te Braamt was. Jhr. Hooft Van Iddekinge berichtte dit den heer Chalon, die zijn brief opnam in de genoemde Revue, 5e Série, iv, p. 113.

---

No. 429.

Paus Innocentius III bevestigt aan het klooster te Bedbur curtes in Brienen, Herwelsem, Millingen, Stochem, Doornik en Reenen, den boschgrond bij het klooster, geschenk van de graven van Kleef en Gelre, en de kerk te Kekerdom.

23 Maart 1211.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei.

Dilectis filiis preposito et capitulo in Bedebure, Premonstratensis ordi/nis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam or//do exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Quapropter, di//lecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, curtes in Brienen, in Herwelsem, in Millingen, in Stochem, in Dornike et in Rehne, terram silvestrem iuxta claustrum, quam habetis ex dono de Cleve et de Gelren comitum, curtes et curias cum appenditiis suis et ecclesiam in Kekerthem, quas proponitis vos canonicè assecutas, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani x kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno quarto decimo.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met looden bul aan bruin en geel zijden draden.

De terra silvestris iuxta claustrum zal de wildban zijn, aan het klooster geschonken in het jaar 1201. Zie no. 398, bl. 402.

---

N<sup>o</sup>. 430.

Gerard, heer van Wassenberg, verklaart dat de vader zijner vrouw, Rutger van Merheim, een mansus te Linne, genoemd Regencenhoeve, aan het klooster Camp gegeven heeft.

In het jaar 1212.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Gerardus, Dei gratia dominus de Wassenberge, omnibus hoc scriptum legentibus ac lectoris in perpetuum.

Notum esse volumus, quod bone memorie Ruthgerus de Merheim, de bono consensu uxoris nostre Beatricis, filie sue, et nostro, in villa, que vocatur Linna, que post mortem ipsius in nostram translata est proprietatem, pro remedio anime sue et suorum predecessorum, mansum unum, qui vocatur Regencenhove, libere sine alicuius contradictione ecclesie Campensi contulit.

Ut autem hec donatio stabilis in perpetuum permaneat, presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus communiri, attestantibus viris, quorum hec sunt nomina: Adam de Berge, Ruthgerus Vegebosch, Herimannus de Mercheim, Sibertus de Massenrode, Bertramus de Horne, Henricus Smich et alii quam plures.

Acta sunt hec anno Domini incarnationis MCCXII.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 43, S. 23.

naar het oorspronkelijke.

Zie aantekening bij n<sup>o</sup>. 211, bl. 210, en n<sup>o</sup>. 436, bl. 443, waarin Gerard zich noemt: ducis de Lymburg filius.

---

 N<sup>o</sup>. 431.

Otto, graaf van Gelre, verklaart dat, toen een geschil tusschen Peregrinus, kanunnik te Zutfen, en Alexander de Horst over goederen te Eschede, door Hugo de Horst en zijne vrouw Aleidis aan de kanunniken te Zutfen gegeven, beslist was en Alexander er geene uitvoering aan wilde geven, Peregrinus door een eed met medezweerders er een einde aan maakte.

In het jaar 1212.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Quoniam facta mortalium oblivionis iacturam sentiunt, nisi litterarum monumentis alligentur et earum ammi/niculo ab oblivionis interitu defendantur, necessario providere decrevimus, ut memoriam rerum gestarum successoribus nostris scripto transmittamus neque oboriri possit // controversię occasio vel fraudulenta annectatur exceptio.

Unde notum eat, tam posteris quam presentibus, causam disceptationis, que inter Peregrinum, canonicum de Sutphania, // et Alexandrum

de Horst versabatur de duobus mansis in Eschethe cum quibusdam mancipiis utriusque sexus, quos Hugo de Horst et Aleidis uxor eius cum omnibus appendiciis, agris cultis et incultis, pascuis, saltibus et aquarum decursibus, quatuor quoque solidis in vigilia Nativitatis Domini solvendis, ob salutem animarum suarum, canonicis in Sutphania degentibus, libera donatione contulerant, coram me, Gerardo, comite Gelrię, et quampluribus aliis viris probabilibus astantibus, tam clericis quam laicis, finaliter fuisse terminatam, sub hac videlicet condicionis forma, ut per omnia utriusque partis controversia amicorum suorum consilio deputata, eque decisa, deinceps quiesceret sopita, et pretaxatus Alexander de prememoratis bonis, omnem actionem voluntaria compositione, quod in vulgo dicitur mûtsone, in perpetuum effestucaret. Verum, quia sensus humanus proclivis est ad malum, transcurta temporis brevitate idem A., non solum parentum suorum factum, verum etiam id, quod coram nobis voluntarie concesserat, in irritum revocare conabatur. Cuius propositum, utpote rationi contrarium, prout iudicialis sententia Peregrino, patruo suo, adiudicavit, concanonicorum suorum trina manu pleni ordinis sub stola coram nobis probabiliter ipse Peregrinus et reprobovit et temeritatem repressit.

Sed ne aliquis succedentium heredum ea, que, nobis mediantibus, rationabiliter acta sunt, infringere presumat, presentem paginam sigillo nostre inpressionis roboravimus, nostro quoque et fidelium nostrorum, qui aderant, testimonio confirmavimus.

Facta sunt hec in Sutphania, anno incarnationis Domini MCCXII, anno imperii Ottonis II, idoneis testibus presentibus: Henrico comite de Dalen, Henrico de Burclo, Willelmo de Brunchorst, Friderico de Rethem, Thiderico de Walkenberg, Engelberto dapifero, Conrado pincerna, Helmuico de Damme; scabinis Suphaniensibus [sic]: Giselberto, Gerlaco et aliis; canonicis: decano Basilio, Ydone scolastico, Gerardo, Thoma, Godefrido, Bertoldo, Henrico de Hengelo, Philippo, Gerardo et aliis.

Naar het oorspronkelijke in het archief der stad Zutfen. Het zegel, dat hing aan een doorgestoken strook, is niet meer aanwezig.

N<sup>o</sup>. 432.

De kloosters te Syflich en te Bedbur vereenigen zich met eene uitspraak van scheidslieden over hunne geschillen.

In het jaar 1212.

A., Dei gratia abbas de Insula sancte Marie, H., decanus Daven-

triensis, W., prepositus de Bethlehem omnibus, ad quos presens // pagina pervenerit, salutem.

Cum causam, que inter ecclesiam de Seflike, ab una parte, et ecclesiam de Bedebure, ab // alia parte, vertebatur, ab apostolica sede suscepimus terminandam, ecclesia . . . . factum esse, ut utraque partium // magistrum Iohannem, eiusdem ecclesie scolasticum, et magistrum Cunradum, ecclesie sic dicte canonicum, arbitros eligeret et eorum arbitrio, sub periculo cause, stare promitteret. Ex quorum arbitrio ecclesie prefate in eam se familiaritatem mutuo receperunt, ut ad humanitatis obsequia, tanquam de eodem sint gremio, sibi deinceps teneantur. In recompensationem dampni multiplicis, quod ecclesia de Bedebure se querelebatur ab ecclesia de Seflike ab antiquo fuisse perpressam, predium in Keppele cum omni integritate, insuper indumenta sacerdotalia cum calice ecclesia in Seflika tradidit ecclesie memorate, dedit et sex marcas ad comparationem eorum, de quibus, cum aliquis canonicorum Seflicensium decesserit, tam in missa quam in vigiliis, in ecclesia de Bedebure sibi celebrandis cereus habeatur. Omnis autem fructus de prefatis bonis excrescens specialiter ad usum cedet dominarum. Ecclesia de Bedebure instrumentis et omni actioni, quam adversus ecclesiam de Seflike habuit, renuntiavit. Utrique parti forma arbitrii conplacuit, confirmationem nostram accedere pars utraque postulavit.

Nos igitur iustis eorum precibus annuentes, compositionis formam, pro statu ecclesie discrete moderatam, a partibus . . . . probatam, apostolica, qua fungimur auctoritate, confirmamus et, ne quis contra ipsum ausu temerario venire . . . ., sub pena excommunicationis prohibemus.

Ad tollendam ergo omnimodam in posterum calumpniam . . . . paginam nostrorum testimonio fecimus communiri.

Testes sunt: Bernhardus Xantensis, . . . . censis decanus, Bernhardus prepositus de Bedebure, Hermannus de Birke, Godefridus de Alphem Xantensis . . . . Fredericus, Henricus canonici Seflecensis, Henricus et Godefridus Bedeburnenses canonici.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXII, indictione xv.

Naar het zeer geschonden oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met zegels van wit was, aan doorgestoken strooken.



## No. 433.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Otto IV aan de Keulenaren tot het bevestigen der stad toestaat het heffen eener belasting gedurende drie jaren op het gemaal en het bier.

16 Maart 1212.

Dei gratia Otto quartus, Romanorum imperator et semper augustus.

Notum facimus universis imperii fidelibus, presentibus et futuris, quod nos, animadvertentes sinceram fidem ac devotionem, etc.

Huius rei testes sunt: Henricus palatinus comes Reni, frater noster, Henricus dux Brabantie, Henricus dux Limburgensis, filius eius Waleramus, Gerardus comes Gelrensis, comes Adolfus de Montibus, comes Ludowicus de Lon, Wilhelmus comes Iuliacensis, Henricus comes de Seina, Henricus comes de Kessele, Conrad de Dicka, Sifridus de Rungelle et alii quamplures.

Datum apud Frankinfort, anno Domini incarnationis millesimo CCXII, xvii kal. Aprilis, indictione xv.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 39, S. 21,  
naar het oorspronkelijke te Keulen.

## No. 434.

Het kapittel van s. Quentin in Frankrijk, departement Aisne, verkoopt aan het kapittel te Xanten zijne goederen te Rinderen, Meer, Spaldrop, Donsbruggen, Deest en Huthum, geeft daarvan kennis aan zijn scultetus, de pensionarii en de wastinzigen van die goederen te Rinderen en aan Gerard, graaf van Gelre.

19 Maart 1212.

Danyel, decanus, et universum capitulum beati Quintini omnibus, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in Domino.

Cum propter memorie fragilitatem in eius oblivionem facile decidatur, ad quod frequenter per recordationem non recurritur, ad cautelam futuri actum a nobis legitime presenti pagine placuit inscribere.

Notum sit igitur, tam modernis quam posteris, quod cum ecclesia nostra in villa Rinare, que Clive adiacet, predium cum suis attinentiis possideret, quod pro sui distancia labores graves et expensas exigebat et modicum tamen nobis utilitatis afferebat, nos, ut perfectui nostre prospiceremus ecclesie predium idem cum omnibus ad illud pertinentibus agris, silvis, areis, censibus sive mancipiis, sive hominibus

cerocensualibus, sive salica terra, ecclesie Xantensi pleno iure vendimus et ad usus eiusdem ecclesie liberaliter resignavimus et volumus, ut ecclesia illa omnia bona illa eo iure et liberalitate possideat, qua nos hucusque posedemus.

Ut autem hec nostra legitima vendicio et liberalis resignacio rata semper et inconcussa permaneat, hoc scriptum sigilli nostri appensione et testium annotatione munivimus, etc.

Actum in capitulo sancti Quintini, anno Dominice incarnationis MCCXII, duodecimo kal. Aprilis.

Datum in manus magistri Iohannis scolastici, Gerardi de Bellinchoven cellerarii, Gunteri canonici Xantensis.

Danyel, Dei gracia decanus, totumque capitulum sancti Quintini G., sculteto in Rinare et omnibus pensionariis bonorum quondam sancti Quintini in Rinare, Mere, Spaldhorpe, Dugesbrugge, Dhist, Hukehim, sive quibuscunque aliis locorum sitorum, ad predicta bona de Rinare pertinencium, nec non et cunctis cerocensualibus attinentibus eidem bonis, presentem paginam inspecturis, salutem in Domino.

Scire nos volumus, quod bona nostra in Rinare cum omnibus suis attinentiis ecclesie Xantensis legitime vendidimus et eidem liberaliter ea resignantes, scripti nostri donacione contractum nostrum confirmavimus. Monemus ergo vos attencius, ut id viris et fidelitatis, qua ecclesie nostre tenebamini, dicte ecclesie, sicut iustitia exigit, voluntarie persolvere non pretermittatis.

Nobili viro et illustri domino Gerardo Gelrensi, Danyel, Dei gracia decanus, totumque capitulum sancti Quintini orationes et obsequium.

Significari vobis dignum duximus, quod omnia bona nostra in Rinare cum suis attinentiis ecclesie Xantensi vendimus et ad usus illius liberaliter resignavimus factumque nostrum scripto nostro, eidem ecclesie dato, confirmavimus. Rogamus igitur vestram benignitatem, ut, sicut ecclesie nostre benevolus perstitistis protector, sic et divino intuitu, nostrarum precum interventu, deinceps ecclesie Xantensis, que plenarie ius nostrum in dictis bonis a nobis acceptit, benignus fore dignemini defensor.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
III, nos 58, 60 en 59, S. 164.

Otto I, bisschop van Utrecht, draagt aan zijn broeder Gerard, graaf van Gelre, de novale tienden van de Veluwe in leen op.

Tusschen de jaren 1213 en 1216.

Dominus Otto, bone memorie electus Traiectensis, fratri suo domino Gerardo, comiti Gelrensi, contulit in feodo decimas de novalibus in comitatu ipsius et hanc conditionem interposuit, quod ipse comes manum mittere non deberet in decimas, ab ecclesiis vel aliis personis prius possessas; et sicubi terra aliqua semineretur inter duos agros, vel sicubi agros aliquos extendi contingeret in longum vel in latum, ibi ipse decimam accipere non deberet, sed tantum de illis novalibus accipere deberet decimas, que in locis palustribus vel silvosis excolerentur in iurisdictione sua, que excoli non possint, nisi de licentia ipsius et consensu. Hanc conditionem ipse comes sponte acceptavit, et eam servaturum promisit, presentibus prelati et ministerialibus ecclesie Traiectensis, quorum maxima multitudo affuit; ubi comes ipse decimas novalium in terra sue potestatis et sue iurisdictionis sub tali conditione recepit.

Testibus his presentibus: Remboldo maiore decano Traiectense, Waltero preposito sancti Salvatoris, Waltero scolastico sancti Martini, Iohanne sancti Petri, Theoderico sancti Iohannis canonicis, capellanis episcopi, Giselberto de Amestel, Arnolde Luf, Alberto et Arnesto de Wulven, Everardo de Muntfort et fratre eius Luberto, Huberto de Everdinge, Rodolfo de Bosinkhem, Gerardo de Dolre, Theoderico de Bikhorst et Herimanno de Vorst aliisque quam pluribus.

Uit een band HS. in de bibliotheek der Hoogeschool te Leiden, n<sup>o</sup>. 37, F<sup>o</sup>., der Latijnsche HS. van Vossius.

Vgl. n<sup>o</sup>. 404, bl. 413, de aanteekening, en 5 Juli 1247.

---

N<sup>o</sup>. 436.

Gerard van Wassenberg en zijne vrouw Beatrix, keuren goed de gift van haar vader Rutger van Merhem aan het klooster Camp van zijne goederen te Blerik gedaan.

In het jaar 1213.

Gerardus de Wasseberg, ducis de Lymburg filius . . . .

Notum igitur facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod,

cum bone memorie vir nobilis Rutgerus de Merhem, pia ductus consideratione, spontaneam fratrum cenobii Campensis attenderet paupertatem, bona sua quecunque in Blereke possidebat cum omnibus pertinentiis suis memorate contulit ecclesie, amicos sibi per hoc facere cogitans, a quibus in tabernaculo reciperetur eterne felicitatis. Cuius pie donationi nos et uxor nostra Beatrix eius filia, quam eadem bona iure hereditario contingere videbantur, ex animo congaudentes, eam gratanter acceptavimus et nostro ipsam favore confirmavimus et assensu.

Hoc autem in eorum fecimus presentia, quorum nomina subsecuntur: Godefridus et Gerardus monachi Campenses, Winricus de Dithim, Iacobus de Mirlar et frater eius Hermannus, Waltgerus de Merhem, Theodericus frater prefati Rutgeri, Rutgerus de Herthem, Iacobus de Rothem, milites.

Porro, ne inposterum aliquis successorum nostrorum aut etiam extraneorum prefatam ecclesiam in predictis bonis molestare aut iniuriam ipsis facere presumat, presens inde pagina conscripta est et nostro sigillo communita.

Acta vero sunt hec anno gratie MCXIII.

Ernst, Histoire du Limbourg, vi, n<sup>o</sup>. 124, p. 200,  
naar het oorspronkelijke.

Ernst, a. w., iii, p. 390, gelooft, doch geeft er geene reden voor op, dat het jaartal 1223 moet zijn.

#### N<sup>o</sup>. 437.

Nadat Florens van Winsen, Otto en Alard van Buren het patronaatrecht over de kerk van Kekerdom aan het klooster te Bedbur gegeven hebben, schenkt het kapittel van Xanten de altaarinkomsten.

In het jaar 1213.

†. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Theodericus, Dei gratia Xanctensis ecclesie prepositus et archidiaconus, omnibus // Christi fidelibus in perpetuum.

Cum ea, que rationabiliter fiunt, tractu temporum, decedentibus et succedentibus hominibus, malicia procurante hominum, cito veniant in dubium, notum facimus universis, presentem paginam inspecturis, quod, cum Florentius de Winesen et Otto et Alardus de Buren, consensu legitimorum heredum suorum, ius patronatus ecclesie in Kekerthem ecclesie de Bedburen liberaliter et legitime contulissent, eius cenobii conventus, rerum laborans inopia, ad presentiam nostram

totiusque Xantensis capituli accessit et, magna precum instantia advocati nostri, domini Theoderici, comitis Clivensis, cooperante, humiliter ac devote postulavit, ut proventus ipsius ad prebendarum pauperum sororum cedere possent usus et augmentum, quod donum altaris ecclesie memorate preposito suo conferremus. Considerata igitur personarum in loco prefato . . . viventium paupertate admodum grave et immensa, piis earum petitionibus annuentes et totius capituli concedente convenientia, donum altaris in suprascripta ecclesia, salvo iure nostre diocesis preposito, contulimus eidem, tali tamen subiuncto medio, ut idem prepositus suiue successores dono altaris iam dicto, ab archidiacono Xantensi requisito et recepto, quicquid iuris nostri sive nostrorum successorum fuerit, secundum ceterarum ecclesiarum consuetudinem, per omnia faciant et persolvant vicaria illius ecclesie in seculari clerico legitime collocata.

Ut autem hec rata permaneant et inconversa, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione roborari.

Acta sunt ista publice in ecclesia Xantensi, anno Dominice incarnationis millesimo ducesimo tercie decimo, indictione prima, in presentia testium subscriptorum: Theodericus comes Clivensis, Bernardus decanus Xantensis, Iohannes scolasticus, Herimannus subdecanus, Henricus de Hubach, Theodericus cantor, Gerardus custos, Henricus, Godefridus de Alphem, Gerardus de Lo, Clemens et alii quam plures.

Ad memoriam autem singulorum fratrum faciendam tenebitur idem conventus in perpetuum, sicut uniuscuiusque sororis decedentis.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, waaraan een zegel aan wit zijden draden gehangen heeft.

Waar . . . staan is eene scheur in het perkament.

---

No. 438.

Keizer Otto iv verwoest de landen van den graaf van Gelre, plundert en verbrandt de villa Roermond.

In het jaar 1213.

Eodem anno [MCCXIII] Otto imperator terram comitis de Gelrin igne et ferro vastat.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz, Monum., Script., xvii, p. 729.

Dictus imperator Otto Aquis in Palmis venit, fautores suos col-

legit, congressusque comiti Ghelrensi villam eius optimam Ruremonde spoliavit et combusit.

Reineri Annales, bij Pertz, a. w. xvi, p. 671.

Frederik II, zoon van keizer Hendrik VI, werd den 6den December 1212 te Frankfort, tegen keizer Otto IV, als koning gekozen. De graaf van Gelre zal zijne partij gekozen hebben en daarvoor getuchtigd zijn.

---

No. 439.

Paus Innocentius III bevestigt het klooster Camp in zijne bezittingen te Holthuizen.

8 November 1213.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati monasterii Campensis eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris. Religiosam vitam eligentibus, etc.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum ----, grangiam de Holthusen, grangiam, etc.

Datum Laterani per manum Raynaldi, acoliti et capellani dompni Innocentii tertii pape, VI idus Novembris, indictione II, incarnationis Dominice anno MCCXIII, pontificatus vero eiusdem domini Innocentio anno sextodecimo.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 45, S. 24.

---

No. 440.

Richardis, gravin weduwe van Gelre, bewerkt eene schikking tusschen het klooster Mariënweerd en de ridders van s. Jan van Jerusalem te Hernen over het hospitaal te Nijmegen, waarbij de ridders het hospitaal verkrijgen en het klooster goederen te Zoelmond, Henge, Holmuntsweerd, bij Steenweerd en in het broek te Beusichem.

In het jaar 1214.

Universis Christi fidelibus, paginam praesentem inspecturis, R., vidua, comitissa Ghelriae, salutem in Domino.

Sciat universitas vestra, quod, cum inter abbatem et conventum de Insula beatae Mariae, ex una parte, et inter Hospitalarios Iherosolimitanos, qui sunt in Harnen, ex altera parte, quaestio verteretur super hospitali in Noviomago sito, tandem mediato nostro amicabilem compositionem vicissim inierunt, taliter, ut Hospitalarii praefatum hospitale Noviomagense cum omnibus appendiciis suis libere possiderent et ipsi abbati et ecclesiae de Insula, in recompensationem laborum suorum et sumptuum, xx iugera et dimidium cum omnibus attinentiis

suis, cultis vel incultis, perpetuo possidenda assignarent in locis subscriptis, videlicet aream et dimidium et x iugera in Solemunde in prato, cum omnimodo iure suo, et ii iugera in Henge eiusdem villae, et item aream unam et quartam partem areae et tertiam partem iugeri in Holmuntswerth et iuxta Steinwerth duas veras et vi iugera, et in palude de Busenghem iugerum et dimidium.

Acta sunt haec anno Domini MCCXIII, hiis praesentibus: Henrico decano Daventriae, Willelmo praeposito et Gerardo canonico de Bethleem et Constantino de Bergh aliisque quam pluribus.

Cartularium van Mariënweerd.

Uit eene verklaring in dat Cartularium gegeven in hetzelfde jaar door Engelhardus, magister Alemaniae, Albertus, magister te Arnhem, et ceteri fratres hospitales Ierosolimitani, blijkt, dat het geschil gebracht was coram iudicibus G., praeposito, et H., decano sancti Lutgeri et Walthero, canonico Monasteriensi, a sede apostolica delegatis, doch door de gravin weduwe van Gelre in der minne was beslecht.

---

No. 441.

Gerard, kapellaan van Heribert II, abt van het klooster te Werden, en villicus van de curtis Ruschede, geeft, met toestemming van den abt, een daartoe behoorende mansus in Gaanderen, tegen een jaarlijkschen uitgang, aan het klooster Bethleem.

Omstreeks het jaar 1215.

In nomine Domini.

Ego Heribertus, Dei gratia Werdinensis abbas, omnibus ad quos pre//sens scriptum pervenerit, salutem.

Ea, que fiunt in tempore ne fluente fluant // cum tempore, debent sigilli caractere inpresso litteris perennari.

Noverint ergo, tam // futuri quam presentes, quod Gerhardus, capellanus noster, villicus nostre curtis in Ruschede tunc temporis, coram nobis, nostrum favorabiliter postulans assensum, mansum in Gernhere, prefate curti pertinentem, porrexit preposito de Betleheim sub annuali legitimaque solvenda pensione, etc.

Huius facti testes sunt: Godefridus prior, Herimannus custos, Herimannus camerarius, Heinricus de Seleheym, Iohannes scolasticus et tota curtis familia.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, met zegel van wit was aan een doorgestoken perkamenten strook.

Heribert II was abt in de jaren 1196—1228. In eene zijner oorkonden van het jaar 1215 komt Godfried als prior voor. Zie Crecelius, Traditiones Werdinenses, in Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins, VII, S. 35. Omstreeks dien tijd kan zijn kapellaan de bovenstaande uitgifte gedaan hebben.

---

N<sup>o</sup>. 442.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Frederik II aan den aartsbisschop van Maagdenburg het castrum Schopau geeft.

3 Mei 1215.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus ac rex Sicilie.

Cum nichil clarius elucescat in principe, nichil, etc.

Acta sunt hec apud Andrenacum, anno ab incarnatione Dominica millesimo ducentissimo quintodecimo.

Testes huius rei sunt: Siffridus Maguntinensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, imperialis aule archicancellarius, Theodoricus Trevirorum archiepiscopus, Henricus Argentinensis episcopus, Cunradus abbas de Lorsch, Ludewicus comes palatinus Reni et dux Baivarie, Godefridus dux Brabantie, Henricus dux de Limburch, Henricus et Galerannus eiusdem ducis filii, Ludewicus comes de Lon, comes Adolfus de Montibus, comes Adolfus de Scowenbore, comes Heinricus de Seine, comes Adolfus de Marchia, comes Gerardus de Gelre, comes Godefridus de Spanheim, comes Henricus de Schwartzburch, Gerardus comes de Rinecke, comes Ernestus de Vilsecke, Wernerus et Philippus de Bonlandia, Walterus pincerna de Schipphe.

Datum per manum Marquardi, imperialis aule notarii, vice domini Conradi Metensis episcopi, imperialis aule cancellarii, v nonas Maii, indictione III, anno regni nostri Romani tertio.

Ludewig, Reliquiae manuscriptorum,  
XII, p. 374.

Bij denzelfden verzamelaar, VII, p. 506, komt eene ruiling voor tusschen koning Frederik II en Burchard, graaf van Mansfeld, van dezelfde dagtekening en met dezelfde getuigen, doch waarin de graaf van Gelre genoemd wordt Conradus.

---

 N<sup>o</sup>. 443.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Frederik II de voorrechten der stad Aken bevestigt.

29 Juli 1215.

C. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie.



Regalem decet sublimitatem paci et tranquillitati omnium intendere, etc.  
 Huius rei testes sunt: Sifridus Moguntinus archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Hugo Leodiensis episcopus, Ekebertus Bavenbergensis episcopus, Gerardus Osenbrugensis episcopus, Henricus Argentinensis episcopus, Iohannes Cameracensis episcopus, Cono Elewacensis abbas, Cesarius Prumiensis abbas, Florencius Indensis abbas, Lodewicus comes palatinus Rheni et dux Bauvarie, Henricus Lothoringie, Otto dux Meranie et palatinus comes Burgundie, Henricus dux Lenburgensis, Walleramus comes de Lutcelenbure, Henricus comes Barrensis, Willelmus comes Iuliacensis, Adolfus comes de Montibus, Lodewicus comes de Lon, Gerardus comes de Gelre, Albertus comes de Everstein, Lodowicus comes de Wirtembere, Hugo comes de Tuingen, Gerardus comes de Dites, Anselmus marescaleus de Iustingen, Warnerus dapifer de Bonlandia, Philippus frater eius, Walterus pincerna de Scippe, Sevidus marscaleus et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Romanorum regis invictissimi et regis Sicilie.

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini mccxv, indictione tertia, regnante domino Friderico secundo Romanorum et Sicilie rege gloriosissimo, anno regni eius tercio.

Datum in solemnibus curia Aquisgrani, quarto kal. Augusti.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 51, S. 26,  
 naar het oorspronkelijke te Aken.

---

No. 444.

Hendrik van Smithuizen en zijne vrouw Mechtildis geven, met toestemming van hun zoon Hendrik, aan het klooster Mariënweerd vrijheid van tol te Smithuizen, hun erfelijk toebehoorende.

In het jaar 1216.

In nomine Domini.

Noverint universi, praesentes et futuri, quod Henricus de Smithusen et uxor mea Machtildis, cum videremus vanitati cuncta subiacere et praeter opera bona nihil homini permanere, necessarium arbitrati sumus de concessa nobis potestate amicos nobis et intercessores ad Deum quaerere et animarum nostrarum saluti sapienter providere.

Pari igitur consensu et communi voluntate, et Henrico filio nostro similiter annuente, placuit nobis in remissionem peccatorum nostrorum exemptam reddere ecclesiam de Insula sanctae Mariae ab omni exactione thelonei in Smithusen, iure haereditario ad nos pertinente,

statuentes, quod fratres predictae ecclesiae propria exercentes negotia absolute ibidem semper transeant et quiete cum hiis omnibus, quae ad ipsos disnoscentur pertinere.

Ne autem in posterum valeat quispiam huic concessioni nostrae aliquantum obviare vel ausu malo eam infringere, curavimus presentem paginam sigillo nostro cum testibus subscriptis solliciter communire.

Acta sunt haec anno gratiae MCCXVI, hiis praesentibus: Willelmo de Bethleem, Reinoldo de Bedebure, praepositis, Gerdancho et Alberto fratribus de Welle, Henrico de See et aliis plerisque.

Cartularium van Mariënweerd.

Van Mechtildis, vrouw van Hendrik van Smithuizen, wordt het volgende aangeteekend omtrent een bezoek, dat Simon, conversus van het klooster Aulne, bij Verviers, in gezelschap van Simon, abt van Foigny, haar bracht: Descendens cum praedicto Simone priore frater Simon ad Partes inferiores, simul venerunt ad dominam Melhildam de Smithusen, matronam valde honestam ac devotam, quae diu illum desideraverat videre, eo, quod multa audisset de eo. Sedensque iuxta eam per interpretem [namelijk de h. Geest] cogitationes cordis eius ei revelavit, ita ut plurimum miraretur tantam in homine gratiam. Haec ab eiusdem matronae ore audivi. Vere, inquit, domine, ipse mihi dixit quaecunque cogitavi. Caesarius Heisterbacensis, Dialogus miraculorum, uitgave van Strange, I, p. 154.

#### No. 445.

Paus Innocentius III bevestigt het kapittel van s. Peter te Utrecht in het bezit der kerken en goederen te Warnsfeld en Malsen.

5 Februari 1216.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, decano et capitulo sancti Petri Traiectensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana // ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis // agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confavere.

Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis // precibus inclinati, de Gerolsdike, ---- de Warnesfelde, de Malsen, de Amerunge ecclesias cum capellis, decimis et aliis pertinentiis earundem; decimam quoque, etc.

Datum Laterani, nonas Februarii, pontificatus nostri anno octavodecimo.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het kapittel van s. Peter te Utrecht, met looden bul aan rood en geel zijden koorden.

Op denzelfden dag bevestigde de paus het kapittel van s. Jan te Utrecht in het bezit der kerken, tienden en curtes te Ede, Beusichem, Balgooi en Dholre in de Veluwe en herhaalde de bovenstaande bevestiging den 28sten Mei volgende.

Deze stukken staan geheel in het Oorkondenboek van Holland en Zeeland, nos 250, 251 en 252, bl. 144 vlg.

## No. 446.

Het klooster Bethlehem ontvangt in een generaal synode van Otto II, bisschop van Utrecht, de kerk te Steenderen, nadat Hendrik van Smithuizen met zijne vrouw Mechtildis en zijne erfgenamen Hendrik en Olende van het patronaatrecht, dat hij in leen had, afstand had gedaan; het wordt, daar het tot nog toe als het ware vreemd aan het bisdom was geweest, daaraan onderworpen, met verbod zelf zijn advokaat te kiezen; zijn proost, onder de priores der kerk geplaatst, moet, wanneer hij de preposituur en het beneficium der kerk te Steenderen van den bisschop ontvangt, aan hem hulde doen en trouw zweren.

## In het jaar 1217.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Otto, Dei gratia Traiectensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Quia fragilis est admodum humana memoria, que geruntur in tempore cito laberentur cum lapsu temporis, nisi scripti diligentia plerumque firmarentur.

Innotescat igitur presentibus et futuris, quod, cum Henricus de Smithusen, ministerialis noster, inter alia beneficia, que a nobis tenuit, etiam ius patronatus ecclesie in Stenre a nobis haberet in feodo, sperans sibi fore meritorium et sue anime apud Dominum profuturum, si donum spirituale ad viros spirituales transferret, consentientibus Machtilde, uxore sua, et heredibus suis Henrico et Olende, illud in manus nostras, cum omnibus hominibus ad ecclesiam pertinentibus, libere resignavit, nos itaque ad petitionem ipsius, de communi priorum ecclesie nostre consilio, idem ius et dominium fundi, nobis vacans et liberum, de bona et sincera voluntate contulimus Wilhelmo, preposito, et fratribus sancte Marie in Bethlehem et per ipsos ecclesie sue iure perpetuo possidendum, ita, ut prepositus de Bethlehem ratione personatus ecclesie de Stenre per aliquem sui ordinis vel etiam alicuius sacerdotem ydoneum parochiam ipsam debita amministratione procuret. Volumus etiam, ut ecclesia de Bethlehem, que usquemodo minus familiaris et quasi aliena ecclesie Traiectensi extiterat, eadem devotione, qua cetera conventuales ecclesie in episcopatu nostro constitute, nobis et nostris successoribus de cetero sit obnoxia et eodem iure subiecta, nec liceat ei aliquatenus advocatum eligere vel super se vel etiam super homines ecclesie de Stenre, ab omni iure advocati hactenus liberos, absque Traiectensis episcopi consilio et consensu. Insuper statuimus, ut idem prepositus nomine et per omnia locum prioris inter priores Traiectenses postmodum obtineat et quotiens contingat

eum preposituram suam et beneficium ecclesie de Stenre cum suis hominibus de manu episcopi recipere, sicut alii priores ecclesie faciat hominum et iuret fidelitatem episcopo. Et in conventu Bethlehemensi cotidie specialis habebatur memoria domini avunculi nostri, pie recordationis, Theoderici, episcopi et predecessoris nostri, quoque et successorum nostrorum Traiectensium episcoporum, pro quorum omnium id fecimus remedio et salute.

Ut autem hoc factum nostrum perpetuo ratum et stabile permaneat, presentem paginam conscribi et sigillorum presentium fecimus appensione communiri.

Actum anno Dominice incarnationis MCCXVII, pontificatus nostri anno primo, testibus hiis: Lodewico preposito, Remboldo decano maioris ecclesie Traiectensis, Waltero preposito sancti Salvatoris, Theoderico Daventriense, Bernardo Embricense prepositis, Wilhelmo sancti Salvatoris, Wigero sancti Petri, Reinero sancte Marie, decanis Traiectensibus; Wilhelmo de Hollant, Gerardo de Are, avunculo nostro, Boldewino de Bentheim, comitibus; Theodoro de Randenrode sancti Martini, Reimaro sancti Salvatoris, canonicis Ultraiectensibus et universo, tam clero quam populo, in synodo nostra generali.

Cartularium van Bethlehem, p. 9, in het  
archief van Gelderland.

No. 447.

Johannes van Heusden geeft met zijn zoon Arnold aan den proost van het s. Adalbert-Stift te Aken al zijne goederen in zijne jurisdictie, met uitzondering van die van wijlen Herman, genaamd Beier, waarop hij het ius banni heeft, wanneer de dijk doorgebroken is; moettende de opkomsten voldaan worden in de curia te Varik.

18 Mei 1217.

In nomine Domini.

Ego Iohannes de Husden per litteras presentes profiteor, quod, inductus multa precum instantia Sibodonis, prepositi ecclesie sancti Alberti de Aquis, aliorumque multorum, ipsi preposito omnia bona, que sita sunt ubicumque in mea iurisdictione, pro me et filio meo Arnolde nostrisque heredibus libera dimisi et absoluta, ita quod omnia iura, omnes census omnesque proventus ipse prepositus inde de cetero integre percipiet, preter bona illa, que fuerunt quondam Hermanni, qui vulgo dicitur Beier, in quibus ius banni, quod provenit tunc, quando agger terre, aquam prohibens, per nimiam inundationem

ruptus fuit, quem expensis meis reparavi, michi salvum manebit, ita quod, si aliquis heres predicti Hermanni ad bona eadem hereditario iure redire voluerit, ad ipsa obtinenda, per compositionem banni michi factam, poterit pervenire. Si vero contigerit mori Rudolphum, filium Samuelis, qui nunc recepit illa bona ab ipso preposito, ius, quod de acquirenda illa hereditate competit, erit prepositi et ita erit de omnibus aliis bonis, et sic ipse omnia bona instituere debet et destituere et omne ius inde percipere absque omni inposterum cuiusquam impedimento vel contradictione. Et notandum, quod in festo sancti Lamberti in curia Valdrike omnes census iam dictorum honorum, sicut aliorum alias sitorum, ipsi preposito sunt persolvendi et sculteto eius assignandi.

Ad cuius rei certam inposterum evidentiam, presentem cartam inde conscriptam meo, abbatis de Bernen et ipsius prepositi sigillis feci communiri.

Huius rei testes sunt: Arnoldus abbas de Bernen et fratres sui Walterus et Fridericus, Arnoldus canonicus sancti Lamberti Leodiensis, Heinricus persona de Hiddenchusen, Rubertus frater Johannis de Husden et Arnoldus filius Johannis, Constantinus de Berge, Gerhardus villicus de Umere, Luzo de Valdrike et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Husden, anno incarnationis MCCXVII, indictione v, xv kalendas Iunii, feliciter. Amen.

Quix, Geschichte der Stadt Aachen, 1, Codex diplomaticus, no. 71, S. 48.

---

No. 448.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Engelbert I, gekozen bisschop van Keulen, verklaart het verbond van vriendschap en hulp met Hendrik, hertog van Brabant, te vernieuwen.

5 Juli 1217.

Engelbertus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie electus, omnibus presentem chartulam intuentibus, salutem in Domino.

Ad omnem dubietatis scrupulum resecandum, etc.

Testes sunt: Theodericus maior prepositus, Conrardus maior decanus in Colonia, Gerardus prepositus sanctorum Apostolorum, Gerardus prepositus sancte Marie de Gradibus, Gerardus comes Gelrensis, Adolphus comes de Altena, Otho de Wickerode, Gerardus de Randerode, Hermannus advocatus Coloniensis, Hermannus marscalcus de Alvette,

Theodoricus dapifer, Bruno pincerna, Franco de Rotheym et alii quam plures.

Acta sunt hec Colonie, anno incarnationis Dominice millesimo cccxvii, iii nonas Iulii.

Register der Rekenkamer n<sup>o</sup>. 1, p. 31v<sup>o</sup>,  
te Brussel.

De hertog van Brabant gaf op denzelfden dag eene dergelijke verklaring. Gerard, graaf van Gelre, was de eerste getuige. De overigen waren: Walter Bertolt, Egidius frater suus, Arnoldus de Dyst, Leonius castellanus Brusellensis, Goswinus de Gozenkurt, Arnoldus de Walheym, Rubinus de Tillemunt et alii quam plures. Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 64, S. 35, naar het oorspronkelijke.

#### N<sup>o</sup>. 449.

Bernard, proost van Emmerik, geeft, in overleg met het kapittel en de tinsplichtigen, aan het klooster Bethlehem in vaste pacht eene en eene halve mansus in Gaanderen, die Everhard van Hese, broeder van zijn voorganger, bezat, doch die de pacht zelden of nooit geheel voldeed.

In het jaar 1218.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Bernardus, Dei gratia Embricensis prepositus et Traiectensis archidiaconus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Oportunum valde est et rationi // consentaneum, ut etc.

Innotescat itaque presentibus ac futuris, quod, cum dominus Symon, prepositus, beate memorie, predecessor noster, villicationis aliquando per se ipsum amministrazione fungeretur et officio, bona quedam ecclesie nostre apud Gernere, ad estimationem unius mansi et dimidii, que Everhardus de Hese, frater suus, ab ipso tenuit ad pensionem annuam, quam ipse vel raro vel nunquam totam solvit, communicato decani et capituli et tam officialium suorum quam censualium ecclesie consilio, dedit preposito et fratribus beate Marie in Bethlehem et per ipsos ecclesie sue ad pensionem stabilem semper habenda, ita, ut prepositus et fratres de Bethlehem annuatim in die beati Martini Embrice quatuor solidos et totidem denarios Daventriensis monete, sub pena iure communi censualibus constituta, eis exhiberent. Etc.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis mcccxviii, testibus hiis: Gerardo decano, Thietmaro, magistro Conrado, Arnoldo, Theoderico, Everardo et ceteris canonicis Embricensibus, Herimanno decano nostro de Harewen, magistro Andrea plebano, Herimanno de Etten, Alberto de Bogenderinge, sacerdotibus; Everardo de Hese, Swetero de Silf-

wolde, Arnaldo . . . et Winando fratribus, Alberone iuxta Leweth, Gerardo de Wiken, concensualibus ecclesie et aliis quam pluribus.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, waaraan twee zegels hebben gehangen, het eerste aan rood en groen, het andere aan rood zijden draden.

De . . . duiden een onleesbaar woord aan.

---

N<sup>o</sup>. 450.

Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, geeft den proost van Xanten in last aan de oude kerk te Gelder baptisterium en divinum officium op den 2<sup>den</sup> Februari en Palmzondag toe te kennen, waaraan de proost voldoet.

In het jaar 1218.

E., Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, capitulo Xantensi et universis, ad quos presens pagina pervenit, salutem et omne bonum.

Universitati vestrae significamus, quod nos consanguineo nostro preposito Xantensi in mandato dedimus, ut auctoritate nostra antiquae ecclesiae in Gelren, in qua est sepultura, baptisterium et divinum officium in Purificatione beatae Mariae et in die Palmarum concedat, parochiae matri ecclesiae omnia iura, sicut solita est, exhibebit.

Ego Lodewicus, Dei gratia prepositus Xantensis et archidiaconus Coloniensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum.

Notum esse volumus, tam presentibus quam futuris, quod nos, auctoritate domini Engelberti, Coloniensis archiepiscopi, et nostra, ecclesiae veteri Gelren, in qua prius fuerat sepultura, concessimus baptisterium et divinum officium in die Purificationis beatae Mariae et in festo Palmarum celebrandum ibidem, ita tamen, ut veteris ecclesiae parochiani matri ecclesiae alias omnia iura sua servant fideliter et persolvent.

Acta sunt haec anno millesimo ducesimo octavo decimo incarnationis Domini.

Testes sunt huius: Philippus plebanus novae ecclesiae, Cesarius vicarius Philippi in eadem ecclesia, Henricus Sosaciensis clericus, prepositi; Gerardus, capellanus comitis Gelren, Wolterus et Petrus, milites, Henricus de Sutphania et quam plures alii.

Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, VI, S. 172.

Deze oorkonde is opgenomen in een Transcriptum van Giselbert, benoemd abt van het klooster Camp, van 28 December 1292.

Bij de oude kerk vormde zich waarschijnlijk het dorp van dien naam. Zie bij n<sup>o</sup>. 178, bl. 177. Im Laufe der Zeit scheint diese Kirche dem Bedürfniss des Landes nicht mehr genügt zu haben, weshalb ein Neubau nothwendig wurde, dessen Anlage ---- nicht mehr auf der bisherigen Stelle, sondern auf der Grenze der Honschaften Eyll und Winternam, innerhalb des letztern, erfolgte. Auf die neue Kirche gingen die Rechte der alten Kirche über, während diese entweder gar nicht, oder nur in abhängigen Verhältniss zu jener fortbestehen blieb. Nettesheim, Geschichte Gelderns, 1, S. 27.

---

No. 451.

Adolf, graaf van Berg, draagt zijne curtis te Dieren aan de Duitsche orde op.

15 Juni 1218.

Ego Adolphus, dictus comes de Monte, notum facio, tam presentibus quam futuris, quod, pro salute anime mee et progenitorum meorum, curtim meam in Diderim contuli hospitali sancte Marie domus Theutonicorum in Iherusalem, cum omnibus attinentiis in perpetuum possidendam. Et ne quis heredum meorum hoc temere infringere attemptet, sigilli mei appensione illud corroborare decrevi.

Huius rei testes sunt: Henricus capellarius et notarius noster, Hermannus de Elslø, Theodericus de Herlare, Remboldo de Hursbeke, Albertus de Hurde, Suederus de Dingede, Hermannus de Alftere, Theodericus de Coslar, Adolfus de Bernsovle, Henricus frater suus, Remboldus de Bernsovle, Wikardus de Linnefe, Adolfus de Stamheim, Bruno frater suus, Gerardus de Upladin, Gyso frater suus, Marsilius de Durscheide, Lambertus de Scherve, Suikerus de Lintlo, Bruno de Holte, Bruno Lupus, Henricus de Vilcke, Godefridus de Mendorp, Albertus de Buchese, Elger de Mendorp, Richwin Rusche, Henric de Schonrode.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXVIII.

Datum in obsidione Damiete, XVII kal. Iulii.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 72, S. 39,  
naar het oorspronkelijke.

Te Dusseldorp is nog een ander oorspronkelijk exemplaar, meer uitgebreid, doch zonder dagteekening, uitgegeven door Hennes, Urkundenbuch des deutschen Ordens, II, n<sup>o</sup>. 7, en opgenomen in Codex diplomaticus ordinis s. Mariae Theutonicorum, n<sup>o</sup>. 462, p. 554.

Engelbert, de vader van graaf Adolf, ontving den 28<sup>sten</sup> Juni 1168 bezittingen in de villa Thiedere in beneficium van keizer Frederik I, die deze bij ruiling van de kerk te Goslar verkregen had. Lacomblet, a. w. I, n<sup>o</sup>. 471, S. 297, die daarbij aanteekende, dat Thiedere aan de Maas lag, en bij de bovenstaande, dat de gift gedaan was aan de kommanderij van s. Catharina, die het geschonkene in het jaar 1420 opdroeg aan de



balie Altenbiezen. Ik nam de oorkonde van het jaar 1168 niet op, daar ik dat Thiedere aan de Maas niet voor dezelfde plaats kon houden als Dieren aan den IJsel, wat wel het geval schijnt te zijn.

Zie oorkonde van 10 Januari 1269.

---

No. 452.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, de kerk van Rees in het bezit harer goederen bevestigt.

27 November 1218.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Engelbertus, divina favente clementia sancti Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum.

Eo, disponente Domino, licet immeriti fungimur officio, etc.

Huius rei testes sunt: Cunradus maior decanus, Lutherwicus prepositus Xanctensis, Henricus prepositus sancti Severini, Bruno prepositus sancti Kuniberti, Gerardus prepositus sancti Apostolorum, Herimannus subdecanus, Herimannus chorepiscopus, Godefridus capellarius, Gerardus comes Gelrensis, Gerardus comes de Are, Adolfus comes de Altena, Gerardus de Randenrothe, Otto de Wickerothe, Hermannus de Mulnarke, Herimannus advocatus Coloniensis, Heinricus de Alpheim, Constantinus de Monte, Reinoldus de Resse et alii quamplures.

Acta sunt hec anno Domini incarnationis MCCXVIII, Resse, v kalendas Decembris.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 73, S. 40,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 453.

Sweder van Dingede draagt aan de Duitse orde op zijne curia in Lankarn, eene mansus in Schalkwijk en eene andere, die hij van de curtis Dieren in leen had.

In het jaar 1219.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Ego Swederus de Dingede notum esse cupio, tam presentibus quam futuris in posterum, quod, cum venissem in exercitum Christianorum Damiethe et vidissem graves expensas, quas faciunt fratres domus Theutonicorum in Hierusalem, tum in infirmis tum in militibus contra insultus Sarracenorum sustentandis, divina monitus inspiratione curiam meam in Lankarn, etc.

Mansum quoque meam in Schalvic, etc.

Mansum quoque, quam de curte Dieter feudali iure possedi, liberam etiam cum hominibus et omnibus pertinentibus ad eam, magistro et fratribus predictis resignavi.

Ut autem hoc rationabile factum ratum et incon vulsum permaneat, sigilli mei inpressione commissam litere actionem roboravi.

Huius rei testes sunt: dominus Ernestus de Vulvene, Andreas de de Werkune, Fridericus de Lorike, Luttolfus de Lopeke, Wernboldus de Wernkune, Hugo Strumo, Albertus de Batburk, Forastus de Vorst, Hermannus de Senden, Gotfridus Monachus, Reinpoto de Bütteberk.

Actum in obsidione Damiethe, anno incarnationis Christi mcccviii, indictione vii.

Codex diplomaticus ordinis s. Mariae Theutonico-  
rum, no. 463, p. 556, met facsimile, naar  
het oorspronkelijke te Utrecht.

---

No. 454.

Otto van Born met zijne vrouw Petronella en kinderen draagt, met toestemming van den leenheer Arnold, graaf van Loon, het patronaat en personaat van Blerik en Berkele, thans Horst, aan de abdiĳ Averbode op.

In het jaar 1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Otto, dominus de Born, omnibus, hoc scriptum inspecturis, in perpetuum salutem.

Quoniam ea, quae temporaliter fiunt, a memoria hominum persaepe tollit oblivio, unde nonnunquam oritur dissentionis occasio, quapropter scriptis fecimus commendari, quae ad posterorum notitiam necesse duximus conservari.

Notum ergo facimus, tam presentibus quam futuris, quod nos, de assensu uxoris Petronellae et filiorum nostrorum, ius patronatus et personatum ecclesiae de Blerick et ecclesiae de Berkele, quae est filia dictae ecclesiae de Blerick, necnon et assensu domini Arnoldi, comitis de Loss, a quo patronatum dictarum ecclesiarum in feudo tenebamus, in remissionem peccatorum nostrorum et predecessorum, contulimus ecclesiae de Averbode quiete et libere possidenda in perpetuum.

Ut autem haec nostra donatio, solemniter facta, in perpetuum stabilis et incon vulsa praefatae ecclesiae permaneat, eam, praesenti [sic] domini Arnoldi comitis de Loss, sigillorum appensione muniri fecimus et corroborari.

Acta sunt haec anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo decimo nono.

Publications de la Société historique et archéologique dans le duché de Limbourg, VII, p. 302.

Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, bevestigde deze opdracht in het jaar 1224, Aangehaald werk, p. 303.

---

N<sup>o</sup>. 455.

Het kapittel van s. Marie te Utrecht geeft den tol te Smithuizen met de curtes Ewijk en Malberge aan Mechtildis, vrouw van Hendrik van Smithuizen, en aan hare dochter Olelda, vrouw van Folbert, gedurende haar leven in pacht.

In het jaar 1219.

In nomine Domini.

Noscant presentes, sciant posteri, qualiter capitulum sancte Marie in Traiecto convenit cum Machtelda, uxore Heinrici de Smithuse, et eius filia Olelda de teloneo in Smithuse et curtibus Ewik et Malberge, ecclesie vacantibus, sub annua pensione recipiendis. Sane iam dicta Mach[telda] et Ol[elda] filia, coniunctis manibus, receperunt pronominata bona de manu capituli quoad vitam suam, omni prorsus herede aut hereditario iure exclusis, ita duntaxat, quod prefata Mach[telda], quamdiu vixerit, sit in integra procuratione predictorum bonorum, nec fratres aliquem habeant respectum ad filias seu ad maiores, solummodo quod, ipsa pensionem certis temporibus fratribus solvat, videlicet xx et unam librarum in festo Palmarum et totidem libras in festo sancti Iohannis Baptiste, item c modios tritici in festo Remigii et alios c modios in festo Walburgis, preter servitium, quod debetur nuntiis ecclesie ascensu ipsius navis, videlicet dimidia marca, et in descensu festo vel porcus valens fertonem. Si vero contingat matrem decedere superstitie filia, filia succedet matri in integram procurationem supradictorum bonorum et prenotatam pensionem certis temporibus fratribus in solidum persolvat. Quod autem hec iam dictis terminis, sine diminutione et petitione premissa et bonorum indemnitatem persolvere, iuraverunt in altari sancte Marie. Ambabus autem et matre et filia decedentibus et Folperto marito Olhelde superstitie, qui nullam omnino in bonis predictis habet warandiam, prememorata bona erunt ecclesie vacantia et libera, ita quod capitulum cui velit conferre possit. Quando pensionem suam parate solvere nec vellent nec valerent, libera ceterum ecclesia ab ipsis et pro voluntate sua disponderet cum bonis suis.

Et ne in posterum super predicto contractu aliquis suboriri possit

ambiguitatis scrupulus, presens scriptum est editum, ecclesie sigillo roboratum, testimonio testium, qui huic contractui interfuerunt, scilicet hi: Reinboldus maior decanus qui et prepositus sancte Marie, Vogelo, Bruno, Walterus, Wicherus, Paridarius, Heinricus, Christianus, Iohannes, Engelbertus, Conradus, Guntherus, Reinboldus, Iohannes, canonici sancte Marie; Hermannus, Theodericus, Reimarus, canonici sancti Salvatoris; Gozwinus et Matheus canonici sancti Martini; laici: Folpertus de Lecka, Gerardus de Merlo, Stephanus Kater, Albertus de Rade, Egidius de Brockhuse, Heinricus de Lopeke.

Acta sunt hec anno Verbi incarnationis MCCXIX, indictione VII, episcopatus domini Ottonis secundi anno IIII.

Naar een afschrift van Van Spaen, in no. 215 zijner archieven, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

Kluit, *Historia critica, Codex diplomaticus*, no. 47, p. 423, gaf deze oorkonde uit naar het oorspronkelijke te Utrecht, waar het niet meer aanwezig is. Bondam, *Charterboek*, no. 110, bl. 316, maakte terecht de opmerking, dat het afschrift niet nauwkeurig genomen was. Daarom volg ik dat van Van Spaen, 't welk beter is, doch ook moeijelikheden overlaat.

Vgl. no. 444, bl. 449, waarin Hendrik van Smithuizen en zijne vrouw verklaren, dat de tol hun toebehoort.

#### No. 456.

Koning Frederik II geeft aan de kooplieden van Goslar vrijdom van tolleren in het rijk, behalve te Keulen, Tiel en Bardewijk.

13 Juli 1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fredericus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, et rex Siciliae.

Imperialis providentiae benignitas exposcit, etc.

Mercatoribus etiam iam sepe dictae civitatatis, sicut et antecessores nostri fecerunt, perpetua stabilitate concedimus, quatinus per totum imperium mercaturas et negotia sua exercentes ab omni thelonio liberi existant et absoluti, preterquam in tribus locis, id est, Colonia, Thele et Bardewich.

Nullus, etc.

Huius rei testes sunt: Albertus archiepiscopus Magdeburgensis, Otto episcopus Herbipolensis, Conradus episcopus Metensis, imperialis aulae cancellarius, Fridericus Halberstadensis episcopus, Engelhardus Nuenburgensis episcopus, Ludevicus dux Bavariae, Albertus marchio Bran-

denburgensis, Henricus dux Saxoniae, Hermannus marchio Veronensis, Hermannus et Henricus comites de Woldenberch, et alii quam plures.

Actum anno incarnationis Dominicae MCCXIX.

Datum apud Goslarium, III idus Iulii, indictione septima.

Heineccius, Antiquitates Goslarienses, p. 218.

---

No. 457.

Hendrik, graaf van Kessel, geeft met zijne vrouw Othelende aan het klooster Mariënweerd eene curtis in Barlo en Hovendonk, eene mansus in het bosch van Barlo, een boomgaard bij de kerk te Kessel en eene curtis in Oijen, die door zijne vrouw en kinderen teruggekocht kan worden; draagt de advocatie aan den aartsbisschop van Keulen op en komt overeen, dat ten dienste der kapel en der begraafplaats van de nonnen te Kessel een priester van het klooster Mariënweerd aangewezen zal worden.

In het jaar 1219, vóór 18 October.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Henricus, comes de Kessele, desiderans opus elemosinarum, quod in subsidium mee peccatricis anime preparavi ratum et perpetuum permanere, scripto presenti hoc decrevi, tam futurorum quam presentium et notitie intimare et memorie commendare, videlicet, quod ego, divina misericordia inspirante, pro peccatorum meorum remedio et anime mee solatio, ecclesie beate Marie in Insula, Traiectensis diocesis, bona subscripta contuli, scilicet: curtim in Barlo et in Hovesdone, cum omnibus ad incolarum loci illius communem usum pertinentibus, aquis, pratis, pascuis, silvis, et unum mansum nemoris in Barlo in parte orientali et pomerium iuxta ecclesiam in Kessele. Hec omnia predictae ecclesie cum iure proprietatis, [uxore mea domina Othelende et omnibus liberis meis proprietati] renuntiantibus, coram hominibus et ministerialibus meis, dono perpetuo contuli libere possidenda. Preterea curtim in Oye sub tali conditione eidem ecclesie assignavi, quod uxori mee aut liberis meis eandem curtim cum l. marcis redimere licebit, eisdem successive solvendis, ita quod singulis x marce ad minus simul solvantur, donec pretaxate pecunie solutio fuerit integraliter consummata et interim usque ad ultimam solutionem ecclesia in possessione et fructuum perceptione pacifice residebit. Hoc etiam huic conditioni annexum est, quod, si predicta curtis cum prescripta pecunia redempta fuerit, aliqua nova possessio comparetur, ne donatio mea minuat vel a memoria deleatur. Porro, ut prefata ecclesia in eisdem bonis maiore parte gaudeat et libertate, advocatiam supra-

dictorum bonorum domino meo Engelberto, Coloniensi archiepiscopo, relinquam, ita quod ab ipso suisque successoribus perenniter teneatur nullique persone alteri unquam conferatur, ut eadem bona sub protectione episcopali tuta perpetuo permaneant et consistent. Hoc vero factum per omnia, sive in supradictorum bonorum largitione, sive in advocatie resignatione prefata coniux mea et liberi mei, in presentia hominum meorum liberalitate voluntaria approbantes, pariter mecum manu apposita confirmarunt.

Ceterum ego cupiens capellam et locum sepulture sanctarum virginum in Kessele veneratione debita et divini officii celebratione continua honorari, hac conditione cum abbate Arnolde prenominate ecclesie in Insula conveni, quod per aliquem sacerdotem, fratrem eiusdem ecclesie, in prefata capella divinum ministerium perpetuo peragatur.

Ut itaque sepedicta ecclesia in prescriptis bonis ab omni inquietudine et molestia perenniter defendatur, donationem meam, publice et legitime factam, presenti chirographo, meo et uxoris mee sigillo insignito et subscriptis testium nominibus irrefragabiliter confirmavi.

Testes hi sunt: dominus Gerardus abbas de Gladbach, Godefridus de Reyde, magister Petrus, Hermannus; nobiles viri: dominus Albertus de Kuyck, Gerardus de Horne, Henricus de Kessenich, Rutgerus de Brempt; homines mei: Godefridus de Eyke, Wilhelmus de Koline, Gerardus de Barlo, Godefridus pincerna, Heistachius, Hein de Suetersbeeck et plures alii.

Acta sunt hec anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi MCCXIX, indictione XIII, regnante glorioso rege Romanorum Frederico, venerabili archiepiscopo Engelberto sancte Coloniensis ecclesie praesidente.

Naar een afschrift uit de xvde eeuw, in bezit van den heer Jos. Habets, te Berg-Terblyt.

Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, bevestigde het bovenstaande den 18den October 1219. Cartularium van Mariënweerd. De woorden tusschen [ ] nam ik uit dat Cartularium over.

Daarin is, even als in het afschrift, de indictie verkeerd, die 7 is.

---

#### No. 458.

Gerard, graaf van Gelre, bevrijdt van schatting de goederen van het klooster Camp te Bracht.

Omstreeks het jaar 1220.

G., comes Gelrensis, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino.

Universitati vestre notum facimus, quod, ob reverentiam beate Virginis, bona Braht sita, beate Marie attinentia et cenobio Campensi deservientia, ab omni exactione libera esse concessimus, quamdiu eadem bona cenobio Campensi noscuntur attinere.

Ut igitur hec nostra donatio et permissio rata permaneat, presentem paginam fecimus conscribi et sigilli nostri inpressione communiri.

Naar een afschrift van Van Spaen, in zijne archieven n<sup>o</sup>. 215, bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

---

No. 459.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, de stichting van eene kerk te Rade bij Suchtelen bevestigt.

In het jaar 1220.

In nomine sanctissime et individue Trinitatis.

Engelbertus, divina favente clementia sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in Domino.

Que ad excellentem domus Dei decorem nostri presulatus et per, etc.

Huius rei testes sunt: Conradus maior prepositus, Gozwinus maior decanus, Goswinus choriepiscopus eiusdem ecclesie, Godefridus capellanus, Theodericus de Brule capellanus episcopi, Henricus prepositus Carpanus, Tegrinus notarius, Gerhardus comes Geldrie, comes de Lon, Gerhardus de Hurne et socer eius, Hermannus nobilis advocatus, Hermannus marschalcus, Godefridus camerarius et alii quamplures.

Datum Colonie anno [II] nostri presulatus, MCCXX incarnationis.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 90, S. 49.

---

No. 460.

Koning Frederik II bevestigt de tolvrijheid, door zijn grootvader Frederik I den 2<sup>den</sup> Augustus 1174 aan de Utrechtenaren te Tiel verleend. Gerard, graaf van Gelre, is onder de getuigen.

19 April 1220.

Fredericus secundus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, et rex Sicilie.

Pium duximus et equissimum decernimus progenitoris nostri, videlicet divi imperatoris, bone recordationis, domini Friderici, avi nostri,

factum solempne et benignum suas quoque iustissimas concessiones usquequaque ratas habere et inviolabiliter conservare, ipsis etiam robur regaliter prestare et firmamentum.

Accessit sane ad presentiam maiestatis dilectus consanguineus noster Otto, Traiectensis episcopus, cum privilegio ecclesie sue a memorato imperatore domino Frederico solemniter in hunc modum concesso:

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Nostri iuris, etc.

Cum igitur clementie nostre tam pia concessio et decens bene placeat, ipsam ratam habemus et regali munificentia confirmamus, volentes, quod hec eadem concessio de memorato telonio, secundum formam privilegii prescripti, inviolabili perpetuitate conservetur. Inhibemus etiam, ne aliquis hominum contra hanc confirmationem nostram temere presumat venire. Quod si quis attentaverit, decem libras auri purissimi, dimidiam partem imperiali fisco, reliquam vero sustentibus iniuriam pro satisfactione componat.

Ad huius autem rei confirmationem presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri precipimus.

Testes autem hi sunt: dominus Sifridus Moguntinensis archiepiscopus, dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, Theodericus Trevirensis archiepiscopus, dominus Albertus Magedeburgensis archiepiscopus, dominus Cunradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, Hugo Leodiensis episcopus, Theodoricus Monasteriensis episcopus, Cunradus Ratisponensis episcopus, Hartwicus Eistadensis episcopus, Ludowicus dux Bavoarie, Henricus dux Brabancie, Walramus marchio Namurensis, .. [sic.] marchio de Baden, Gerardus comes Gelrensis, Wilhelmus comes Hollandie, Theodoricus comes Clevensis, Arnoldus comes de Los, Gerhardus comes de Are, Heinricus comes de Seyne, Otto comes de Tekeneburg, Hermannus de Lippia, Wernerus de Bolant, imperialis aule dapifer, Anselmus de Iustinken marschaleus, Henricus et Hartwicus magistri coquine, Philippus de Bolant et alii quam plures fideles imperii.

Datum apud Franckenfort, anno Verbi incarnati MCC vicesimo, XIII kal. Maii, indictione octava.

Datum vero per manus domini Conradi, Metensis et Spirensis episcopi, imperialis aule cancellarii.

Naar een authentiek afschrift, den 30sten Juli 1293,  
door den kanselier Eberhardus bezegeld, oorspronkelijk in het archief der stad Utrecht.



De verklaring van den kanselier luidt: Nos Ebernardus, imperialis cancellarius, in testimonium et evidentiam omnium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in Magoncio III idus Iulii, anno Domini millesimo ducesimo nonagesimo octavo. Het zegel, dat hing aan een doorgestoken strook, is niet meer aanwezig.

De oorkonde van Frederik I, in de bovenstaande aangehaald, is die van den 2den Augustus 1174, n<sup>o</sup>. 337, bl. 331, tot aan de woorden: Ad huius autem rei confirmationem.

Koning Frederik II bevestigde op denzelfden dag, met dezelfde getuigen, het verlof door koning Philips den 1sten October 1200 aan den bisschop van Utrecht gegeven, om den tol in het Gein naar eene andere plaats te verleggen. Bondam, Charterboek, n<sup>o</sup>. 113, bl. 322.

---

No. 461.

Koning Frederik II gelast den graaf van Gelre die van Deventer en Salland te Arnhem, Oosterbeek of Lobid niet met tol te bezwaren en draagt de uitvoering op aan den aartsbisschop van Keulen.

30 April 1220.

Fredericus, Dei gratia secundus Romanorum rex semper augustus, et rex Siciliae, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum.

Notum esse volumus, quod nobis, apud Frankenvoert in curia, solempniter indicta, in iudicio praesidentibus, talis data est sententia et a principibus approbata, quod nullam auctoritatem seu warandiam thelonei vel monetae in dampnum sive praeiudicium alicuius praestare possimus. Cum igitur super theloneo et moneta, quae nobilis vir comes Gelriae asserit tenere a nobis, quaerimoniam non modicam audiverimus, significamus universis, quod nullam warandiam thelonii vel monetae ei facimus, regia maiestate firmiter inhibentes, ne vel theloneo apud Arnhem, vel Oesterbeke, sive Lobede, vel in quocunque loco super Renum, vel moneta aliqua de caetero se intromittat, non obstante eo, quod se warandiam dicit habere, nec obviantibus literis aliquibus a nobis vel nostris antecessoribus impetratis.

Datum apud Franckenvoert, in curia nostra solempniter indicta, II kal. Maii.

Dumbar, Kerkelijk en wereltlijk Deventer,  
I, bl. 458.

Fredericus secundus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, et rex Sicilie, fideli et dilecto principi suo E., sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum.

Nobis, apud Frankenvorde in curia solenniter indicta iudicio presidentibus, data talis est sententia et a principibus approbata, quod nullam auctoritatem telonei sive warandiam in damnum vel preiudicium alicuius prestare possimus. Cum igitur super teloneo, quod nobilis vir comes Gelrensis se asserit tenere a nobis, querimoniam non modicam audiverimus, regia maiestate tibi mandamus, quatenus auctoritate nostra et sub obtentu gratie nostre, eidem comiti firmiter precipias, ut nullum teloneum apud Arnhem, vel Oesterbeke, seu Lobbeke, vel in quocunque loco super Rhenum deinceps accipiat, non obstante aliqua warandia, si quam se dicit habere, nec literis aliquibus obviantibus, a nobis vel antecessoribus nostris impetratis.

Datum apud Frankenvorde, in curia nostra solenniter indicta, II kal. Maii.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 73<sup>vo</sup>, te Utrecht.

Het rijkshof te Frankfort werd in het jaar 1220 gehouden.

De stukken, die bijeen behooren, bevatten de uitspraak over een geschil, dus over een bepaald geval. Uit de oorkonden van 4 Januari 1223, n<sup>o</sup>. 470, bl. 473, schijnt dan ook te blijken, dat de zaak betrof eene klachte van den bisschop van Utrecht over onrechtmatige tolheffing van die van Salland en Deventer. Dit is ook op te maken uit het geen voorkomt in: De rebus Ultraiectinis auctoris incerti narratio historica, p. 16, door gemis van tijdsbepaling trouwens vrij verward. Vgl. Dumbar t. a. p. Neemt men dit niet aan, dan zijn de aangehaalde oorkonden in strijd met de machtiging door keizer Frederik II in Maart en April 1222 aan graaf Gerard gegeven, om den tol van Arnhem naar Lobid te verplaatsen, n<sup>o</sup>. 465, bl. 468, en de nadere bevestiging door zijn zoon in Mei 1224, n<sup>o</sup>. 474, bl. 477.

#### No. 463.

Heseke, weduwe van Rijswijk, geeft aan het klooster Mariënweerd een praedium te Spijk.

October 1220.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego Otto, Dei gratia Traiectensis episcopus, notum esse volo, tam praesentibus quam futuris, quod Heseke, vidua de Risuwic, in nostra praesentia constituta, saluti animae suae providens, praedium, quod apud Spyc possidebat, ecclesiae b. M[ari]ae in Insula dono perpetuo contulit libere possidendum. Ne quis autem praedictam ecclesiam in praefatis bonis ausu temerario molestare praesumat, nos hanc donationem providam et laudabilem praesenti pagina, nostro sigillo robora-  
rata, duximus confirmandam. Si quis vero, etc.

Huius rei testes sunt: Theodoricus prepositus Daventriensis, Gerardus

sacerdos de Bethleem, Alardus nobilis vir de Buren, Arnoldus Loef, Albertus de Wolvin, Ghiselbertus camerarius, Everardus castelanus de Montfort, Alardus de Ravenswade.

Acta sunt haec anno incarnationis Dominicae MCCXX, mense Octobris, pontificatus nostri anno sexto.

Cartularium van Mariënweerd.

N<sup>o</sup>. 464.

De proost en het kapittel van Halem keuren goed de opdracht van het ius patronatus van Lobberich en van de halve tiende, door wijlen gravin Alveradis van Molbach aan de abdij Knechsteden gedaan, doch waartoe zij geen recht had, als zijnde gestorven, zonder kinderen na te laten.

In het jaar 1221.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Lupertus, Dei gratia prepositus, totumque capitulum ecclesie in Halem universis, tam futuris quam presentibus, quorum conspectui presens scriptum oblatum fuerit, in perpetuum.

Quoniam variabilis est animus hominis, nec unquam in eodem statu permanet, memoria etiam eius labilis est, ne facta priorum a memoria excidant posterorum et ex varietate animorum presens turbari possit negotium, inde est, quod significamus universitati vestre: Cum Alveradis, comitissa pie memorie in Molbach, ius patronatus ecclesie in Lubbruch et dimidietatem decime ibidem eo iure, quo parentes eius, felicis recordationis, tenuerant, teneret ab ecclesia nostra, videlicet, quod de dimidietate decimarum eiusdem ville XVIII solidos Coloniensis monete per singulos annos patronus nomine pensionis nobis persolveret et pastor ibidem de altera decimarum dimidietate, ad quam tantum presentabatur ab initio, v solidos eiusdem monete, intuitu nostri dominii, nobis annuatim exhiberet, ipsa comitissa divinitus inspirata, de seitu et consilio ministerialium suorum, contulit monasterio in Knechsteden, ad supplementum stipendiorum fratrum ibidem Deo famulantium, quidquid iuris in dicta ecclesia habebat, pro remedio proprie ac parentum suorum animarum, postulans a nobis humiliter et devote pro ipso monasterio et cum ipso, ut factum eius, quod sine nobis robur habere non poterat, nostre approbationis solidaremus firmamento. Nos itaque, non ignorantes in ipso facto iuris nostri iniuriam, utpote si dicta comitissa, sicut erat expers legitime sobolis, decederet, quod patronatus in prefata ecclesia ad nos libere rediret cum decima et absolutus, ob reverentiam tamen comitisse et dilectionem iam dicti

monasterii Knechstedenis, assensum dedimus per omnia postulatis. Et ad habundantem cautelam ius patronatus cum decima, quod comitissa monasterio contulerat, ipso iure quo possidebat, fratribus in capitulo eorum manu ad manum tradidimus.

Et ne hoc pietatis opus aut calumniari aut violari in posterum valeat, de comitisse et nostro facto presentem conscribi fecimus paginam, nostro et ecclesie nostre sigillo communitam.

Huius facti testes sunt: Lutharius comes de Hostaden, Walterus, Arnoldus frater eius de Greverode, Philippus sacerdos de Hensbec, Theodericus sacerdos de Virschene.

Acta sunt hec anno Domini incarnationis MCCXXI.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 96, S. 52.

Zie oorkonde van 26 April 1245.

---

No. 465.

Keizer Frederik II machtigt, onder zijn gouden zegel, op raad en met toestemming der rijksvorsten, Gerard, graaf van Gelre, den tol te Arnhem, dien zijn vader Otto en hij van het rijk in leen hadden, naar Lobid te verplaatsen; geeft daarvan aan allen kennis; wat ook geschiedt door de aartsbisschoppen van Keulen en Trier, den hertog van Beieren, den paltzgraaf van den Rijn, den landgraaf van Turingen en den paltzgraaf van Saksen.

Maart en April 1222.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fredericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, et rex Sicilie, universis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in perpetuum.

Dignum est et a rationis tramite non discordat imperialemque condecet magnificenciam, gratie nostre favorem propencius hiis impertiri eorumque profectibus vigilancius insistere, qui nostri culminis ferventius zelantur honorem, de quorumque fidei puritate certa colligimus et habemus argumenta.

Ad tam presentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod, cum Rex regum per sue miseracionis elemenciam ad Romani regni nos apicem sublimasset, dilectus noster et fidelis Gerardus, comes Gelrensis, devoti affectus et affectione devocionis multiplici exhibitione in nostre promocionis exordio tam preclara sub rerum et terre sue magno dispendio celsitudini nostre laudabiliter impendit obsequia, quod nos, sua considerata fidelitate, in recompensacionem sui servicii, nobis liberaliter exhibiti, de consilio et assensu principum imperii,

theloneum, quod tam pater suus Otto, bone memorie, quam ipse apud Arnheim ab imperio tenebant in feodo, concessimus eidem ad villam, que Lobedde dicitur, Traiectensis diocesis, transferendum, quatinus ipse et sui heredes illud in eadem villa Lobedde ad commodum et utilitatem suam percipiant et perpetuo teneant ab imperio iure feudali, ut tanto propencius in nostra devocione et fidelitate fervescat, quanto amplius se senserit de nostre sublimitatis gratia commoda percepisse gratiora. Nos igitur, nostre magnificentie concessionem ratam habentes, de consilio quoque et consensu principum imperii ipsam confirmantes, presens privilegium ad eiusdem firmitatem perpetuam et evidenciam fieri et bulla aurea, typario nostre maiestatis impressa, iussimus communiri. Statuentes et auctoritate presentis privilegii precipientes firmiter, ne qua ecclesiastica secularisve persona huic nostro facto temere contraire presumat, quod qui fecerit in sue temeritatis vindictam centum libras puri auri componat, medietatem camere nostre et alteram medietatem iniuriam passis persolvendam.

Huius rei testes sunt: Albertus Madeburgensis archiepiscopus, Engelardus Nuenburgensis episcopus, Henricus Wormatiensis episcopus, Conradus Hildensheimensis episcopus, Albertus Tridentinus episcopus, Otto prepositus Aquensis, Thipoldus marchio de Hoymburg, Reynaldus dux Spoleti, Bernardus de Horstmar, Arnoldus de Gyminingh, Conradus de Tremonia et alii quamplures.

Signum domini Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, et regis Sicilie.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo secundo, mense Marci, indictione xi, imperante domino Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, et rege Sicilie, anno Romani imperii eius secundo, regni vero Sicilie xx [xxiv] feliciter. Amen.

Datum Ferentini, anno et mense et indictione prescriptis.

Register A, p. 1, te Arnhem.

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, et rex Sicilie.

Imperialis munificentia id vere suis usibus applicat, quod sibi devotis et benemeritis fidelibus elargitur.

Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos, attendentes sinceram fidem et devotionem, quam predecessores dilecti fidelis nostri, comitis Gerardi de Gelre, habuerunt ad Romanum imperium et ad predecessores nostros, memorie

recolende, attendentes etiam grata plurimum et accepta servitia, que idem comes Gerardus maiestati nostre hactenus exhibuit et poterit in antea de bono in melius exhibere, commutationem theolonei de Harnehem, quod sui predecessores ab imperio tenuerunt, quam, de consilio principum nostrorum et specialiter de consilio dilecti principis nostri, venerabilis Coloniensis archiepiscopi, sibi fecimus apud Lobed, in archiepiscopatu Coloniensi, sicut in privilegio, sibi a nostra regia maiestate concesso, plenius continetur, eidem comiti et heredibus suis de nostre munificentie gratia in perpetuum confirmamus. Mandantes et iniungentes firmiter universis, quatinus nullus sit, qui predictum comitem, fidelem nostrum, super predictis, contra hanc nostre confirmationis paginam, molestare presumat.

Ad huius autem confirmationis nostre memoriam presens privilegium fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum apud Aquin, anno Dominice incarnationis millesimo ducesimo vicesimo secundo, mense Aprilis, indictione decima.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 100, S. 55.

Engelbertus, Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in Christo renatis, presens scriptum intuentibus, salutem in vero salutari.

Ad ignorancie scrupulum evitandum, universis cupimus innotescere, quod dominus noster Fredericus, Romanorum imperator semper augustus, et rex Sicilie, nobili viro Gerardo, comiti Gelrensi, ob preclara servitia, que in primordio sue exaltacionis ei, sub magno rerum et terre sue dispendio, exhibuit, theloneum, quod Otto, pater suus et ipse apud Arnheim ab imperio tenebant in feudo, de nostro et aliorum principum consilio, ad villam, que Lobbede dicitur, Traiectensis dyocesis, transferendum concessit, ut illud ibidem ipse et sui heredes percipiant et ab imperio perpetuo teneant iure feudali.

In cuius rei testimonium presenti carte sigillum nostrum fecimus appendi.

Ludovicus, Dei gracia dux Bawarie, etc. dedit litteram de verbo ad verbum Gerardo, comiti Gelrensi, sicut Engelbertus archiepiscopus predictus.

Register A, p. 2, te Arnheim.

Uit eene aantekening van Lacomblet, a. p., blijkt, dat door etc., achter dux Bawarie, verstaan moeten worden de overige vorsten, door mij in het opschrift vermeld.

Ik voeg deze drie stukken, om het nauw verband, waarin zij tot elkander staan, bijeen. Zie n<sup>o</sup>. 461 en 474, bl. 465 en 477.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij koning Hendrik VII Hendrik, hertog van Brabant, bevestigt in het bezit der leenen van koning Philips ontvangen.

In Mei 1222.

Henricus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus hoc scriptum videntibus, imperpetuum.

Noverint, tam presentes quam futuri, quod nos, pensatis meritis et obsequio, etc.

Testes: Sifridus Moguntinus, Engelbertus Coloniensis, Theodericus Trevirensis archiepiscopi, Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, Hugo Leodiensis episcopus, abbas Indensis, comes Palatinus, Gerardus de Gelren, Theodericus de Cleve, Florentius de Hollandia, Luscel de Hostade, comites, Theodericus de Heinsberge maior advocatus in Colonia, dapifer Wernerus de Bollandia et alii quam plures, tam nobiles quam ministeriales.

Actum apud Aquisgranum, in sollempni nostre coronationis curia, anno Dominice incarnationis MCCXXII, mense Maio.

Register der Rekenkamer n<sup>o</sup>. 1, p. 5, te Brussel.

---

N<sup>o</sup>. 467.

Gerard, graaf van Gelre, getuige van koning Hendrik VII bij de bevestiging der voorrechten der kerk van s. Servaas te Maastricht.

9 Mei 1222.

- In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus septimus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Cum privilegia ecclesiarum, etc.

Datum Aquisgrani, Dominice incarnationis anno MCCXXII, septimo idus Maii, indictione decima.

Testes hii sunt: Syfridus Maguntinus, Engelbertus Coloniensis, Theodericus Treverensis, archiepiscopi, Hugo Leodiensis, Otto Traiectensis, episcopi, Henricus dux Brabantie, Gerardus comes de Gelren et alii quamplures.

Ego Conradus cancellarius recognovi.

Compte-rendu des séances de la commission  
d'histoire, IX, 3<sup>me</sup> Serie, p. 31.

Het oorspronkelijke is te Maastricht.

Koning Hendrik VII bevestigt het s. Adalbert-Stift te Aken in zijne bezittingen te Ommeren, Maurik, Deest en Varik.

11 Mei 1222.

C. In nomine sanctę et individue Trinitatis.

Heinricus septimus, divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus.

Ad eterne vite premium, etc.

Similiter eorum bona in ---- Umere, Maldrike, Diest et Valdrike, cum omnibus eorum pertinentibus, in Ûthe et de Moldeke tertiam partem et alias ubicunque sita, et hominibus ipsis pertinentibus, cum omni iure, iudicio et utilitate, prout eidem ecclesie collata sunt et in privilegiis imperatorum sive regum confirmata, imperiali auctoritate per paginam presentem ipsi ecclesie in perpetuum confirmamus.

Statuentes, etc.

Huius rei testes sunt: Engelbertus Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Sifridus Maguntinensis archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Hugo Leodiensis, Otto Traiectensis, Adolphus Osenbrugensis, Conradus Mindensis, Otto Werceburgensis, Sifridus Augustensis, episcopi, Heribertus Werdenensis, Florentius Indensis, abbates, Heinricus dux Lotharingie, Otto dux Bawarie, Ludewicus comes de Wirtenberc, Gerardus comes de Diets, Tidericus dominus de Heinesberc, Gerlacus de Budingen, Warnerus de Bolant, Gerardus de Sinceke, Heinricus de Rodenburc et alii quam plures.

Signum domini Henrici septimi, Romanorum regis invictissimi.

Ego Conradus, Spirensis et Metensis episcopus, vice domini Sifridi, Maguntinensis sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXXII, indictione X, regnante domino Heinrico septimo, Romanorum rege invictissimo, anno regni eius et consecracionis eius Aquisgrani primo.

Datum Aquisgrani, v idus Maii, feliciter. Amen.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 102, S. 56,

naar het oorspronkelijke.

N<sup>o</sup>. 469.

Sweder van Ringelenberg, de tweede, en zijne vrouw Beatrix geven de curtis Starkerode bij de kerk te Winterswijk aan het klooster Bethlehem, waarin zijn vader Sweder ongeveer drie jaren monnik was en begraven is.



In het jaar 1223.

Suetherus in Rinkellenberg, universis Christi fidelibus, hoc scriptum intuentibus, in vero salutari salutem.

Que geruntur in tempore, ne cum // lapsu temporis labantur, solent scripti memoria perhennari.

Inde est, quod universitatem vestram scire volumus, quod ege Suetherus secundus de // Ringellenberg et uxor mea Beatrix et heredes nostri curtem quandam, que dicitur Starkerode, prope ecclesiam Winterswic locatam, cum omnibus attinen//tiis suis, ecclesie beate Marie in Bethlehem, in parochia Dutthinchem fundate, in qua pater meus Suetherus, sumpto religionis habitu, fere tribus annis domino Deo fideliter servivit et ibidem requiescit - - - - contradidimus, etc.

Testes autem huius rei sunt: Otto, Osnaburgensis ecclesie episcopus et eiusdem ecclesie canonicus, Willehelmus prepositus, Gerhardus, Godfridus, prefate ecclesie canonici, Stephanus, miles, Walravenus, miles, et alii quam plures, tam clerici quam laici.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ccxxiii.

Naar het oorspronkelijke in het archief van  
Gelderland, met zegel van groen was aan  
groen zijden draden.

Sweder, de vader, is zeer waarschijnlijk dezelfde, die voorkomt in de oorkonde n<sup>o</sup>. 453, bl. 457.

---

No. 470.

Keizer Frederik II gelast bij vernieuwing Gerard, graaf van Gelre, die van Deventer en Salland niet met tol te bezwaren en geeft hem daarvan kennis.

4 Januari 1223.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, et rex Sicilie, universis, presentes literas inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum.

Quia, cum apud Franckenforde in curia, solemniter indicta, iudicio presideremus, per principes, qui ibidem aderant, talis data fuit sententia et ab eisdem approbata, quod nullam auctoritatem sive warrantiam telonei in damnum vel preiudicium alicuius nostra prestare serenitas potuisset, quare, cum de comite Gelrensi super teloneo, quod se a nobis asseruit tenere, clamor conquerentium non modicus aures excellentie nostre pulsaverit, sub obtentu gratie nostre, eidem comiti dedimus in mandatis ac penitus prohibuimus, quod nullum

teloneum apud Arnhem, vel Oesterbeke, seu Lobede, vel in quocunque loco super Rhenum deinceps acciperet vel haberet, non obstante aliqua warandia, quam se dixit habere, nec aliquibus literis obviantibus, a nobis vel predecessoribus nostris impetratis, super his literas apertas universis, eas inspicientibus, destinantes. Verum, quia idem comes in his mandato et scripto nostro temere contraire presumens, postmodum teloneum sibi prohibitum non solum extorquere, immo etiam, quod gravius est, in dispendium episcopi Traiectensis et ecclesie sue homines suos de Daventria et Sallandia novis teloneorum exactionibus apud Lobbeke presumpsit aggravare, nolentes igitur, ut per violentiam comitis prefati episcopo iam dicto et ecclesie ipsius, occasione premissi telonei, aliquod preiudicium fiat, ulterius literas, quas super inhibitione eiusdem telonei indulsimus, confirmantes, innovamus ac iterato imperiali auctoritate warandiam telonei apud loca memorata et in aliis locis super Rhenum sepedicto comiti contradicimus et, ne teloneum deinceps accipiat, penitus inhibemus. Si vero idem comes, quod non credimus, huic nostre contradictioni ac inhibitioni contrarius existerit, ipsum etiam indignationem nostri culminis incurrisse et a gratia maiestatis nostre exclusum penitus cognoscatis.

Actum apud Prechm̄, pridie nonas Ianuarii, XI indictione.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, et rex Sicilie, fidei suo G., comiti Gelrensi, gratiam suam et omne bonum.

Intelleximus, quod tu, post inhibitionem mandati nostri apud Franckenforde in solenni curia sententialiter factam, venerabilem Traiectensem episcopum, dilectum consanguineum et principem nostrum, et ecclesiam ipsius indebitis exactionibus telonei apud Lobedde et aliis gravaminibus multipliciter aggravas et molestas, immo, quod gravius est, ab hominibus castri sui Davantre et terre sue Sallandie de novo teloneum extorques in ipsius et ecclesie sue preiudicium et gravamen. Cum igitur ex officio commissi nobis regiminis, ecclesiarum iura defendere tenemur ac conservare, fidelitati tue, sub obtentu gratie nostre, firmiter precipiendo mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus telonei et aliis gravaminibus, que eidem episcopo et ecclesie sue hactenus irrogasti et adhuc inferre non formidas, omnino desistas, teloneum et maxime ad gravamen episcopi et hominum terre sue per te de novo institutum, penitus abolendo; indubitanter seiturus, quod, si in huiusmodi mandati nostri executione iterato tibi facti contra tenorem literarum, quas super his omnibus, eas inspicien-

tibus, de novo direximus, negligentem te gesseris, non solum maiestatem nostram offendisse, sed a gratia nostra te scias penitus alienum.

Datum apud Prechm.

Liber donationum ecclesiae maioris  
Traiectensis, p. 72 en 73.

Zie n<sup>o</sup>. 461, bl. 465.

De uitgaven dezer oorkonden hebben, als plaats waar zij opgemaakt zijn: Brechman. Zij is Prechina, thans Apricena, in Italië, waar keizer Frederik II in Januari 1223 meer stukken uitvaardigde, te vinden bij Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica Friderici secundi*, II, p. 282 vlg.

---

N<sup>o</sup>. 471.

Hendrik van Kessenich en Argentel geeft een gedeelte van het bosch Bakenboch bij Odilienberg, dat Theoderich van Kukenbusch van hem in leen had, aan het klooster te Heinsbergen, met voorbehoud voor zijne curtis Werde van het recht van timmerhout te houwen en brandhout te sprokkelen.

2 Maart 1223.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Heinricus, Dei gratia dominus de Kesnik et de Argentel, omnibus, tam presentibus quam futuris, ad quos presentis scripti notitia pervenerit, in perpetuum.

Expedit saluti nostrae, etc.

Ad notitiam proinde presentium pervenire desideramus et futurorum, quod nemoris in Bakenbuch prope Udelenberge media pars, in duabus eius per omnia partibus et locis legitimum et proprium allodium omnium predecessorum nostrorum, iusta et legitima successione linea nobis accessit, tertiamque partem ipsius medietatis allodium fore Udelbergensis ecclesiae toti, eius viciniae, sine omni constata ambiguitate. Sane quidam ministerialium nostrorum, Theodericus videlicet de Kukenbusch, a nobis in dicto allodio inphodatus, de consensu et bona voluntate nostra, omne ius pheodi huius cenobio beatae Mariae virginis in Heynsberg pro numerata pecunia, in multorum presentia et testimonio, vendidit omnemque possessionis habitum, quo iuste et quiete in eo gavisus est, in manus nostras resignando defestucavit. Nos autem de sententia comparum suorum ac familiarium nostrorum, sine omni prorsus contradictione, de dicto allodio pro bene placito nostro disponere valentes, ex libero arbitrio et bonae voluntatis nostrae liberalitate, Iesum Christum et gloriosam virginem b. Mariam nostrae transitoriae hereditatis heredes habere cupientes, pro predecessorum nostrorum eterna requie et nostra nostrorumque successorum salute

perpetua, sepefatum allodium in Bakenbuch, cum omni situ et locis nobis attinentibus, in honore Christi et sanctissimae matris eius, dicto cenobio Heynsbergensi iure proprietatis perpetuo obtulimus possidendum, ius nostrum, quod sala dicitur, secundum consuetudinem nobilium, tam cespitis quam rami viridis exhibitione, conferendo. Ius tamen quoddam in eodem nemore, quod curtis nostra in Werde habet, scilicet incisionem necessariam priorum tantum edificiorum et ad usum ignis proprii collectionem lignorum, quae dicuntur doufholt, eidem curti retinimus, sub certae fidei et conventionis astipulatione preordinantes pariter et adiicientes, quod prorsus nullus unquam hominum iuris huius potestatem emptione seu ulla commutatione, preter saepedictum Heynsbergence cenobium, debeat adipisci.

Ut autem, etc.

Horum autem testes sunt: Iohannes plebanus in Linne et decanus Suestrensis capituli, Arnoldus miles de Orsbeke, Wilhelmus cognomine Faba, Godefridus, Winricus Krimpunt, Wilhelmus de Valis, Arnoldus de Rode et alii.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCCXXIII, VI nonas Martii.

Notice historique sur l'ancien comté de Hornes  
et sur les anciennes seigneuries de Weert,  
Wessem, Ghoor et Kessenich par M. I. W[olters],  
no. 40, p. 271.

Volgens mededeeling van den heer Habets, te Berg-Terblyt, stond het stift te Susteren zijn aandeel in het bosch in het jaar 1249 aan het klooster te Heinsbergen af.

#### No. 472.

Giselbert van Amstel verklaart, dat hij zijne vrouw, zonen en erfgenamen afstand heeft laten doen van de goederen in Naardingerland, welke hij bij privilegie van de abdis te Elten bezat, zoodat zij na zijn dood geen ander recht op die goederen hebben, dan bij gunst van genoemde abdis.

In het jaar 1224.

Ego Giselbertus, miles de Amestelle, noticie, tam presentium quam futurorum, presenti pagina duxi significandum, quod uxorem meam, filios et heredes meos bonis in Nardingherlant, que teneo cum privilegio a domina abbatissa in Elten, feci renuntiare taliter, ut post vitam meam in eisdem bonis nichil iuris obtineant, nisi per gratiam eiusdem loci abbatisse.

Hoc factum est in presentia domini Ottonis episcopi et prelatorum ac ministerialium ecclesie Traiectensis, quorum nomina sunt hec:

Wernerus abbas sancti Pauli, Reymboldus maior decanus, Wigherus prepositus sancti Petri, Guozuinus prepositus sancti Iohannis, Bertoldus, prepositus Oldenselensis, Wolfrinus decanus sancti Salvatoris, Arnoldus Loef, Everardus de Montfort, Alfarodus marscalcus, Stevin pincerna, Albertus iunior de Vulvin, Hermannus de Worden, Amilius de Insula et Ernestus de Everdinc.

Actum apud Traiectum, anno ab incarnatione Domini MCCXXIII.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland, I,  
no. 258, bl. 168.

Volgens De Saint-Genois, Monuments anciens, p. 432, was het oorspronkelijke te Mons.

---

No. 473.

Paus Honorius III bevestigt het kapittel te Xanten in het bezit der curia Rinderen.

20 April 1224.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis preposito et capitulo Xantensi salutem et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios, etc.

Specialiter autem de Monemente et de Rinare curias cum pertinentiis suis, nec non possessiones, domos ac alia bona vestra, sicut ea omnia iuste, canonice ac pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani, XII kal. Maii, pontificatus nostri anno octavo.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
III, no. 76, S. 181.

Honorius werd Paus den 18den Juli 1216.

---

No. 474.

Koning Hendrik VII vergunt, op last van zijn vader keizer Frederik II en met raad der rijksvorsten, aan Gerard, graaf van Gelre, den tol van Arnhem, dien zijn vader en hij van het rijk in leen hadden, naar Lobid te verleggen.

Mei 1224.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Heinricus septimus, divina, sancta clemencia Romanorum rex et semper augustus.

Regiam nostram concedet maiestatem ad illos gracie nostre favorem promptius extendere, qui, nostris fidelibus insudantes obsequiis, ad ea se studio gerunt prompciori, que ad nostri honoris conducunt augmentum.

Quapropter noverint, tam presentes quam futuri, quod nos Gerardo, comiti Gelrensi, dilecto et fideli nostro, cuius fidei puritatem dominus noster imperator, pater noster, et nos sepius circa promocionem imperii Romani sumus experti, quique sibi in sue exaltacionis primordio sub rerum et terre sue magna iactura preclara et multimoda exhibuit servicia, de ipsius patris nostri mandato, consilio et assensu principum, theloneum, quod Otto, pater suus, et ipse ab imperio apud Arnheim tenebant in feudo, indulimus ad villam, que Lobedde dicitur, Traiectensis dyocesis, transferendum, quatinus illud ibidem ipse et sui heredes ad commodum et utilitatem suam percipiant et perpetuo possideant iure feudali.

Ut igitur hoc factum nostre celsitudinis a nobis et successoribus nostris firmum servetur et inconvulsum, presentem paginam in huius rei evidenciam et firmitatem conscribi fecimus et nostre serenitatis sigillo communiri, statuentes et presentem privilegii auctoritate firmiter precipientes, ne aliqua ecclesiastica seu mundana persona huic nostre concessioni temere presumat contraire.

Huius rei testes sunt: Syfridus Maguntinensis archiepiscopus, Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Theodericus Eripolensis episcopus, Sifridus Augustinensis episcopus, Heinricus Wormathiensis episcopus, Heinricus abbas Prumensis, Lodewicus dux Bawarie et Palatinus comes Reni, Lodewicus lantgravius Thuringie, Hermannus marchio de Baden, Gerardus comes de Diez, Ditgerus comes de Katzenellenboge, Hermannus comes de Waldenberg, Henricus et Robertus comites de Nassawe, Henricus comes de Zeyne, Adulphus comes de Marchia, Henricus de Munyogen, Gerlacus de Budingen, Bernhardus de Horstmar, Burgardus burgravius de Querenvorde, Hermannus de Molenarke, Anselmus imperialis schenescalcus et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Franckenvoirt, anno gracie MCCXXIII, indictione XII.

Register A, p. 1v<sup>o</sup>, te Arnheim.

In Mei van het jaar 1224 werd er te Frankfort eene solemnis curia gehouden. Zie n<sup>o</sup>. 465, bl. 468.

Gerard, graaf van Gelre, bestemt met zijne vrouw Margaretha en zijn zoon Otto voor zijne moeder Richardis, die in de Cisterciënser-orde getreden was en in den vreemde wilde gaan, de kerk op zijn praedium te Roermond tot een klooster van die orde en begiftigt het met onderscheiden goederen, waaronder het patronaat met de tienden en bosschen van Nieuwkerk en Aldekerk te Gelder, van Witten en Veenraai.

16 Juni 1224.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Gerhardus, comes Gelrensis, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Eo, qui est salus omnium.

Que geruntur // in tempore, ne labantur / cum tempore, poni solent sub lingua testium et scripture memoria perennari.

Ideo siquidem notum esse cupio, tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis mater mea, Richardis nomine, secularibus negotiis fastidita, sancti Spiritus inspirante gratia, veterem hominem exuere et novum, videlicet Cisterciensis ordinis, habitum inducere, // decrevisset, extra fines proprios in partes extraneas proposuit declinare, unde non modica correptus tristitia, cum amicorum meorum una mecum instantia ab hoc tandem proposito vix fuerat reclinata, ipsam enim in propriis patrie malebam prediis degere sub ordine desiderato, quam in alienis partibus predicto modo conservari. Igitur ego Gerardus et Margareta coniux mea, una cum filio nostro Ottone, pium eius desiderium studentes promovere, supplicatu nostro cum personis Cisterciensibus, tam fratrum quam sanctimonialium Cisterciensis ordinis, sibi provide deputatis, in opidum nostrum Ruremunde honorifice perduximus et ecclesiam beate Marie semper virginis, ibidem in predio nostro constructam, cum omni iure suo, quod nobis dignoscebatur attinere, et preterea XL areas circumiacentes, et tres areas, quas contulit quidam Hermanus, cum Auca dictus, cum omnibus attinentiis suis atque bona alia, que in presenti pagina consequenter inveniuntur expressa, in remedium animarum nostrarum, parentum ac predecessorum nostrorum, Deo et beate Marie perpetue virgini obtulimus, conferentes ea venerabili matri nostre, in eadem ecclesia abbatisse, ac conventui ibidem Domino deservienti perpetuo possidenda; ius quoque patronatus ecclesiarum Gelren, videlicet Nove et Veteris, cum totali decima et silvis ac aliis attinentiis suis; patronatum ecclesie Wettene, cum totali decima et silvis ac ceteris attinentiis suis; patronatum ecclesie Rodhe, cum totali decima et silvis atque aliis attinentiis suis. Decimam tamen earundem ecclesiarum

statuimus sic ut nunc esse permanendam et silvas sine consensu nostro nec vastandas omnino nec in novalia redigendas. Statuimus quoque easdem ecclesias nulli clerico seculari, set fratribus predicti cenobii conferendas, et, si prefatus conventus fratrum defectum patitur, seculares clericos tanquam vicarios instituat. Preterea unam marcam ad luminaria predictae ecclesie de fermento cerevisie, quod vulgo grut nuncupatur, annuatim exolvendam, et tantum eiusdem fermenti, quantum sepedictus conventus ad cerevisiam necesse habuerit, ordinavimus ipsi perpetuo administrandum. Quidam autem nomine Godefridus de Mirlare dimidium mansum in Hamme, qui IIII solidos Leodiensis monete singulis annis solvit, a nobis iure feodotali tenuit, quem cuidam nomine Siberto de Biersbeke simili iure quo tenuerat concessit, qui quoque quendam, Winandum nomine, hereditario pacto in prefatam terram, videlicet predictorum solidorum instituit, quam vero terram, consensu prenominatorum virorum, comparvit supranominati loci conventus. Nos igitur, ut nichil de contingentibus omitteretur, sepedictos solidos, in reverentiam matris misericordie, eidem conventui perpetuo donavimus. Item unum molandinum in Rura et quartam partem unius iugeris, iuxta curiam Muckenbruke, prelibato conventui contradidimus in perpetuum possidendam. Preterea nulla bona, nobis attinentia, prefato conventui sine nostro consensu liceat comparare. Tali vero conditione interveniente, bona superius memorata cum attinentiis suis sepedicto conventui contulimus, ut si casu eundem conventum de loco, in quo nunc est, in alium locum, sine nostro consensu, transferri contigerit in posterum, supradicta bona ad nos libere redeant possidenda.

Preterea ne aliquis successorum nostrorum, repletus invidia, sepedicta bona prenominato conventui minuere valeat, aut omnimodis auferre, presentem paginam nostri sigilli munimine roboravimus.

Testes vero vir: nobilis Henricus de Monte et Waltherus de Eile, quoque Gerhardus de Barsdunc et Henricus frater suus et Arnoldus de Wachteldunc, Gerhardus de Rothem, Theodericus advocatus de Ruremunde et Nycolaus scriptor et alii quam plures.

Datum Traiecti, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo quarto, sexto decimo kalendas Iulii.

Naar het oorspronkelijke van den heer Guillon,  
te Roermond, waaraan het zegel aan groen  
zijden draden gehangen heeft.

Aan de welwillendheid van den heer Guillon ben ik nog verplicht de inzage van een ander oorspronkelijk van dezelfde oorkonde, ook in zijn bezit. Het is kleiner



van oppervlakte en schrift. Het einde van elk der drie eerste regels wijs ik aan met één streepje. Het zegel heeft aan rood zijden draden gehangen.

Het verschilt, wat den inhoud aangaat, van het afgedrukte in het volgende :

Bl. 479.

regel 21, staat *quadraginta* in plaats van *xl*, en ontbreken de woorden : *et tres tot en met dictus*.

„ 28, *etiam* in plaats van *quoque*, en niet *Nove et Veteris*, maar *Veteris et Nove*.

„ 32, *Silvas* in plaats van *Deciman*.

Bl. 480.

regel 1, ontbreken de woorden : *sic ut tot en met silvas*.

„ 2, *neque* in plaats van *nec*, en ontbreken de woorden : *Statuimus tot en met Preterea*.

„ 7en8, *preterea, prefatus en usus proprios*, in plaats van : *et, sepe dictus en cerviciam*.

„ 10, *Hertene* in plaats van *Hamme*.

„ 12, *feodali* „ „ „ *feodotali*.

„ 13, *etiam* „ „ „ *quoque*.

Bij de getuigen is de voornaam van den eersten *Henricus*, staat *et* in plaats van *quoque*, en is de volgorde : *frater suus Henricus, et Gerhardus de Rotheim et Arnoldus de Wachteldunc*, en is de naam van den schrijver met eene *k* gespeld.

In het jaar 1219 werd in het algemeen kapittel der Cistercienser-orde bepaald : *Petitio comitis Gelrensis de construenda abbatia monialium committitur abbatibus de Villarie in Brabantia et Campensi, qui ea, quae in tali negotio requirenda sunt, diligentius inquirant et quae invenerint sequenti capitulo ostensuri*. *Martene et Durand, Thesaurus novus anecdotorum, iv, p. 1326*.

*Margaretha*, die hier als vrouw van graaf Gerard voorkomt, was de dochter van *Henrik*, hertog van Brabant, en van *Mechteld* van Vlaanderen, aan hem in het jaar 1206 verloofd. Zie n<sup>o</sup>. 414, bl. 421.

---

#### N<sup>o</sup>. 476.

*Hendrik* van Amersfoort verkoopt met zijne vrouw *Reseke* goederen te *Spijk*, *Enspijk* en *Beesd* aan het klooster *Mariënweerd*, ten overstaan van den richter in wiens gebied zij gelegen waren, bevestigt dit voor den bisschop van *Utrecht* en stelt borgen.

In het jaar 1224, vóór 22 Juli.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Ego *Henricus*, miles de Amersfort, notum esse cupio, tam praesentibus quam futuris, quod ego omnia mea bona, quae propria habui in *Spich*, cum aliis bonis propriis attinentibus in *Einspich*, in *Beseth*, cum omni iure attinente, tam in agris quam in areis, necnon in pascuis et paludibus, cum consensu uxoris meae *Reseke*, ad quam eadem bona iure hereditario fuerunt devoluta, domino *Godefrido* abbati et suo conventui in *Insulam sanctae Mariae* vendidi et similiter

cum praefata uxore mea coram iudicio in iurisdictionem, ubi bona sita sunt, eadem bona resignavi et proprietatem supradicto abbati et suae ecclesiae, apposita manu uxoris meae, iure perpetuo assignavi. Praeterea, ad maiorem solempnitatem et firmitatem faciendam, coram venerabili domino nostro, Ottone, Traiectensi episcopo, comparui et coram eo praedictam venditionem solempnisari et stabilari eamque suo scripto feci confirmari. Insuper promisi praefatam ecclesiam ab omni calumpnia, si qua super praedictis bonis occasione mei mota fuerit, absolvere et indempnem servare. Et super hoc fideiussores dedi: nobilem virum Alardum de Buren, Ghiselbertum de Amestelle, Stephanum pincernam et fratrem eius Winemarum, Alfardum marescalcum, Albertum de Vulvinne et filium eius Albertum, Amelium Utenwerde, Arnoldum de Amersfort, Theodoricum cosm̄ [sic], Theodoricum Splinther de Vechten, Fredericum de Vulvinne, Arnoldus Rampen de Wale, Ernest de Everdige et fratrem Engelbertum, Gerhardum de Hermalen.

Testes autem affuerunt: dominus Theodoricus decanus, magister Hermannus, Conradus, Ghiselbertus, magister Wilhelmus, canonici sancti Iohannis in Traiecto, et alii plures.

Ut autem hoc factum incon vulsum et stabile perhenniter perseveret, praescriptis testium et fideiussorum nominibus, apposis sigillis domini Theodorici, decani sancti Iohannis in Traiecto, et fratris eius Ghiselberti de Amestelle, nobilis viri Alardi de Buren et Stephani pincernae, per presens scriptum istud factum utile duxi irrefragabiliter confirmare.

Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis MCCXXIII.

Cartularium van Mariënweerd.

In dat Cartularium volgt de bevestiging van deze gift door Otto, bisschop van Utrecht, data xi kalendas Augusti [22 Juli], anno Dominicae incarnationis MCCXXIII, pontificatus nostri VIII anno.

#### No. 477.

Oude giften aan de kerk te Xanten gedaan te Wamel, Griethuizen, Keken, Puiffik en Meer.

Tusschen de jaren 1225 en 1238.

Martis VII. Obiit Godefrid, presbiter, primo prepositus et frater noster, postea canonicus sancte Marie in Steinvelde, a quo habemus tria talenta, unum de ecclesia in Wamele et unum de ecclesia in Renen, unum de ecclesia de Apeldrem.

Aprilis III. Obiit Warnerus, laicus, pro cuius anime memoria habemus mansum in Grithusen, solventem III solidos Coloniensis monete.

Iunius. Obiit Hathowardus, diaconus, frater noster, pro cuius memoria ecclesiam in Kiken.

xii. Obiit Hermannus, archidiaconus, prepositus, frater noster, de quo habemus ecclesiam Pufficke.

Novembris x. Obiit Conradus, frater et prepositus noster, qui ecclesie nostre contulit ecclesiam in Wammele.

Novembris xv. Obiit Lutgart, filia Ottonis regis, soror nostra, que dedit beato Victori curtim in Mere.

Uit Kalendarium necrologium Xantense, bij  
Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
I, S. 382, seq.

De uitgevers achten het, S. 374, waarschijnlijk, dat het Kalendarium geschreven is tusschen de jaren 1225 en 1238, toen Hendrik aartsbisschop van Keulen was. Hoezeer de giften ouder zijn, — Lutgarde was de dochter van Otto I, Herman was proost van Xanten in de jaren 1116—1125, Godfried 1129—1134, Konrad 1188 en 1189, — kon ik er geene andere plaats aan geven dan hier.

#### N<sup>o</sup>. 478.

Otto II, bisschop van Utrecht, geeft aan het klooster Bethlehem de grove en smalle tiende te Gaanderen, die Everhard van Wilpe van hem in leen had, en herhaalt die gift, toen deze met zijne vrouw Cunegunde van zijn recht afstand had gedaan.

In het jaar 1225.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Otto, Dei gratia Traiectensis episcopus, universis Christi, tam presentibus quam futuris, fidelibus in perpetuum. //

Cura ex officio nostro utilitatibus ecclesiarum nobis subiectarum et religiosorum in eisdem deservientium saluti animarum, quantum in nobis est, teneamur providere. //

Nos, piam habentes considerationem de consensu priorum nostrorum et ecclesie beati Martini simul et ministerialium nostrorum, concessimus ecclesie sancte // Marie in Bethleem, ordinis sancti Augustini, et in ipsam transtulimus omne ius, quod nos et ecclesia Traiectensis habuimus in decima, tam maiore quam minore, que consistit in Gernere, quam videlicet decimam Everhardus de Wilpe et eius antecessores a nobis et a nostris antecessoribus perpetuo in feodum tenuerunt concessam, ita, quod predicta ecclesia prefatam decimam, tanquam ius suum redimens, de manu laicorum in suum usum possit revocare. Cum igitur hec donatio iuris memorate decime a nobis predictae ecclesie rite, ut premissum est, esset facta, placuit preposito et conventui eiusdem loci, ut ab Ever-

hardo de Wilpe et ab infeodatis ab eo, pro certa pecunie quantitate, redimerent totam decimam predictam, cuius tamen decime omne ius a nobis prius habuerunt idem fratres concessum, ut sic non solum, que pure sunt temporalia, ad eos pervenirent, sed etiam, que divini iuris existunt et a laicis male detenta, in usus transirent religiosorum. Postquam vero in huiusmodi contractum a partibus fuerat consensus, prenominatus Everhardus cum uxore sua Cûnegunde, de consensu heredum suorum, omne ius, quod habebat in predicta decima Gernere, libere et absolute in manus nostras resignavit, et nos, de consilio et consensu priorum nostrorum et ecclesie sancti Martini Traiectensis et tam fidelium quam ministerialium nostrorum, eandem decimam, tam maiorem quam minorem, ad nos et ecclesiam Traiectensem ratione feodi spectantem, ecclesie memorate assignavimus, ita, quod ipsa eandem in perpetuum habeat pacifice et sine alicuius contradictione possidendam. Sub pena excommunicationis districtius inhibentes, ne quis in posterum ecclesiam de Bethlehem super predicta decima molestare aut aliquam ei questionem movere presumat, cum hec omnia debito modo et sollempniter coram nobis et ecclesia Traiectensi acta sunt et probata. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem paginam diligentius conscribi et sigillo nostro, cum sigillo ecclesie beati Martini, fecimus communiri.

Acta sunt hec anno Dominicæ incarnationis mcccxxv, indictione xiiii, pontificatus nostri anno x, presentibus honestis viris, quorum nomina in testimonium sunt subscripta: Reinboldo maiore decano, Vulframmo sancti Salvatoris, Giselberto sancti Iohannis, magistro Andrea sancte Marie decanis Traiectensibus, Woltero comite de Goye, Suethero de Dingethen, sculteto Traiectensi, Giselberto de Amestele et Egidio fratre eius, Arnolde Lûf, Theoderico de Werkunde, Herimanno de Vurden, Theoderico Kusin, Stephano de Bûsinchem, Giselberto de Vechte, Ernesto de Everdinge, Iacobo de Amerunge, Wilhelmo de Vulwen, Henrico de Amersforden, Egidio de Scalewic, Alberto de Vulfen et Alberto filio eius, Amilio de Werden, Alphero de Ridbeke, Everhardo burgravio de Muntfort, Gerardo de Dolre, Gerardo de Ermale, Menzone de Gravestorp et Henrico filio eius, Everhardo de Lidere, Iohanne de Honorst, Alphero sculteto Psallandie, et aliis quam pluribus.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, waaraan twee zegels aan groen zijden draden gehangen hebben.

## No. 479.

Konrad, bisschop van Porto en Rufina, geeft als pauselijk legaat een afaat van 20 dagen aan hen, die op den dag van Philippus en Jacobus de kerk te Zutfen bezoeken en voor het afbouwen van deze en van het klooster iets afzonderen.

21 Januari 1225.

C., miseratione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus.

Omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in Christo Ihesu. //

Ut ex fervore devotionis et labore, quem sustinent Christi fideles, qui ad ecclesiam Sutphanesem [sic] causa orandi accedunt, misericordiam consequantur //, omnibus, qui ad dictam ecclesiam in festo apostolorum Philippi et Iacobi causa devotionis convenerint et ad consummandam ecclesiam et claustrum dic//ti loci de bonis, sibi divinitus collatis, subsidium prestiterint, confisi de misericordia Dei et meritis apostolorum Philippi et Iacobi, viginti dies de iniuncta sibi penitentia, auctoritate legationis, qua fungimur, misericorditer relaxamus.

Datum apud Renen, anno Domini mcccxxv, xii kal. Februarii.

Naar het oorspronkelijke in het archief der s. Walburgiskerk te Zutfen, met een aan den rand geschonden zegel van witte was aan wit en rood zijden draden.

## No. 480.

Paus Innocentius III bevestigt de kerk van s. Jan te Utrecht in hare bezittingen te Ede, Beusichem, Balgooi en Dolre in de Veluwe.

5 Februari 1225.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, decano et canonicis sancti Iohannis Traiectensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri.

Eapropter, dilecti in Domino filii, iustis precibus inclinati ecclesiam et personas vestras cum omnibus, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem quartam partem decimarum in Scalden et de Fronacker, de Wail, de Dubble,

de Hire et de Edhe ecclesias et decimas, et de Bosinchem, de Balgoye ecclesias, decimas et curtes, ecclesiam de Scorle cum capellis et decimis, et in Geishorne, in Nodeke, Affinchove, Lintvelde, Dholre in Tuenta, Dholre in Velua et Everikesdorpe curtes.

Ius quoque, etc.

Datum Lateranis, nonis Februarii, pontificatus nostri anno octavo decimo.

Kluit, *Historia critica*, II, n<sup>o</sup>. 109, p. 453.

Innocentius III, gekozen den 3<sup>den</sup> Januari, werd gewijd den 22<sup>sten</sup> Februari 1198.

### N<sup>o</sup>. 481.

Konrad, bisschop van Porto en Rufina, pauselijk legaat, geeft aan de abdis en het convent te Roermonde verlof, om op een allodium bij Smithuizen, door Mathildis, de vrouw der plaats, en op een ander bij Deventer, door Ludolf Brandanus en zijne vrouw Lambergis gegeven, een klooster der Cistercienserorde te stichten.

25 Juni 1225.

C., miseratione divina Portuensis et sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, dilecte in Christo abbatis//se et conventui in Ruremunde, Cisterciensis ordinis, salutem in Christo Ihesu.

Cum sacre religionis // propaginem teneamus, quantum possumus, cum iusticia educare, ut acceptabile Deo suscipiat // incrementum, ideo utilitati et incremento domus vestre sollicitate providere volentes, auctoritate presentium vobis duximus indulgendum, ut in alodiis apud Smithusen, a domina loci ipsius Matildi, et apud Daventriam a Ludolpho Brandano et Lambergi, uxore ipsius, pro animarum suarum salute, vobis et monasterio vestro pie collatis, conventum vestri ordinis instituere et locare possitis, secundum Cisterciensis ordinis instituto.

In huius concessionis nostre testimonium vobis presentes litteras concedentes, sigilli nostri munimine roboratas, presertim cum in hiis nichil aliud, nisi devotionem offerentium et animarum remedium accendamus.

Datum apud Pragam, anno Domini MCC vicesimo quinto, VI kal. Iulii.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Overijssel, waaraan een zegel aan bruin en geel zijden draden gehangen heeft.

Van Spaen, *Historie*, bl. 257, deelt uit de Farragines van Gelenius, xxv, mede, dat het klooster te Horst of Ter Hunnepe zijn aanvang genomen heeft in het jaar 1223 door eenige Benedictijner-nonnen van Ter Honnepel, bij Kalkar. Dat het jaartal en mijne aantekening op n<sup>o</sup>. 264, bl. 258, onjuist zijn, blijkt uit bovenstaand verlof tot

de stichting. Daaraan is zeer spoedig gevolg gegeven, daar de nonnen, met eene abdis aan haar hoofd, reeds een paar maanden later, blijkens de volgende oorkonde, ter plaatse waren. Het vrome werk zal reeds vroeger voorbereid geweest en de nonnen van Ter Honnepel gekomen zijn.

Van het verlot, om ook een klooster te Smithuizen te stichten, is geen gebruik gemaakt.

---

N<sup>o</sup>. 482.

Het kapittel van s. Peter te Utrecht geeft aan het klooster te Horst of Ter Hunnepe in pacht goederen te Markvelde, nadat Lubbert van Werslo, zijne zonen Bernard en Bertold en zijne dochter Diliana van de pacht hadden afgezien.

September 1225.

Universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, Rennarus, Dei gratia prepositus ecclesie beati Petri // in Traiecto, salutem in Domino.

Ad noticiam universitatis vestre volumus pervenire, quod Lubertus, miles de Werslo, // in nostra presentia constitutus, bona omnia in Marcvelde, que a nobis et a nostra ecclesia tenebat in pactum, in manus // nostras libere et absolute resignavit et filii eius Bernardus et Bertoldus, et filia ipsius Diliana et alii heredes, nos vero eadem bona, de concensu domini decani et tocius capituli ecclesie beati Petri, dilectis in Christo abbatisse et conventui in Horst concessimus in pactum, ita quod annuatim in die Petronelle virginis nobis et nostris successoribus libram Traiectensium denariorum sine protractione persolvant; recognovit etiam, se predicta bona, libera ab omni impetitionis specie cuiuslibet, pro centum libris vendidisse per manum liberorum et consensum suorum coeredum solutionemque pecunie integram recepisse. Ut ergo rata et firnior esset emptio, predicta bona dedit conventui cum duabus filiabus suis, ne aliquis heredum suorum ipsum conventum poterit infestare.

In huius rei testimonium presentem concessimus paginam, nostri et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratam.

Acta sunt hec anno Domini MCCXX quinto, mense Septembri.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Overijssel, waarvan het uithangend zegel is afgescheurd.

---

N<sup>o</sup>. 483.

Gerard, graaf van Gelre, en Otto II, bisschop van Utrecht, onderwerpen aan de uitspraak van scheidsmannen hunne geschillen over Salland, het kore-

gerecht, het malegoed, des bisschopsmannen, die wonen tusschen Maas en Waal, in de Tieler- en Bommelerweerden en in de Betuwe, en de novale tienden, terwijl zij afstand doen van andere geschillen over tollén en belastingen.

19 October 1225.

Gerardus, comes Gelrensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Presenti scripto protestamur, nec in aliquo necessitatis articulo diffiteri debemus, quod nos cum venerabili domino nostro Ottone, Traiectensi episcopo, fide data et iuramento prestito, in talem formam compositionis convenimus, scilicet, quod totam causam, quam habemus et habuimus contra ipsum episcopum super cometia terre Sallandie, secundum questionem inter nos hactenus inde habitam et super illo iure, quod vulgariter koregerechte appellatur, et super eo quod malegūd dicitur, et similiter super decimis novis et hereditatibus ad dominum episcopum et ecclesias et ministeriales ecclesie spectantibus, et super hominibus domini episcopi, infra Mosam et Walam et in Tylreweerde et Bomelreweerde et in Betue constitutis, compromisimus in arbitros, in quantum adiutores nostri consenserint, et ipsi arbitri secundum iuramentum suum de predictis causis ordinabunt, et bona fide laborabunt, ut inter dominum episcopum et nos amicabiliter vel secundum iusticiam componant nullo modo componendi a domino episcopo, vel a nobis, arbitris prefixo, in quo sistere debeant. Sed ipsi arbitri secundum se et conscientiam in compositione libere procedant. Arbitri vero ex parte domini episcopi sunt: dominus Egebertus de Groninge, Giselbertus de Amestelle, Gerardus de Tholre, Arnoldus Lûf; ex parte autem nostra: Henricus de Monte, Fredericus de Reden, Gerardus de Rothem et Theodericus de Valkenberg. Predictis arbitris superadditi sunt duo: vir nobilis dominus Herimannus de Lyppia et Bernardus de Horstmare, in quos dominus episcopus et nos etiam, fide data et iuramento prestito, convenimus, ut, si prefati octo arbitri in aliquo scrupulo compositionis dissenserint, illi duo illorum dissensiones discutiant et amicabiliter vel secundum iusticiam, prout ipsis pura dictaverit conscientia, fideliter inter dominum episcopum et nos componant et dominus episcopus et nos, sicut iuramento confirmavimus, eorum arbitrio stabimus et ordinationi. Sed si aliquis arbitrorum infirmitate detentus, vel alia causa legitima cogente, arbitrio interesse nequiverit, alii arbitri virum ydoneum ad compositionem perficiendam secundum iuramentum suum substituent.

Sunt et alie cause dissensionis inter dominum episcopum et nos,



sicut de theloneis et exactionibus, quas arbitrio non commisimus, sed ipsis simpliciter et pure renuntiavimus.

Arbitri predicti iuramentum prestabunt, quod non recedent ab arbitrio, nisi compositione terminata et totaliter consummata.

Questio vero de fideiussione inter nos et nobilem virum dominum Herimannum de Lyppia et quosdam alios, predicto arbitrio non est commissa, sed ordinationi domini episcopi et nostre reservata.

Assignata est vero dies, quando arbitri super facienda compositione convenire debent, vigilia Omnium sanctorum proximo ventura.

Datum in crastino Luce ewangeliste, anno Domini MCCXXV, in Noda super ripam Reni.

Bondam, Charterboek, no. 124, bl. 341, naar  
het oorspronkelijke in de archieven van den  
Dom te Utrecht.

Volgens de stukken van 27 Januari 1226, no. 487, bl. 491, is aan dit compromis geen gevolg gegeven, daar de pauselijke legaat Konrad de geschillen bemiddelde. Van Spaen, Historie, bl. 124, plaatst het compromis ten onrechte na den afstand van Salland.

---

No. 484.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde, waarbij Wilbrand, bisschop van Paderborn, verklaart aan zijne nicht Sophia, vrouw van Otto, graaf van Ravensberg, opgedragen te hebben de goederen, die haar man van het stift aldaar in leen had.

In het jaar 1226.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Wilbrandus, Dei gratia Paderburnensis episcopus, omnibus, hoc scriptum inspecturis, salutem in vero salutari.

Ad notitiam igitur, tam futurorum quam presentium, volumus pervenire, etc.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCC vicesimo sexto, indictione quarta decima.

Testes huius rei sunt: nobiles: Gerhardus comes de Gelrye, Hinricus comes de Aldenburg, frater noster, Hermannus de Loon, Godfrydus de Helen, Tydericus de Adenoys, Ludolfus de Stenvordia, Godfridus de Ahus, Bernardus de Horstmaria, Bernardus de Osde, Godfrydus de Loon, Conradus de Wardenbergh; ministeriales vero Monasteriensis ecclesie; fratres de Menchovele; ministeriales et omnes consiliarii

Osnaburgensis ecclesie; ministeriales vero Paderburnensis ecclesie: Lyppoldus dapifer noster, Hermannus marscalcus noster, Hinricus camerarius noster, et alii quam plures.

Wilmans, Westfälisches Urkunden-Buch, n<sup>o</sup>. 230, S. 126.

---

No. 485.

Konrad, bisschop van Porto en Rufina, pauselijk legaat, bevestigt aan het kapittel te Xanten de giften der kerken te Afferden, Puiffik, Lewen, Wamel en Dreumel aan hetzelfde gedaan.

16 Januari 1226.

Conradus, miseracione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo decano et capitulo Xanctensibus, Coloniensis dyocesis, salutem in Christo Iesu.

Iustis petencium desideriis facilem nos decet prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Ea propter, dilecti in Christo, vestris iustis precibus inclinati, donacionem ecclesiarum de Dursten, Hamwinkel, Afredhen, Puffic, Lewen, Wamel, Drumel et de Repler, vobis factam a patronis earum, sicut in eorum litteris plenius continetur, prout provide et pie facta est, vobis auctoritate legacionis, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ego omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei se noverit incursurum.

Datum Xanctis, anno Domini MCC vicesimo quinto, XVII kalendas Februarii.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln,  
III, n<sup>o</sup>. 78, S. 191.

De legaat zal deze bevestiging gedaan hebben, toen hij in het jaar 1226 op reis was naar Utrecht, zoodat ik geen bezwaar zie haar op dat jaar te brengen. Zie aanteekening op de volgende oorkonde.

---

No. 486.

Gerard, graaf van Gelre, getuige bij de uitspraak over de geschillen tusschen den bisschop van Utrecht en den graaf van Holland, over het verstoppen van den Rijn bij Zwammerdam, het bezit van Friesland, enz.

26 Januari 1226.

Conradus, miseratione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus

cardinalis, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in Domino.

Cum controversia esset inter Ottonem, episcopum, etc.

Actum Traiecti in palatio episcopi, presentibus: R. decano maiori, W. preposito s. Petri, B. preposito Embricensi, W. s. Salvatoris, G. s. Ioannis, A. s. Marie, decanis Traiectensibus, G. comite Gelrie, B. comite de Benthem, Willelmo de Brunchorst, Henrico de Monte, Frederico de Reden, Gerardo de Rothem, Alardo de Buren, Theodorico de Valkenborch, Alfero de Iselmuthen, Giselberto de Amstel, Gerardo de Dolre, Arnolde Luf, Theoderico de Wasnare et Philippo fratre eius, Ottone dapifero Zelandie, Theodorico de Raphürst, Baldwino de Rodenburch et Giselberto Nigro, anno Domini MCCXXV, VII kal. Februarii.

Oorkondenboek van Holland en Zeeland,  
I, n<sup>o</sup>. 294, bl. 170.

Deze en eenige volgende stukken, die het jaartal 1225 dragen en opgemaakt zijn tusschen den 1<sup>sten</sup> Januari en den 19<sup>den</sup> April, Paaschdag, heb ik gebracht op het jaar 1226. Engelbrecht, aartsbisschop van Keulen, van wien als van een overledene gewag gemaakt wordt, werd den 7<sup>den</sup> November 1225 vermoord, zoodat hier geen twijfel kan bestaan, dat het jaar met Paschen wisselde.

---

No. 487.

Gerard, graaf van Gelre, geeft aan Otto II, bisschop van Utrecht, het comitatus van Salland, dat V. van Bronkhorst van hem in leen had, over; belooft te bewerken, dat de hertog van Brabant, van wien hij beweerde het in leen te houden, het ook overgeve, en daarvoor als leen ontvange het comitatus van Steenderen, bij hem als zoodanig bezeten, en belooft verder, dat hij Gerard van Bukhorst, van wien hij de advocatie over de goederen van het klooster te Essen gekocht had, voor de curia van den koning zal brengen, opdat die advocatie geheel aan den bisschop kome; alles onder verband van leistung en excommunicatie.

† 27 Januari 1226.

Conradus, miseratione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in Christo Iesu. //

Cum comes Gelrensis comitatum in terra Sallandie, quem nobilis vir V. de Broncurst ab eo habebat in feodum, quantum ad se et suos successores, dimiserit // libere et absolute ecclesie et episcopo Traiectensi, promisit, quod bona fide, sine fraude et dolo elaborabit, quod dux Lotharingie, a quo se comes asserit eundem // comitatum

tenere, quod tamen episcopus inficiatur, libere et absolute dimittet ecclesie Traiectensi, et quod dux in commutationem illius comitatus recipiet ab ecclesia Traiectensi in feodum [comitatum] de Steinre, quem comes Gelrensis ab ecclesia Traiectensi tenet, et dux comitatum illum Steinre concedet in feodum comiti Gelrensi, et sic comitatus Sallandiae ad ecclesiam Traiectensem libere revertatur. Cum etiam comes advocatiam ecclesie de Essende in Sallandia, sicut emerat a Gerardo, nobili viro de Buchorst, ecclesie Traiectensi totaliter dimiserit, promisit, quod eundem G. ducet ad curiam domini regis Romanorum et faciet eandem advocatiam ab ipso resignari domino regi ad opus ecclesie Traiectensis, et hoc facto comitis promissio de advocatia erit adimpleta. Quod si forte comes istud usque ad instans Pentecosten non adimpleret, tunc cum Hollandie et de Benthem comitibus, H. de Monte, F. de Reden, A. de Buren, G. de Empe, G. marscalco suo, militibus, qui et hoc fide data promiserunt, intrabit locum Arnhem de eodem loco cum predictis hominibus non recessurus, donec adimpleverit, quod de eadem advocatia promisit. Quod si comes non intraverit tunc locum memoratum cum predictis, erit ipso facto excommunicationis vinculo innodatus; quod si comes decesserit non adimpleto promisso, statuimus successores suos ad complendam illam promissionem simili obligatione teneri, qua comes tenebatur; excommunicantes comitem, nisi super promissione dicta satisfecerit vel Arneheim intraverit, sicut superius est expressum.

Actum Traiecti anno Domini mcccxxv, vi kal. Februarii.

Presentibus B. de Bentheim et F. Hollandie, comitibus, H. de Monte, F. de Reden, Th. de Falkenbergue, G. de Rotheim, G. de Amstel, G. de Dolre, A. Louf, A. de Oisselmude, militibus, et aliis multis, tam prioribus ecclesie Traiectensis, quam ministerialibus utriusque partis.

In huius autem rei testimonium hanc kartam sigilli nostri duximus munimine roborandam.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage. Het zegel was, blijkens eenige overblijfsels, van wit was en hing aan rood zijden draden.

Zie nos 491 en 492, bl. 496 en 497.

Het oorspronkelijke verschilt veel van de uitgave bij Dunbar, *Analecta*, II, p. 226, waar in plaats van V. de Broncurst staat V. de Buckhorst, en van Steinre Steverc. Hierdoor vervallen de redeneeringen over Staveren van Racer, Overijsselsche Gedenkstukken, II, bl. 75, Bondam, *Charterboek*, bl. 346, noot (a), en Van Spaen, *Inleiding*, IV, bl. 157.

Otto II, bisschop van Utrecht, verbindt zich, onder verband van leistung, borgstelling van curtes en excommunicatie, aan Gerard, graaf van Gelre, voor den afstand van het dominium of comitatus van Salland te betalen 1100 Utrechtsche ponden.

27 Januari 1226.

Conradus, miseratione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in Christo Iehsu. //

Cum comes Gelrensis renuntiaverit omni iuri et actioni, quam dicebat se habere in dominio vel comitatu terre Sallandie, episcopus Traiectensis dabit ei M et C libras Traiectensis // monete, et mediam partem persolvat in octavis Pasche et aliam medietatem in octavis Pentecostis. Si vero statutis terminis episcopus non solverit pecuniam istam, tenetur ipse // cum quinque prioribus, videlicet: T. Daventriensis, B. Embricensis, W. sancti Petri, G. sancti Iohannis prepositis et A. decano sancte Marie Traiectensis, et quinque ministerialibus ecclesie, videlicet H. de Worden, A. de Insula, E. de . . . inde, H. de Vorst seniore, L. de Selvolde, octavo die post terminos statutos intrare Novimagium, inde non recessurus donec, sicut statutum est, pecunia persolvatur. Si autem episcopus de nominatis personis aliquem forte, aliquo casu contingente, habere non potuerit, aliam personam, priorem pro priore, ministerialem pro ministeriale, ponet. Si vero contingeret, quod episcopus statutis terminis non intraret locum predictum cum predictis, sicut est premissum, de voluntate episcopi ordinatum est, quod ipso facto sit excommunicatus et comes possit pignorarare illos, qui promiserunt [?] . . . vero episcopus predictus . . . intraturos, ita quod propter hoc in comitem excommunicationis sententia non feratur nec in terram suam sententia . . . Traiectensis loco sui substituetur . . . ab episcopo. Preterea episcopus Traiectensis acquirat comiti Gelrensi duas curtes, quas habet ecclesia sancti Iohannis Traiectensis, scilicet Alvinchove et Lintfelde, usque ad instans Pascha. Si hoc fecerit episcopus tenebitur eis com . . . quod si episcopus non fecerit, dabit comiti in festo Omnium sanctorum proximo trecentas libras Traiectensis monete . . . que ab ecclesia et episcopo Traiectensi in feodum obtinebit, . . . solvetur ad illum terminum, tenebitur eadem obligatione, qua tenetur persolvere . . . Quod si episcopus forte, pecunia nondum soluta, decesserit . . . fideiussores usque ad complementum illius solutionis simili obligatione teneri, qua ipse episcopus tenebatur. Excommunicatus Traiectensis episcopus nisi pred . . . premissis satisfaceret vel Novi-

magium intraverit, sicut superius est expressum, nisi de voluntate comitis aliquid de premissis relaxetur.

Acta sunt hec Traiecti, anno Domini mcccxxv, vi kal. Februarii, presentibus: F. Hollandie et B. de Bentheim, comitibus; H. de Monte, F. de Reden, dominis; et Th. de Falkenberg, W. de Rothem, militibus; et G. de Amstel, A. Louf, G. de Dolre, A. de Yselemude, militibus, et alii multi, tam prioribus Traiectensibus, quam ministerialibus utriusque partis.

In huius autem rei testimonium hanc cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Naar het zeer geschonden oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, met een klein stuk van het zegel van wit was aan rood zijden draden.

Deze oorkonde, nu voor het eerst uitgegeven en die Bondam, Charterboek, bl. 353, noot (a) wel giste dat bestond, doch verloren waande, geeft licht. Er blijkt uit, dat de afstand van Salland niet een gedwongene was, maar een verkoop. Zie nos 495 en 508, bl. 499 en 510.

In De rebus Ultraiectinis narratio historica staat p. 18, dat de graaf van Gelre voor den afstand van Salland ook de allodia Elst en Odiliënberg ontving.

---

No. 489.

Verdrag van vrede en onderlinge hulp tusschen Gerard, graaf van Gelre, en Otto, bisschop van Utrecht. Van weerszijden te benoemen scheidsmannen zullen de oneenigheden der ingezetenen in Utrecht, de Betuwe, de Veluwe en in de landen Deventer, Salland, Zutfen en Lochem bijleggen.

28 Januari 1226.

Conradus, miseratione divina Portuensis et sancte Rufine episcopus, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in // Christo Ihesu.

Ut paci et concordie inter ecclesiam et episcopum Traiectensem et comitem Gelrensem provideatur, talem inter eos confederationem ad amicitiam duximus // ordinandam: uterque promisit, alteri fide data, quod iuvabit eum defendere terram suam contra quemlibet, excepto imperio, uterque tamen poterit iuva//re amicum suum, nec tamen propter hoc erit ad invicem inimicus, sed terre eorum in pace permanent. Et si forte in impensione talis auxilii ab hominibus episcopi caperentur milites vel homines comitis, episcopus debet eos sine omni gravamine dimittere liberos et solutos, et e converso. Si etiam aliquis de hominibus comitis gratiam eius amitteret, episcopus eum tenere posset in terra sua, quamdiu ille paratus esset iuri parere, ita

tamen, quod nichil mali contra comitem attemptet, quamdiu eum episcopus tenuerit in terra sua, et e converso. Preterea tres milites debent eligi ex parte episcopi circa confinium Traiectensis civitatis et tres ex parte comitis in Velua et Bethua, ut, quicquid guerre vel discordie inter terras illas et homines in eis manentes emergerit, ipsi amicabiliter vel per iusticiam componant. Similiter tres milites debent elegi ex parte episcopi in terra Daventriensi et terra Sallandie, et tres ex parte comitis in terra Sutphaniensi et terra de Lochem, ut, si quid guerre vel discordie inter illas terras vel homines, in eis manentes, emergerit, ipsi componant amicabiliter vel iusticia mediante. Excommunicantes episcopum vel comitem, si quis eorum confederationem supra dictam ausu temerario infringere presumpserit. Statuentes, ut de Campis et de Insula sancte Marie abbates illum, quem transgressorem huius confederationis esse constituerit, excommunicatum publice nuncient et faciant tanquam excommunicatum artius evitari.

Actum Traiecti, anno Domini mcccxxv, v kal. Februarii, presentibus: B. de Benthem, F. de Hollandia, comitibus, H. de Monte, F. de Reden, Th. de Falkenbergue, G. de Rotheim, G. de Amstel, G. de Dolre, A. Louf, A. de Isselemude, militibus, et, ad maiorem roboris firmitatem, presentem cartam sigillo nostro fecimus communiri.

Naar het oorspronkelijke in het archief van  
Gelderland, met weinig geschonden zegel  
van wit was aan rood zijden draden.

In de archieven van den Dom te Utrecht is een gelijkkluidend oorspronkelijk, waaraan het zegel ontbreekt en dat tot dagteekening heeft vi kal. Februarii. Het verdrag moet gesloten zijn nadat de voorgaande overeenkomsten tot stand waren gekomen, en kan dus daags daarna, zoo als het Geldersche stuk heeft, opgemaakt zijn. De schrijver van: *De rebus Ultraiectinis narratio historica*, geeft p. 15 en vlg. een omstandig, doch weinig samenhangend verhaal der verschillen en veeten, die tusschen den Gelderschen graaf en den Utrechtschen bisschop bestonden.

#### N<sup>o</sup>. 490.

Gerard, graaf van Gelre, wordt, toen Theoderich III, bisschop van Munster, en Engelbert I, bisschop van Osnabruck, graven van Isenburg, beschuldigd van medeplichtigheid aan den moord van Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, door den pauselijken legaat van hunne ambten waren ontzet, belast met het wereldlijk bestuur van het bisdom Munster.

4 Februari 1226.

Surrexerunt et ministeriales Coloniensis ecclesie et comes Gelrensis contra Monasteriensem [episcopum]; contra, ministeriales Monasteriensis

pro Monasteriensi, et facto tumultu dilata est causa. Die vero proxima finxit se cardinalis iturum extra civitatem, recessit populus de aula et clerus. Sed clam rediens cum episcopis introivit et clausa ianua dedit audientiam et adiudicata est eis [episcopis] expurgatio per episcopos, et subtraxerunt se episcopi et territi defecerunt et subsecuta est ab officio suspensio et beneficio, et appositi sunt pro custodia spiritualium et temporalium diocesis Monasteriensis episcopus Patherburnensis et comes Gelrensis.

Kronijken van Emo en Menko, p. 115, uitgave van Feith en Acker Stratingh.

De moord geschiedde den 7<sup>den</sup> November 1225.

Op een concilie, in het midden van December te Mainz gehouden, verzochten de aangeklaagde bisschoppen zich te mogen zuiveren. Daartoe werd hun dag gezet te Luik op den 2<sup>den</sup> Februari, welke termijn op verzoek van den legaat een dag verschoven werd.

Emo, abt van het klooster Bloemhof, te Wittewierum in Groningerland, schrijver van de eerste der genoemde kronieken, was met de abten van s. Bernard en Rottum bij de rechtspraak te Luik tegenwoordig en deelt vele bijzonderheden over de gansche zaak mede.

De bisschop van Munster stierf in het zelfde jaar zijner afzetting, waarschijnlijk den 18<sup>den</sup> Juli. Zijn opvolger Ludolf van Holte werd gekozen in het volgende jaar, doch de dag is onbekend.

---

N<sup>o</sup>. 491.

Koning Hendrik VII, goedkeurende het vredeverdrag tusschen Otto II, bisschop van Utrecht, en Gerard, graaf van Gelre, geeft aan den eersten de advocatie van Salland, door den anderen gekocht van Gerard van Buchorst en aan den koning opgedragen.

20 Februari 1226.

Henricus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, imperpetuum. //

Notum esse volumus, tam presentibus quam futuris, quod formam compositionis et pacis, per venerabilem dominum // C., Portuensis et sancte Ruffine episcopum, apostolice sedis legatum, inter dilectum principem nostrum, Ottonem, episcopum Traiectensem, et G., comitem Gelrensem, ordinatam, ratam et firmam habentes, ad petitionem eiusdem domini legati, advocatiam, quam Gerardus, miles de Buchorst habuit in Sallandia et dictus comes Gelrensis ab ipso emerat, in manus nostras ab eis libere resignatam, nobis vacantem, prefato episcopo et successoribus suis et ecclesie Traiectensi contulimus, cum aliis beneficiis et feodis, que ab imperio obtinet, perpetuo possidendam.



Ad huius igitur nostre donationis firmitatem et evidentiam perhen-  
nem, hanc paginam, sigilli nostri appensione munitam, ecclesie et  
episcopis Traiectensibus perpetuo fecimus assignari, sub obtentu gratie  
nostre inhibentes, ne quis hominum huic nostre donationi audeat  
contraire.

Datum apud Franckenvort, anno Domini MCCXXVI, . . kal. Martii.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief  
te 's Gravenhage, met zegel, aan rood en  
geel zijden draden, van rood, van achteren  
en langs den rand omgeven met wit was,  
waardoor het omschrift, eenigzins bescha-  
digd, gedeeltelijk bedekt is.

Zie n<sup>o</sup>. 487, bl. 491.

Waar vóór kal. het getal heeft gestaan, is het perkament vergaan. Heda, *Historia  
Ultraiectina*, p. 197, heeft daar het cijfer x.

---

N<sup>o</sup>. 492.

Koning Hendrik VII draagt aan Johannes, kanunnik van s. Peter en notaris  
van den bisschop van Utrecht, ten behoeve van dezen, de advocatie van  
Salland op.

20 Februari 1226.

Henricus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis,  
presens scriptum inspecturis, salutem et omne bonum.

Notum sit omnibus, quod advocatiam Sallandie, quam habuit Ger-  
ardus, miles de Buchorst, et quam Gerardus, comes Gelrensis, ab  
ipso emerat, ab eisdem nobis resignatam et libere nobis vacantem,  
dilecto principi nostro Ottoni, episcopo Traiectensi, et ecclesie sue  
suisque successoribus in perpetuum contulimus possidendam, et Ioan-  
nem, notarium ipsius, canonicum sancti Petri Traiectensis, nomine  
predicti episcopi et ecclesie Traiectensis, de manu nostra protestamur  
recepisse.

Datum apud Frankenvordt, anno Domini millesimo CCXV[1], x kal.  
Martii.

Liber donationum maioris ecclesie  
Traiectensis, p. 73, te Utrecht.

Zie het vorige n<sup>o</sup>.

De pausselijke legaat bekrachtigde de gift der advocatie, door den koning gedaan,  
op den zelfden dag. Matthaeus, in zijne aantekeningen op: *De rebus Ultraiectinis  
narratio historica*, p. 144.

Otto II, bisschop van Utrecht, verleent aan het kapittel van s. Jan de novale tienden der aanwassen te Beusichem, waarover het met Steven van Beusichem verschil had, met uitzondering van die te Redichem.

Maart 1226.

Otto, Dei gratia Traiectensis episcopus, omnibus, presens scriptum inspecturis, salutem in Eo, qui salus est omnium.

Notum esse volumus, quod, cum canonici sancti Iohannis Traiectensis contra Stephanum, militem de Bosinchem, et suos antecessores super nova decima de terrulis, que extra aggerem infra parrochiam de Bosinchem accreverant per alluviam, multociens movissent questionem, asserentes eam ad ecclesiam suam iure parrochiali pertinere, Stephano vero eam feodum suum esse in contrarium asserente; partes tandem, pacem potius affectantes quam litem, de consensu nostro amicabiliter convenerunt. Unde ipse Stephanus totam decimam supradictam, preter decimam de insula ante Radinchem, que nunc est vel posthac excreverit, de qua partes convenire non poterant, in manus nostras libere resignavit, omni iuri, quod in ipsa decima se dicebat habere, renuntians et cum predictis canonicis supplicans, quod eandem decimam ecclesie sancti Iohannis conferre dignaremur. Nos autem huiusmodi precibus eorum benigne inclinati, consilio prelatorum Traiectensium prehabito, totam decimam de premissis terrulis, que werde sive insule dicuntur, tam de nunc extantibus, cultis et incultis, quam de hiis, si que in posterum fortassis per alluviam accreverunt, premissa decima de Radinchem excepta, sepedicte ecclesie sancti Iohannis pleno iure concessimus possidendam, sub pena excommunicationis firmiter prohibentes, ne quis canonicos antedicte ecclesie in decima memorata presumat aliquatenus de cetero molestare.

Ut autem hec compositio et hoc factum nostrum perpetuum robur obtineat, presens scriptum nostro et ecclesiarum Traiectensium sigillis consignari fecimus et communiri.

Actum anno Domini MCCXXVI, mense Martio, testibus his: Theoderico maiore preposito, Reynboldo maiore decano, Lodewico sancti Salvatoris, Wigerio sancti Petri et Gozwino sancti Iohannis, prepositis, Wulframmo sancti Salvatoris, Hugone sancti Petri, Giselberto sancti Iohannis et Andrea sancte Marie, decanis Traiectensibus.

De Geer, Bijdragen tot de geschiedenis en oudheden der provincie Utrecht, bl. 359, naar het oorspronkelijke in het archief van s. Jan, te Utrecht.

Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln, I, S. 235, teekenen bij de parochie Wert,

thans Weyrth, aan de Niers bij Gelder, aan: Bei Matthaëus, Narratio historica, p. 191, kommt eine Urkunde vom Jahr 1226, mense Martio — de bovenstaande — vor, wo ein Streit über Zehnten in Werth zwischen dem Domherrn von Utrecht und zwischen einen Stephanus, militi de Bosinchem, geschlichtet wird. Die Pfarre Werde wird hier Insula ante Radinchem genannt. De onbekendheid met de beteekenis van het Nederlandsche woord: weerd, waard, bracht hen in dwaling. Redichem is de polder van dien naam, vóór den Kuilenburgschen bandijk gelegen. Zie mijne Bijdragen tot de kennis van Gelderland, bl. 387.

---

No. 494.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van Hendrik, gekozen aartsbisschop van Keulen, over eene ruiling tusschen het kapittel van den Dom aldaar en Gerard van Randenrath en zijn zoon Lodewijk.

25 April 1226.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus, ordinatione divina s. Coloniensis ecclesie electus et confirmatus ac regalibus a domino rege investitus, universis, quorum conspectui presens scriptum oblatum fuerit, in perpetuum.

Ut rei subnotate veritas, nec, etc.

Huius rei testes sunt, qui tunc aderant, priores nostri: Arnoldus s. Gereonis, Bruno s. Cuniberti, prepositi; Cuno s. Andree, Lupertus s. Marie ad Gradus, decani; viri etiam illustres: Gerardus Gelrensis, Adolfus de Marca, comites; nobiles autem: Hermannus de Molinarken, Theodericus de Dorindorp, Gerardus de Mulafort, Henricus de Berge, Lotharius de Elсло; ministeriales vero b. Petri: Hermannus marschalcus, Theodericus dapifer, Franco pincerna, Willelmus Solidus, Christianus de Berge, Godefridus camerarius, Daniel de Bagheym, Reynaldus de Reis, Winricus de Seyndorp; Willelmus de Escwilre et quamplures alii, tam clerici quam laici.

Acta sunt hec in palacio Colonie, VII kal. Maii, anno gratie MCC sexto, indictione XIII.

Ut autem predictis maior fides adhibeatur, sigillum ecclesie Coloniensis presentibus in testimonium est appensum.

Lacomblet, Urkundenbuch, IV, no. 651, S. 795.

---

No. 495.

Gerard, graaf van Gelre, geeft bewijs van kwijting voor eene som van 550 Utrechtsche ponden van Otto II, bisschop van Utrecht, ontvangen volgens verdrag van 27 Januari 1226.

30 April 1226.

G., Dei gratia comes Gelrensis, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et omne bonum.

Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod venerabilis dominus noster Otto, Traiectensis episcopus, quingentas et quinquaginta libras monete Traiectensis, quas in octava Pasche in forma compositionis nobis solvere debebat, ad commodum et beneplacitum in pecunia numerata nobis persolvit et a tanta summa pecunie eum recognoscimus et dimittimus absolutum, et hoc presenti scripto protestamur.

Datum anno Domini MCCXXVI, pridie kal. Maii.

Bondam, Charterboek, no. 131, bl. 358, naar het oorspronkelijke in de archieven van den Dom te Utrecht.

Zie no. 488, bl. 492.

---

No. 496.

Keizer Frederik II ontheft die van Lubek, wanneer zij naar Engeland gaan, van de onrechtmatige heffingen, die van hen te Keulen en te Tiel gevorderd werden en bepaalt, dat zij niet meer zullen betalen, dan de inwoners van die steden.

Juni 1226.

Fridericus II, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Siciliae rex.

Quotiens imperialis excellentia maiestatis in subditos, etc.

Insuper burgenses Lubicenses predicti, euntes quandoque in Angliam, ab illo pravo abusu et exactionis onere, quod Colonienses et Thelenses et eorum socii contra ipsos invenisse dicuntur, omnino absolvimus, illum penitus tollentes abusum, sed illo iure et conditione utantur, quibus Colonienses et Thelenses et eorum socii uti noscitur. Concedimus, etc.

Acta haec sunt anno Dominice incarnationis MCCXXVI, mense Iunii, quartae decimae indictionis, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Siciliae rege, imperii eius anno sexto, Hierusalem primo, regni vero Siciliae anno vicesimo nono, feliciter.

Westphalen, Monumenta inedita, 1, p. 1300.

## No. 497.

Keizer Frederik II bevestigt het Mariastift te Aken in zijne bezittingen te Tiel, Erkelens en Nijmegen.

Juli 1226.

C. In nomine sancte et individue Trinitatis.

Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex.

Licet nostre serenitatis clementia, celesti gratia, super gentes et regna imperiali maiestate sublimata, etc.

Tiele, quam Otto imperator cum omni iure dedit; ---- Erclenciam cum omni iure, quam Otto primus dedit. ----

Nonas partes omnium rerum de quinquaginta villis, id est Aquispalatio, Gemmis, Marsena, Waracte, Linnincha, Numaga. ----

Huius rei testes sunt: Geroldus patriarcha Ierosolimitanus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Heinricus Mediolanensis, Landus, Reginus, archiepiscopi; Heinricus Wormatiensis, Engelhardus Nuwenburgensis, Cunradus Hildesheimensis, Eckehardus Merseburgensis, Heinricus Basiliensis, Iacobus Taurinensis, Albertus Brixiensis, Gracia Parmensis, episcopi; Ugo de Murbach et .... de Prume, Albertus dux Saxonie, Ludowicus lantgravius Thuringe, Reinaldus dux Spoleti.

Signum domini Friderici, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis gloriosi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense Iulii, quartadecima indictione, imperante domino Friderico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege glorioso, anno imperii eius sexto, Ierusalimitani regni primo, Sicilie vero anno vicesimo nono, feliciter. Amen.

Datum apud Burgum sancti Donini, anno, mense et indictione prescriptis.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 135, S. 72.

Daar Nijmegen een palatium was en geene villa, heb ik niet opgenomen de oorkonden van 13 Juni 888, 7 Juli 930 en 16 Februari 966, bij Lacomblet, a. w., I, no. 75, 89 en 108, S. 39, 49 en 64, waarin, zonder vermelding van een palatium te zijn, zooals bij Aken geschiedt, Nuimaga onder de villae wordt gesteld. In het register op het 1<sup>ste</sup> deel houdt Lacomblet die plaats niet voor Nijmegen, in dat op het 2<sup>de</sup> wél. Ik heb ze daarom in de bovenstaande oorkonde niet weggelaten.

Zie over Erkelens en Tiel nos 99 en 121, bl. 93 en 121.

Keizer Frederik II herhaalt, onder zijn gouden zegel, het verlof aan Gerard, graaf van Gelre, gegeven, om den tol van Arnhem naar Lobid te verleggen.

October 1226.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Fredericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Cycilie rex.

Ad gloriam spectat celsitudinis nostre, nec dubitamus acquirere perpetue laudis nomen, si servitia grata considerando fidelium, secundum uniuscuiusque merita singulis benefacimus, ut debemus.

Hinc est igitur, quod nos, habentes pre oculis fidem puram ac devotionem sinceram, nec non et grata servicia, que dilectus fidelis noster Gerardus, comes Gelrensis, in nostre promotionis principio nobis exhibuerit fideliter et devote, persone [periculis] et terre ac rerum suarum dispendiis non parcendo, de consueta liberalitatis nostre gratia nobis dudum apud Ferentinum existentibus, cum consilio et assensu principum nostrorum, nobiscum tunc presentium, meminimus eidem comiti concessisse theloneum, quod tam quondam pater suus Otto, quam ipse apud Arnheim ab imperio tenebant in feudo, ad villam, que Lobbide dicitur, Traiectensis dyocesis, transferendum, ut ipse comes et sui heredes illud in eadem villa Lobbide ad commodum et utilitatem suam percipiant et perpetuo teneant ab imperio iure feudali. Mandamus igitur et districtius inhibemus, quatinus nulla persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum comitem vel heredes eius super translatione et perceptione thelonei supradicti contra concessionem nostri culminis audeat molestare. Quod qui presumpserit, in sue temeritatis vindictam centum libras auri puri componat, medietatem camere nostre, reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam.

Ad huius autem concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium scribi et bulla aurea typaria nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: venerabilis Reginus archiepiscopus, Reynaldus dux Spoleti et comes Vyenne, et alii quam plures.

Signum domini nostri Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Iherusalem et Cycilie regis.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXXVI, mense Octobris, quintodecima indictione, imperante domino nostro Frederico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto,

Iherusalem et Cyclicie rege, anno Romani imperii eius sexto, Iherusalem primo et regni Cyclicie vicesimo nono, feliciter. Amen.

Data apud Fodam, anno, mense et indictione prescriptis.

Register A, p. 1, te Arnhem.

Waar het woord *periculis* tusschen [ ] staat is in het Register eene onbeschreven ruimte. Ik heb dat woord ingevuld uit de *Miscellanea* van A. Matthaeus, p. 1432, te Utrecht.

Zie no. 465, bl. 468.

### No. 499.

Frederik, graaf van Isenburg, de moordenaar van Engelbert I, aartsbisschop van Keulen, wordt gevangen genomen, aan Gerard, graaf van Gelre, uitgeleverd en te Keulen ter dood gebracht.

November 1226.

Idem Fridericus prope Hoyum in habitu mercatoris cum aliis duobus a Balduino, milite de Geneffe, comprehenditur et post aliquot dies apud Visatium comiti de Gelre et summo advocato Coloniae aliisque baronibus sub custodia vinctus traditur. A quibus Coloniā perductus et per vicos et plateas vinctus et eques circumductus, publica confessione sui sceleris multos movit in lacrymas. Ad ultimum confractis brachiis et cruribus, pacientissime sustinens cruciatus, in eminentissimo ligno sublevatus et in rota distentus defecit.

Reineri Annales, bij Pertz, Monum.,  
Script. xvi, p. 679.

Item eodem anno Fridericus comes, impii auctor homicidii, per totum annum profugus et occultatus, a quodam milite, nomine Balschum, capitur et pro duobus milibus marcarum et centum marcis venumdatus Coloniensi archiepiscopo assignatur.

Annales Colonienses maximi, bij Pertz,  
a. w., xvii, p. 840.

De strafoefening vond plaats den 11<sup>den</sup> November 1226.

Op het gevangennemen van den moordenaar was door Hendrik I, Engelberts opvolger, te Frankfort, waar de rijksban over den graaf van Isenburg werd uitgesproken, eene belooning van 1000 marken gesteld. Electi quoque archiepiscopi nomine illic denunciatum est, quicumque Fridericum captivum ei exhiberet, illum mille marcas Colonienses ab eo receptorum. Caesarius Heisterbacensis, Vita s. Engelberti, bij Boehmer, Fontes, II, p. 321.

## No. 500.

Gerard, graaf van Gelre, getuige in de oorkonde van koning Hendrik VII, waarbij de voorrechten, aan Kamerijk verleend, herroepen werden.

November 1226.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.

Ne, que in nostra solempni curia aguntur, lapsu temporis, etc.

Huius vero rei testes sunt: Sifridus Maguntinus, Theodoricus Treverensis, Henricus Eistedensis, Sifridus Augustensis, Bertholdus Argentinensis, Henricus Basiliensis, Engelhardus Nuenburgensis, Henricus Wormacensis, episcopi; Ludovicus Hersveldensis, Conradus Foldensis, . . . Corbacensis, Albertus Lauricensis, abbates; Ludovicus dux Bavarie, Ludovicus landgravius Duringie, Hermannus marchio de Baden, Popo de Henneberch, Gerardus Gelrensis, Hartmannus de Dilengen, Lotharius de Hostade, comites; Michael in Hanonia, Willelmus in Antwerpia, archidiaconi; Rogerus decanus, magister Werricus, Henricus de Colonia, Ellebaldus, presbiteri; Iohannes de Roia, Petrus thesaurarius Sancte Crucis, Briccius, levite, Iacobus de Bethunia sublevita, beate Marie canonici; Egidius, magister Arnulfus sancti Gaugerici, canonici Cameracenses.

Signum domini Henrici, Dei gratia invictissimi Romanorum regis, semper augusti, anno regni eius sexto.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense Novembri, indictione quinta decima, regnante domino nostro Henrico, invictissimo Romanorum rege, semper augusto.

Datum apud Herbipolim, per manum Henrici, imperialis aule protonotarii, anno, mense et indictione predictis, feliciter. Amen.

Huillard-Bréholles, Historia diplomatica FridERICI II, II, p. 891.

## No. 501.

Hendrik, hertog van Brabant, stelt het klooster Mariënweerd vrij van land- en watertollen te Tiel, Lith en in geheel zijn land.

In het jaar 1227.

Henricus, Dei gratia dux Lotharingiae, omnibus, praesentem paginam inspecturis, salutem et dilectionem.



Notum facimus universitati vestrae, quod, ob remedium animae nostrae et antecessorum nostrorum, contulimus abbati et conventui ecclesiae b. Mariae in Insula, quod immunes sunt ab omni exactione thelonii, sive iusta sive iniusta, de rebus ad ecclesiam eandem pertinentibus apud Thylam et apud Lyttha et in omni terrae potestatis nostrae, tam in fluminibus quam in terris.

Ut autem haec rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, praesentem paginam sigillo nostro roboravimus.

Datum in Buscho, anno Dominicae incarnationis MCCXXVII, sub testibus Theodorico abbate Bernensi, et Maria, quondam imperatrice, filia ipsius ducis, et Iohanne capellano eiusdem et Adam milite et caeteris quam pluribus.

Cartularium van Mariënweerd.

Deze vrijdom werd in dezelfde bewoordingen herhaald in het jaar 1245. Cartularium.

Maria, de dochter van den hertog van Brabant, die hier als getuige voorkomt, was de tweede vrouw van keizer Otto IV, die in Mei 1218 overleed.

---

No. 502.

Theoderich, graaf van Kleef, en de kanunniken van Syflich rooien een gemeenschappelijk bosch uit, verdeelen den prijs en den grond.

In het jaar 1227.

In nomine divine Maiestatis.

Sciant iusticie cultores Theodericum, comitem de Clive, silvam cum canonicis Sefflicensis ecclesie habuisse communem, quam, prudentum consilio succidentes, decreverunt pretium ipsius ibidem reponi, quodlibet die sabbati partibus dividendum. Extirpatis vero arboribus, iterum communiter diffinitum est fundum ipsum in funiculo distributionis missa sorte terminare, ut quique partium pro sua voluntate habeant in suo proprio vel novale vel silvam nutrire.

Ne igitur vetustas temporum huius rei memoriam postmodum abolere contendat, presentem paginam, super hiis conscriptam, sigillo b. Martini et nostro fecimus roborari.

Testes vero sunt: Stephanus Palster, Hillinus miles, Arnoldus Baixart, Henricus decanus, Theodericus scolasticus, Gozhelmus, Godefridus et alii quamplures clerici et laici.

Acta sunt hec anno Domini incarnationis MCCXXVII.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 153, S. 81,  
naar het oorspronkelijke.

---

N<sup>o</sup>. 503.

Het kapittel te Xanten draagt een halve mansus te Doetinchem op aan twee monniken van het klooster Bethlehem, tegen eene jaarlijksche betaling van 30 Deventersche denariën.

In het jaar 1227.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Godefridus, Dei gratia prepositus, Giselbertus decanus totusque Xantensis ecclesie conven//tus omnibus Christi fidelibus eternam in Domino salutem.

Que geruntur in tempore, ne labantur cum cursu temporis, scripti solent // testimonio roborari.

Noverint igitur universi, tam presentes quam futuri, quod dominus Everwinus, canonicus noster, tunc temporis vil//licus noster in Bislinch, ratione officii sui, ad petitionem multorum bonorum virorum, consentientibus nobis, dimidium mansum, situm in Duttinchem, quem coluit quidem, nomine Henricus, ad villicationis sue officium spectantem, duobus de fratribus ecclesie sancte Marie in Bethlehem, Theodorico videlicet et Godefrido, contulit sub pensione xxx denariorum Daventriensis monete, in festo beati Victoris persolvenda, tali conditione, ut, cum alter predictorum fratrum decesserit, xv solidi Daventriensis monete domino E. vel suo successori, si ipse superstes non fuerit, persolvantur, et alter de fratribus ecclesie ad presentationem ecclesie eiusdem substituatur defuncto. Similiter si ambo decesserint, solventur xxx solidi Daventriensis monete sepedicto E. aut suo successori, et ecclesia sepedicta duos de fratribus suis presentat, ut substituantur loco defunctorum.

Ut autem hoc factum maneat et incolvulum et ratum utrique ecclesie, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri testimonio roborari.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCXXVII, multis presentibus, tam clericis quam laycis.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, met zegel van groen was aan geel, groen en rood zijden draden.

Bij Binterim und Mooren, Die Erzdiözese Köln, III, n<sup>o</sup>. 81, S. 194, is, mutatis mutandis, een gelijk stuk van het klooster Bethlehem.

## No. 504.

Gerard, graaf van Gelre en Zutphen, geeft aan de bewoners der Veluwe, die er zijn of uit welk land zij er komen, deze vrijheid, dat zij, die onechte kinderen hebben, na hun overlijden hem geven zullen de keurmede, en dat hunne wettige erfgenamen hunne erfenis zullen ontvangen, die echter aan hem zal vervallen, als er geen erfgenaam is.

In het jaar 1227.

Ego Gerardus, comes Gelrensis et Zutphaniensis, omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum.

Notum facere cupio universis, quod divinae remunerationis intuitu, quandam libertatem concessi hominibus, in terra nostra Velua manentibus sive adhuc venturis, de quacunque terra advenerint, et in ea mansionem facere voluerint, hanc scilicet, ut, qui habuerint natos non legitimos, de quacunque condicione, sive de libera genealogia, sive ad advocatiam pertinentes, sive de advenis, sive de Fresonibus, dabunt mihi post mortem eorum curmedam, quod est unum optimum quid de sua possessione; legitimi heredes bona eorum accipiant, hereditates, si vero nullus fuerit heres, ad meos usus veniet [venient].

Et ne quis meorum successorum hoc laudabile factum attemtet infringere, praesentem paginam sigilli impressione feci roborare.

Huius facti testes sunt: Richardis abbatissa Ruremundensis, Margareta comitissa Gelriensis, Otto comes de Ravensberch, Henricus de Monte, F. de Rheden, Theodoricus de Valckenborch, T. de Dammo, G. de B., Ioannes de Prato, G. de Hattem, H. de Havercamp, Wilhelmus scultetus, Arnoldus de Oosterhusen et filius suus Theodoricus, Iacobus Pastor, Henricus iudex in Engelant, Aldus iudex in Herven, Henricus de Boecope, Gisbertus de Frede, Odebaldus de Servis, Hermannus de Nederinen, Reinaldus de Elspete, Eilo de Lauwen.

Anno M ducentesimo xxvii.

Matthaeus, Miscellanea, p. 1482, te Utrecht,  
uit de Privilegiën van de Veluwe.

Bondam, Charterboek, no. 132, bl. 359, gaf dit stuk uit naar een Transsumpt van het jaar 1636, doch niet van het oorspronkelijke, maar zoo als het zich bevond in een oud Register. Ik volg, met eenige verandering in de punctuatie, het afschrift van Matthaeus, dat het oorspronkelijke meer nabij komt. Het stuk is dikwerf verkeerd begrepen, o. a. door Van Spaen, Inleiding, n, bl. 195. Graaf Gerard beperkte slechts het recht, dat hij op de nalatenschappen van bastaarden en vreemdelingen had. De keurmede werd ingevorderd door de Keurmeesters van Veluwe, van welke ambtenaren nog eenige rekeningen in het archief van Gelderland aanwezig zijn.

## No. 505.

Gerard, graaf van Gelre, belooft jaarlijks aan Arnulf van Audenarde, die zijn leenman geworden was, te Arnhem te betalen 12 voederen wijn, ieder voeder van 6 amen.

16 Maart 1227.

Nos Gerardus, comes Gelrensis, omnibus, tam presentibus quam futuris, cupimus innotescere, quod nos viro nobili Arnulfo de Audenarde, pro eo quod ipse fidelis et homo noster effectus est, singulis annis in media Quadragesima, quando cantatur Letare Ierusalem, duodecim carratas vini apud nostrum oppidum Arnhem persolvemus. Quelibet etiam carrata sex amas continebit. Et hec solutio a nobis et nostris heredibus ad ipsum et suos heredes perpetuo devolvetur, et ipse et sui heredes nobis et nostris heredibus, sicut fideles et homines nostri, fideliter servire tenebuntur.

Et in huius rei testimonium huic carte sigillum nostrum fecimus appendi.

Datum apud Rurmunde, quinta feria ante Ramos palmarum, anno Domini MCC vicesimo septimo.

Van den Bergh, Gedenkstukken, no. 3, bl. 7,  
naar het oorspronkelijke te Rijssel.

## No. 506.

Koning Hendrik VII staat aan de Maria- en Adelbertstiften te Aken toe het predium Mook aan Gerard, graaf van Gelre, te verkoopen.

1 April 1227.

Henricus septimus, Romanorum rex et semper augustus.

Notum facimus universis imperii fidelibus, presentibus et futuris, quod nos, considerantes statum et dampna, que capellani nostri, canonici b. Marie et b. Alberti de Aquis, in bonis eorum apud Moldeke et eius pertinentiis iam diu sustinuerunt, provida deliberatione ad ipsorum petitionem indulsumus, quod iam dictum predium de Moldeke cum pertinentiis suis libere vendant dilecto nostro Gerardo, comiti Gelrensi, eo pacto et tenore, quod eandem pecuniam, quam inde receperint, locent et dent pro bonis aliis, ipsis magis commodis et utilioribus, ita quod iam dicte ecclesie in redditibus hac ratione nullam sentiant diminutionem, sed augmentum potius percipiant et hoc evidenter in ipsis ecclesiis ostendatur.

Ad rei certam in posterum evidentiam, presentem cartam, inde conscriptam, sigillo maiestatis nostre fecimus communiri.

Actum [anno] Domini MCCXXVII. Datum Aquisgrani kalendas Aprilis.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, no. 144, S. 77,  
naar het oorspronkelijke.

---

No. 507.

Gerard, graaf van Gelre, is getuige in het verdrag tusschen Fernand, graaf van Vlaanderen, en Florens, graaf van Holland, over de geschillen wegens Zeeland, en stelt zich borg voor den laatsten.

16 April 1227.

Ego Florentius, comes Hollandie, notum facio omnibus, presens scriptum inspecturis, quod inter karissimum dominum meum Fernandum, comitem Flandrie, et me talis intercessit conventio.

Quod ego recognovi, etc.

Has siquidem conventiones et pacem bona fide iuravi firmiter observare et testes, qui interfuerunt, feci subseribi.

S. Gerardi comitis de Ghelra. S. Balduini comitis de Benthem. A. de Aud[anardo], S. castellanus de Gand, R. de Gavera, W. de Formeselle, B. de Harstmara, H. de Monte, W. de Thelingen, H. de Ruet [Kuec], I. de Mirlara.

Actum apud Godehide, anno Domini millesimo ducesimo vicesimo septimo, feria sexta post Pascha.

Gerardus, comes de Ghelra, Balduinus, comes de Benthem, et Wilhelmus de Thelingham omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem.

Noverint universi, quod nos bona fide promisimus domino comiti Flandrie Fernando et firmiter creantavimus, quod, si Florentius, comes Hollandie, veniret contra conventiones initas inter ipsos super dampnis et rapinis factis ex utraque parte, secundum quod littere eorum plenius testantur, dicto Florentio, comiti Hollandie, nullum consilium vel auxilium prestaremus adversus dictum comitem Flandrie, immo dicto comiti Flandrie consilium et auxilium prestaremus, donec dicte conventiones plenius servarentur.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris sigillavimus.

Actum apud Godehide, anno Domini millesimo ducesimo vicesimo septimo, feria sexta post Pascha.

Kluit, Historia critica, II, Codex diplomaticus,  
no. 114, p. 462.

---

## No. 508.

Otto II, bisschop van Utrecht, geeft, op verzoek van Gerard, graaf van Gelre, en van zijne moeder, aan het kapittel te Zutphen over eene visscherij bij Kampen, die hij vermeende dat begrepen was in den koop van alle bezittingen van den graaf in Salland.

26 Juli 1227.

Otto, Dei gratia Traiectensis episcopus, omnibus presentem cedulam inspecturis, ad Dei visionem pervenire.

Cum nos omnes redditus comitis Gelrie, quos in Sallandia habuit, in usus ecclesie Traiectensis et nostros emptionis titulo comparassemus, piscariam sive tractum aquarum apud Campis, quam ex emptione predicta nostram et ecclesie Traiectensis esse putabamus, canonici Zutphanienses eandem piscariam sue ecclesie esse constanter asserebant, quare, ad frequentem instantiam capituli Zutphaniensis et comitis Gelrie, eo quod ipse comes nichil iuris se umquam in ea habuisse veredicis verbis, in nostra et in ministerialium nostrorum presentia, sepius affirmaret, et similiter mater sua, abbatissa de Roremunde, eandem piscariam recognovimus liberaliter ecclesie Zutphaniensi.

Datum Daventrie, anno gratie MCCXXVII, VII ydus Iulii, presentibus hiis: Theodorico fratre nostro, preposito Daventriensi, W. decano sancti Salvatoris Traiectensis, G. comite Gelrensi, H. de Monte, H. de Voerst, Theoderico de Buchorst, A. de Illemithen, Rogero de Taten et aliis quam pluribus clericis et laicis.

Naar de oorspronkelijke kopie, den 6den Juni 1383

gemaakt door den notaris Johannes van Dorenborch, in het archief van Gelderland.

Zie no. 488, bl. 492.

## No. 509.

Gerard, graaf van Gelre, verklaart alle verbintenissen, door zijn vader jegens den bisschop van Luik aangegaan, te zullen nakomen.

September 1227.

Gerardus, comes Guelrensis, omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Notum sit universitati vestre, quod nos literas Othonis, patris nostri, in quibus continentur pactiones, conventiones et homagium, in quibus tenebatur episcopo et ecclesie Leodiensi, verbo ad verbum prospeximus diligenterque nos debere recognoscimus et nos servaturos, sub ea fide et homagio, quibus nos eis tenemur, promittimus.

Ut autem hoc firmum et stabile perseveret, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense Septembri.

Naar het oorspronkelijke in de archieven van het kapittel van s. Lambert te Luik, met een klein stuk van het zegel van wit was aan een doorgestoken perkamenten strook.

Zie no. 409, bl. 417.

---

No. 510.

Gerard, graaf van Gelre, staat Otto II, bisschop van Utrecht, bij tegen de Drenthenaren; hij wordt in den veldslag bij Anen, waarin de bisschop sneuvelde, zwaar gewond, gevangen genomen, krijgt verlof wegens de kenze van een bisschop naar Utrecht te gaan en wordt door vonnis der rijksvorsten, ten overstaan van den koning, ontslagen van de beloften jegens de overwinnaars aangegaan, omdat deze geëxcommuniceerd waren.

28 Juli en 1 October 1227.

Ipsò etiam anno [1227] Otto, episcopus Traiectensis, electam militiam congregat castrum Kuvorde expugnaturus propter rebellionem eiusdem castrì possessoris, qui ei iure homagii tenebatur. Cumque in die beati Pantaleonis [28 Iulii] idem episcopus et comes Gelrensis cum electis et famosis militibus minus caute, locus enim totus paludosus est, castrum impetissent, in talem difficultatem devenerunt, unde non possent procedere nec reverti.

Annales Coloniensis maximi, bij Pertz, Monum., Script., xvii, p. 841.

Otto, Traiectensis episcopus, versus Threntam ante Colfelde, Frisonum insolentiam compressurus, in paludoso loco a rusticis die Pantaleonis, feria quarta, occiditur. Ibidem comes Gelriae vulneratur et plurimi, circa cc, omnes milites aut filii militum, perimuntur.

Annales Stadenses, bij Pertz, a. w., xvi, p. 559.

v kal. Augusti Otto episcopus apud Coevorden interfectus anno Domini xxvii.

Memorieboek van s. Salvador te Utrecht, bij Matthaëus, aanteekening op den volgenden schrijver, p. 185.

Dominus Rodolphus de Gore, sicut sui iuris erat, vexillum beati Martini baiulat. Episcopus et comites et omnes alii sui, laeti et quasi

de victoria certi, diffuse et minus ordinate sequuntur. Venitur ad locum mortis, imo martyrii. Bellum hinc inde incipit. Nostri, qui primi erant in acie, contra hostes procedentes statim paludi faetidæ et mortuæ paulatim immerguntur et tandem, propter armorum gravitatem, penitus absorbentur, quos Trentones sagittis et lanceis eminus et gladiis cominus inhumane ut pecora trucidabant. - - - Ipsum episcopum - - - - conficiunt. - - - - Sic - - - - comitem Gelriae et Giselbertum de Amestelle et plures alios in infinitum vulneratos, captos et quasi morientes vix vivos in castrum deducunt. - - - -

Igitur anno Domini mcccxxvi tota ecclesia, suo orbata pastore, ad eligendum novum dominum convocatur, dies electioni praefigitur, ad quem, ut moris est, ab omnibus convenitur. Sed primis duobus diebus plus placuit omnibus plangere et ululare et flere, quam eligere. - - - - His omnibus comes Gelriae et Giselbertus de Amestelle novum dolorem addiderunt, qui semivivi, crudeli vulnere afflicti, in medium coetum, in ipso capitolio, in spondis more defunctorum, deponerentur. Breves enim tunc obtinuerant inducias a suis captivatoribus. Levatis ergo manibus plangunt, eiulant, plorant, vulnera monstrant, supplicant, consilium dant et obtinent, quod ab omnibus convenitur in dominum Wilbrandum, Paderburnensis ecclesiae tunc episcopum.

-----  
Comes Gelriae et omnes captivi, per sententias principum, coram rege, suis praescriptis et ex legibus captivatoribus abiudicantur et sic Covordiae non revertuntur.

De rebus Ultraiectinis auctoris incerti narratio  
historica, p. 22—27.

Heinricus, Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus, quibus haec littere ostense fuerint, gratiam suam et omne bonum.

Significandum duximus universitati vestre, quod a principibus et magnatibus imperii talis coram nobis lata est sententia, quod universa promissa et laudamenta, quae fecerant dilecti fideles nostri comites G. de Gelre et Giselbertus de Amestelle et singuli et universi, qui cum ipsis captivati fuerunt et eorum fideiussoribus, Rudolfo de Kofordia et fratribus suis Friderico et Godefrido, Meinzoni de Grabsdorf, Henrico filio ipsius, et fautoribus eorum, tenere non debent nec sunt aliquatenus exequenda, pro eo quod iidem malefactores, prenotatus A [R] et sui fautores excommunicati fuerunt et processu temporis per excommunicationem facti fuerunt exleges. Cum itaque per vulgarem



et communem sententiam premissa talia irrita sint et inania, nec malefactores sepe dicti coram nobis et imperio compareant expurgaturi se de scandalo excommunicationis et quod exleges facti sint, mandamus dictis comiti Gelrensi, G. de Ameisteille et universis fautoribus et fideiussoribus eorundem, sub intimatione gratie nostre et auctoritate imperii firmiter precipientes, quatenus facta, promissa et laudamenta hominibus excommucatis non impleant vel exsolvant, nisi primitus coram nobis et imperio compareant malefactores sepefati et expurgent se de crimine, quod annotatum est eis et quo primum fuerant vulgariter maculati.

Ad cuius sententie robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi et sigillo nostro iussimus insigniri.

Actum apud Augustam, anno Dominice incarnationis MCCXXVII, kal. Octobris, indictione prima.

Lacomblet, Urkundenbuch, II, n<sup>o</sup>. 146, S. 77,  
naar het oorspronkelijke.

Heda, Historia, p. 193, stelt, even als de schrijver van de Narratio historica, den slag bij Koevorden of Anen in het jaar 1226, op den 1<sup>sten</sup> Augustus, welken dag Van Spaen, Historie, bl. 126, ook aanneemt. Om deze dwalingen weg te nemen moest ik meer gezag aanhalen, dan anders noodig geweest zoude zijn. Van Spaen valt in eene andere dwaling, door, bl. 128, het ontslag der krijgsvangenen van hunne beloften door den nieuwen bisschop en niet door het wereldlijk gezag te laten geven.

---

### No. 511.

Richters en schepenen van Duttinchem geven eene lijst der erven ten hunnen overstaan opgedragen aan het klooster Bethlehem.

In het jaar 1228.

Iudices et scabini in Duttinchem omnibus Christi fidei//bus, tam posteris quam presentibus, hanc paginam // intuentibus, in vero salutari salutem.

Que gerun//tur in tempore, ne labantur cum lapsu temporis, scripti solent memoria perhennari. Inde est, quod universitati vestre areas cum bonis, beate Marie in Betlehem in Duttinchem locatas, coram nobis ab heredibus legitime resignatas et civili iure testimoniis contestatas, notas esse desideramus, que sint et qui pensionem et quantam solvant et quod warandias in marchione Duttinchem habeant.

De areis Have.

§. Gerardus de Grunlo III d. de area una. Ingerammus XV d. de area una. Theodericus Brant XII d. de area I. Ricwinus XI d. de area una.

De areis et de bonis Brewinc.

§. Sweterus, filius Wendelmodis, x d. de area i et servitium. Herewicus de Mari x d. de area i. Wolterus et uxor sua ix d. de area i. Henricus Budenere iiii d. de area i. Filius Mengelbold xii d. de area i. Goswinus Nauta iii d. de area i. Theodericus et uxor sua iiii d. de area i. Engelbertus xii de area i et servitium. Lubertus vi pullos. Riewinus ii sol. de duabus areis. Henricus Nagel iiii d. de area i et servitium. Maghtildis iiii d. de area i et servitium. Alconius iiii d. et servitium de area i. Luce et Aleidis xii d. de area una. Helmarcus Faber xii d. de area i. Albro iii sol. et servitium de area i. Burheardi uxor vi d. et servitium de area i. Hareco xii den. de nova area.

Hec sunt warandie in Waldingerke. De bonis Bewing sex warandie et dimidiam habet ecclesia. De bonis Menten unam warandiam. Habet dimidiam warandiam Werneris de Kaltbeke. Habet dimidiam warandiam Bernoldi Virderechsny. [?]

---

De aeris [sic] Werneris.

§. Cristina, uxor Wilhelmi, ii sol. et servitium de area i. Sweterus, Wendelmodis filius, iiii d. de area i. Uxor Berlensi iii d. de dimidia area et medietatem servitii. Iohannes Scath iiii d. et obolum de area i.

De areis Megebenoldi.

§. Lambertus Hovard viii d. de area i. Bernoldus, filius Otberti, viii d. de area i. Hildegundis et Bernoldus vi d. de area i. Hyngelbertus Sutor xii d. et servitium de area i. Letf vi d. de agro uno. Herewicus Purtel xii d. Quic vi d. de agro i. Theodericus Episcopus iiii d. et ii anguillas in vigilia Nativitatis Domini. Sweneheldis, ux. Theoderici . . . . leres ii d.

De areis Herwici.

§. Henricus Budenere viii d. de area i. Werenbertus xiii d. de area i. Rex viii d. et iii pullos de area i. Gerardus Wenzō iiii d. et pullum de area. Henricus Pratard viii d. de area i. Engelbertus Pistor v d. de prato et ii de area.

De areis Bernoldi, quas dedit ecclesie pro expensis filii sui scolaris.

§. Aleidis vi d. et servitium de area i. Bernoldus et Rodulfus vi d. et servitium de area i. Golwinus Miles vi d. de predio quodam in Dichtere. Hermanus Faber iiii d. de area i.

De areis Wencen et Goswini Naute.

§. Goswinus Nauta iii d. de area i. Wezelinus Nauta ii d. de area i. Reinoldus iiii de area i. Iordanus, filius Hisbrandi, xii d. de area i.

De areis sororis Crangen.

§. Bernardus Mulling II d. de area I. Rex V d. de area I. Uxor Luce Aleidis II d. de area I. Lubertus Carpentarius V d. et II pullos de area . . . . VI d. de area I. Albro II d. de agro. Theodericus Faber VIII d. de area, que fuit Uberdimen.

Pelegrimus XVIII d. de predio, quod fuit Bernoldi. Aleidis, uxor Luce III d. de duobus pratis. Aleidis uxor Luce VI d. de predio, quod fuit Coment.

De aeris [sic] Bernardi Mulline.

Berleus II d. de area una. Gerardus Quellenlex VI d. de area I. Theodericus Otter III d. de agro. Cristina, uxor Wilhelmi II d. de area I. Nicolaus II d. de orto, Iordanis, filius Isbrandi, VIII d. de area I. Sweterus, filius Wendelmodis, VIII d. de area I. Gerardus III d. Lambertus III d., que fuit Scinek, Theodericus Eppo III pullos. Warnerus II sol. de predio, quod fuit Arnoldi de Gernere.

De areis de silva, quas emit ecclesia ab Olende et filia eius Olende et marito eius Gerardo et ab eis, coram civibus Duttinchem resignate.

Albro XII d. de area I. Rodolfus XII d. de area I. Bernardus Buckinc VIII d. de area Buckinshove. Iohannes Scath VI d. de area I. Lutgardis et filia eius III d. et obolum de area I. Swetherus III d. de area I. §. Gladiatoris frater II pullos de orto. Reinoldus VI pullos de orto. Averwinus I pullum de orto. Algerus de Odesslo III d. de area. Averardus de Linsberge VI d. de prato. Bertrammus VI d. de prato, quod fuit Renze. Sweterus de Winburo I d. de prato.

De areis Henrici de Homberch.

§. Rodericus Budel XII d. de area I. Warnerus Caldbeke VI d. de campo. Lambertus Houwar VIII d. et servitium de area I. Gerardus de Grunlo V d. de area I. Teteka, uxor Boldriani, VI d. et servitium de area. Hoburch, que fuit uxor Belekini, VI d. et servitium de area. Herewicus, filius Roderici, I d. de area I. Theodericus Episcopus II d. et II anguillas in vigilia Nativitatis. Hermannus Faber II d. de area I. Henricus de Homberch III d. de area I. Gerardus de Grunlo II d. et II pullos de prato.

He sunt warandie.

De bonis Hawe VIII. De dimidio manso Brauwing, qui dicebatur Villici, dimidiam warandiam. De dimidio manso Warneri dimidiam warandiam. De dimidio manso Herewici dimidiam. De bonis Megenbold warandiam et dimidiam. De Albrone Peden, de Luberto Peden, de bonis Gerardi Wencen III warandias et dimidiam. De bonis Henrici, que vocantur Walmaken, warandiam. De bonis Willen warandiam.

De bonis Gerardi Episcopi warandiam. De bonis Margarete warandiam. De dimidio manso Berlewi dimidiam warandiam. De bonis Goswini Naute tres warandias et dimidiam. De dimidio manso Henrici de Homberch dimidiam warandiam. De bonis Petronille warandiam. De bonis Cratgen warandiam. Wernerus de Calbeke x d. et ii servitia. Petronille filius xii d. Iuthe viii d. Henricus Fermentator viii. Albero iiii d. Henricus et Lutgardis. Lubertus Keteler v d. et ii pullos . . . . .

Hee prenolata, sicut ad beate virginis Marie et eius ecclesie honorem et in nostrorum peccatorum remissionem diligentius conscribi suggessimus, ita ne aliquis in posterum per malevolentiam attemptans violare valeat, civitatis nostre sigillo confirmari curavimus.

Ista ordinata et conscripta sunt anno Domini millesimo ducesimo vicesimo octavo.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, met zegel van wit was aan wit en groen zijden draden.

Behalve het onderschrift, dat over de geheele breedte loopt, is het stuk geschreven in vier kolommen, waarvan ik het einde door een streepje heb aangewezen. De hoofdletters zijn meest allen versierd met rooden inkt, waarmede geschreven zijn de opschriften der verschillende afdeelingen, die meest aanvangen met eene figuur, eenigszins gelijkende op §.

Door het afschilferen van den inkt zijn tien namen met het cijfer, dat er achter staat, in de laatste kolom niet te lezen.

#### No. 512.

Het kapittel van s. Marie te Utrecht gaat over de pacht van den tol te Smithuizen en de curtes Ewijk en Malbergen, welke met den dood van Othilda, de vrouw van Folpert van der Leek, zou eindigen, eene nadere overeenkomst aan, waardoor die pacht op een der kinderen gedurende zijn leven overgaat.

In het jaar 1228.

In nomine Domini.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Folpertus de Leeka convenit in hunc modum cum capitulo sancte Marie in Traiecto de teloneo in Smithusen et curtibus Ewik et Malberge: etc.

Nomina testium, qui huic contractui interfuerunt sunt hec: Andreas decanus sancte Marie, Bruno, Wicherus, Fredericus, Christianus, Iohannes de Eika, Conradus, Iohannes de Merlo, Guntherus, Gerardus Embricensis, Otto, Salutarius, Theodericus, Nicolaus, canonici sancte

Marie in Traiecto; milites vero Egidius de Bruchusen, Gerardus de Merlo, Gerardus de Pülbrüch.

Kluit, *Historia critica*, II, *Codex diplomaticus*,  
nº. 115, p. 466, naar het oorspronkelijke.

Zie nº. 455, bl. 459.

---

Nº. 513.

Gerard, graaf van Gelre en Zutfen, geeft eene verklaring over den afstand van goederen op verzoek zijner moeder, abdis te Roermond, door Willem van Beke ten behoeve van de kerk van Maria-Saal te Saarn gedaan.

In het jaar 1228.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Ego Gerardus; Dei gratia Gelrensis et Sutphaniensis comes, notum facio universis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Wilhelmus, miles, advocatus in Beke, bona, que videbantur pertinere ad eum ex parte hereditatis uxoris sue, sororis advocati de Echit, ad petitionem matris mee Richardis, abbatisse de Ruremunde, pro remedio anime sue, uxoris sue Goderadis et filiorum suorum, effestucavit, ut eadem bona, que ecclesia in aula s. Marie erga advocatum de Echit pro pecunia sibi comparavit, in perpetuum quiete possideat.

Ut autem presens pagina firma permaneat, eam sigilli nostri, matris nostre et uxoris nostre Margarethe appensione fecimus roborari.

Acta sunt hec anno Domini MCCXXVIII.

Testes: subprior Campensis Thitmarus, Segerus sacerdos et monachi ibidem, Lotharius comes de Hostaden et dapifer, et ceteri quamplures.

Lacomblet, *Urkundenbuch*, II, nº. 157, S. 82.

---

Nº. 514.

Proost en deken van het klooster te Syflich verklaren wat Gysela van Anrode en de haren, bij vonnis als wastinsigen aan het klooster toegewezen, betalen moeten gedurende het leven, bij trouwen en sterven.

In het jaar 1228.

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Herimannus, Dei gratia prepositus, Henricus decanus ecclesie s. Martini in Seflich, omnibus, presentem cartam inspecturis, in perpetuum.

Quia vergente in senium presentis seculi neque malitia multos sue pudet conditionis, immo vix aliquis sua iam libere frui potest conditione, ad cavendum in posterum controversie cuiuslibet dispendium,

noticie, tam presentium quam futurorum, transmittimus, quod, cum olim inter ecclesiam nostram, ex una parte, et Gyselam de Anrode et libros suos, Harderadam scilicet, Iohannem, Henricum, Aleidim, Christianum, et Iohannem, fratrem ipsius Gysele, et Ilianam et Gyselam, filias matertere sue, et sequaces suos, super iure status sui, questio verteretur, favente nobis iusticia, ius cerocensuale ab eis per iudicium evincimus, ita quod ipsi nobis et nos vicissim eis tale ius agnoscimus, quod predicti, tam masculi quam femine, cum omni posteritate suam conditionem sequente, postquam matrimonium contraxerint, singulis annis singuli duos denarios ecclesie nostre persolvant, pro licentia cum quacunque persona matrimonium contrahendi vi denarios dent, morientes masculi melius animal quadrupes, quod habebant, vestem suam quarumque meliorem, femine autem vestem suam lineam meliorem vel vi denarios, prout ecclesia eligerit, tradent eidem.

Ad confirmationem igitur utrobique talis iuris, de consensu capituli nostri, cartam hanc, sigillo ecclesie nostre signatam, testimonialem eis tradidimus.

Testes sunt: Tirricus scolasticus, Godefridus, Iacobus, Ludolfus, Henricus, Rudolfus, canonici.

Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCCXXVIII, indictione I, sub papa Gregorio, imperatore Friderico, archiepiscopo Coloniensi Henrico.

Naar een afschrift van Van Spaen, volgens het oorspronkelijke te Kranenburg, in portefeuille n<sup>o</sup>. 216 zijner archieven bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

---

N<sup>o</sup>. 515.

Het klooster te Epternach geeft de kerk te Kellen, met voorbehoud van het patronaatrecht, aan het klooster te Bedbur.

11 April 1228.

B[artholomeus], Dei gratia abbas et conventus Epternacensis, omnibus, presens scriptum inspecturis, notum facimus, quod nos, inopiam // prepositi et conventus de Bedebure cupientes in parte relevare, ecclesiam in Kenle, cuius ius pa//tronatus ad nos dinoscitur pertinere, contulimus eisdem, ita tamen, quod, quotiens dicti cenobii prepositus deces//serit vel ex aliqua causa amotus fuerit a prepositura sua, successor ipsius, qui pro tempore fuerit, dictam ecclesiam in Kenle a nobis ratione iuris patronatus, qui penes nos remanet, recipiet a pre-

posito Embricensi per omnia postmodum investiendus, salvo tamen iure episcopi et prepositi Embricensis pariterque nostro, tali videlicet, quod annuatim nobis xv solidi Colonienses, sicut hactenus ab ecclesia Bedeburensi, perpetuo persolventur.

Actum anno gratie MCCXXVIII.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te 's Gravenhage, waaraan een zegel aan een doorgestoken strook gehangen heeft.

Zie n<sup>o</sup>. 524, bl. 527.

---

No. 516.

Paus Gregorius IX gelast alle aartsbisschoppen, bisschoppen, abten, priors, dekens, aartsdiakenen en andere prelaten, om van de onrechtmatige bezitters van goederen van het klooster Ter Hunnepe de leeken te excommuniceeren, de geestelijken in hunne bediening te schorsen en de villae, waar die goederen zijn, onder interdict te leggen.

1 Juli 1228.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis // et aliis ecclesiarum prelatibus, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Non absque dolore cordis et plurima perturbatione // didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententie severitas enervatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis // apostolice privilegia maiori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix inveniuntur, qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia, se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecte in Christo filie, abbatissa et conventus monasterii sancte Marie de Horst, Cisterciensis ordinis, Traiectensis diocesis, tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu conquerentes, universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui possessiones vel res seu domos predictarum abbatisse et conventus vel hominum suorum irreverenter invaserunt aut ea iniuste detinuerint, que sibi ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsas

abbatissam et conventum, contra apostolice sedis indulta, sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas laborum de possessionibus, habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt seu nutrimentis ipsarum, sprete apostolice sedis privilegiis, extorquere, monitione premissa, si laici fuerint publice, candelis accensis, excommunicationis sententia percellatis, si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos, appellatione remota, ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec prefatis abbatisse ac conventui plenarie satisfaciant, et tam laici quam clerici seculares, qui pro violentia manuum iniectioe et anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur absolvi. Villas autem in quibus bona predictarum filiarum vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint, quamdiu ibi sunt, interdicti sententia supponatis.

Datum Perusii, kal. Iulii, pontificatus nostre anno secundo.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Overijssel. Aan rood en geel zijden draden hangt de looden bul van Gregorius ix.

Gregorius werd paus den 19<sup>den</sup> Maart 1227.

In eene bijna woordelijk gelijkkluidende breve van paus Alexander van 14 Maart 1257 volgt op de woorden *consilium generale*, in regel 3 hierboven, *ante quod susceperint eiusdem ordinis instituta*, en staat in den volgenden regel *animalium* in plaats van *ipsarum*.

---

No. 517.

Het kapittel van s. Marie te Utrecht geeft zijne curtis te Apeldoorn in erfpacht aan zijn villicus Altetus.

29 Juni 1228.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Andreas, decanus ecclesie sancte Marie Traiectensis totumque capitulum eiusdem loci, salutem et omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod nos, de communi consilio capituli nostri, contulimus curtim in Apeldorne Alteto, villico nostro, iure hereditario possidendam, sub tali forma, quod ipse A. vel sui heredes, solvent nobis annuatim in festo Remigii xii maldra siliginis. Insuper, dum contigerit predictum Altetum mori, Arnoldus filius suus, vel proximus suus heres, acquirat curtim cum una marca, et ultra hoc nichil nobis dabunt nec ab ipsis aliud inquiremus.



Testibus presentibus: domino Paridario, Volcone, canonicis sancti Marie eiusdem loci et alii quam plures.

In cuius rei testimonium et munimen sigillum nostrum est appensum.

Datum Appeldoren, anno Domini MCCXXVIII, ipso Petri et Pauli.

Liber pilosus, p. 51, te Utrecht.

---

No. 518.

Wilbrand, bisschop van Utrecht, geeft aan het klooster Bethlehem het patronaat-recht der kerk van Doesburg, nadat Hendrik van den Berg, die het in leen had er afstand van had gedaan.

In het jaar 1228, na 20 Augustus.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Willibrandus, Dei gratia Traiectensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum.

Quia fragilis est admodum humana memoria, que geruntur in tempore cito laberentur cum lapsu temporis, nisi scripti diligencia plerumque firmarentur.

Innotescat igitur presentibus et futuris, quod, cum Henricus de Monte, fidelis et consanguineus noster, inter alia beneficia, que a nobis tenuit, etiam ius patronatus ecclesie de Dusburg, a nobis teneret in feodo, sperans sibi fore meritorium et anime sue apud Deum profuturum, si donum spirituale ad viros spirituales transferret, consenciente filio suo Adam et aliis heredibus suis, illud in manus nostras libere resignavit. Nos itaque, ad petitionem ipsius et in remissionem peccaminum nostrorum, predecessorum et successorum nostrorum indulgenciam, de communi priorum ecclesie nostre consilio, idem ius et dominium fundi vacans et liberum, de bona et sincera voluntate, contulimus Wilhelmo preposito et fratribus sancte Marie in Bethlehem et per ipsos ecclesie sue iure perpetuo possidendum; ita ut prepositus de Bethlehem, ratione personatus ecclesie de Dusburg, per aliquem sui ordinis vel etiam alium sacerdotem ydoneum parrochiam ipsam debita amministrazione procuret. Volumus etiam, districte precipientes sub pena destitutionis officii et beneficii, ne idem prepositus sive aliquis successorum suorum, ad alicuius petitionem, prefatam ecclesiam, similiter et ecclesiam de Stenre, presumat alicui porrigere in beneficium, quin proventus earum liberi ad usum ecclesie beate Marie in Bethlehem annuatim proveniant.

Ut autem hoc factum nostrum perpetuo ratum et stabile permaneat, presentem paginam conscribi et sigillorum presencium fecimus appensione communiri.

Actum anno Dominice incarnationis MCCXXVIII, pontificatus nostri anno primo.

Testibus hiis: Theodorico maioris ecclesie Traiectensis, Loduwico sancti Salvatoris, Ottone ecclesie Daventriensis, Reimaro sancti Petri, Gotsuino, sancti Iohannis, prepositis Traiectensibus, Wulframmo sancti Salvatoris, Hugone sancti Petri, Giselberto sancti Iohannis, Andrea sancte Marie, decanis Traiectensibus, Rodolfo comite de Gore, Henrico de Monte et Adam filio suo, Woltero comite de Goy, nobilibus, Giselberto de Amestelle, Gerardo de Tholre et filio eius Bernardo, Suethero de Dingethen, Alberto de Wulven, Amilio de Werthe, Heinrico de Amersvorthe, Stephano de Bosinchem et aliis quam pluribus ecclesie nostre ministerialibus.

Codex diplomaticus s. Mariae Theutonicorum,  
n<sup>o</sup>. 623, bl. 748, naar het oorspronkelijke te  
Utrecht, met facsimilé.

Wilbrand aanvaardde den 20<sup>sten</sup> Augustus 1228 zijne bediening.

---

No. 519.

Hendrik, aartsbisschop van Keulen, en Bernard van Rees geven aan het klooster Bethlehem in erfpacht een mansus in Gaanderen, behoorende tot de curtis van s. Peter te Keulen in Emmerik, die de tweede in achterleen had van Godfried, graaf van Arensberg.

In het jaar 1229.

Henricus, Dei miseratione sancte Coloniensis archiepiscopus, universis Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, salutem eternam. //

Cum a nobis petitur, quod iustum est, tenemus benivolenter annuere et hiis, que ad divinum cultum proficiunt fa//cilem assensum prebere.

Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos, ad petitionem dilectorum nostrorum Willebrandi, // Traiectensis episcopi, Godefridi comitis de Arnsberch et maxime pro devotione conventus de Bethleem, Deo laudabiliter servientis, mansum quendam in Gernere, eidem ecclesie adiacentem, ad curtim sancti Petri, Coloniensis ecclesie, que sita est in Embrika, pertinentem, intuitu remunerationis eterne, eidem ecclesie, sub eadem pensione, qua multis annis possedit, videlicet sex denariorum Daventriensium legalium, in festo Omnium sanctorum dandorum, absque omni alia obventione, sub prescripto censu, cum consensu predicti comitis, stabili iure perpetuo contulimus possidentum, eandem pensionem predictae ecclesie auctoritate Dei et nostra in perpetuum confirmantes.

Ut autem huius nostre donationis confirmacio, predicti Godefridi, comitis de Arnsberg, qui ipsam curtum a nobis, et Bernardi de Resse, qui eandem ab ipso comite tenuit in beneficio, consensu facta, a nostris successoribus et eorum posteris, rata et inviolabilis predicte ecclesie deinceps observetur, presentem paginam devote conscribi et, tam nostri quam ipsorum sigillorum, precepimus appensione communiri, ita ut reus sit in Deum et beatam eius Genitricem, si quis per malevolentiam aut alicuius occasionis calumpniam ipsam attemptaverit presumptuosius in irritum revocare.

Acta sunt autem hec anno incarnationis Dominice MCCXXVIII, pontificatus nostri anno quarto, presentibus testibus hiis: preposito, decano maioris ecclesie Coloniensis et aliis, tam clericis quam laicis, quampluribus.

Van de zegels van groen was hangt dat van den bisschop aan rood, van den graaf aan groen zijden koorden, van Bernard van Rees aan rood zijden draden.

In nomine Ihesu Christi, Dei et hominis.

Ego Bernardus, miles in Ressa, universis Christi fidelibus, hoc scriptum intuentibus, in vero // salutari salutem.

Que geruntur in tempore, ne cum lapsu temporis labantur, solent scripti memoria perhennari. Inde est, quod // universitatem vestram scire cupio, quod ego Bernardus, miles, mansum quendam in Gernere situm, pertinente ad curtum in // Embrika, quam in feodo a comite in Arnesberg teneo, quem pater meus specialiter domino preposito Wilhelmo sub censu sex denariorum Daventriensis monete contulerat ecclesie beate Marie in Bethleem, pro remedio anime patris mei et matris et in remissionem peccatorum meorum necnon et coheredum meorum, absque omni obventione, sub prescripto censu, cum consensu predicti comitis, perpetuo eundem contuli possidendum.

Ne igitur successores mei et heredes temeraria presumptione hoc donum infringere presumant, tam Recessensis ecclesie sigilli quam mei munimine duxi roborandum.

Testes autem huius rei sunt: Wilhelmus prepositus Bethleemiticus, Wernerus decanus Recessensis, Helyas scolasticus, Augustinus custos, Bernardus patruus meus, Henricus ecclesiasticus, Iohannes presbiter, Hermannus decanus Wisschelensis, Theodericus Tremoniensis, Bernardus Essendensis, Rüdolfus de Renen, Iohannes Coloniensis, Henricus Darnowensis, Theodericus scriptor, canonici Recessenses; laici autem: Bruno de Dalen, Bernardus de Meinhüvele, Suetherus de

Ringelberg, Henricus frater meus, Wasmûdus Reidekule et alii quam plures, tam laici quam clerici.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis MCCCXXVIII, pontificatus autem Domini Henrici Coloniensis episcopi anno quarto.

Het eerste zegel heeft aan geel zijden draden gehangen, het andere, van Bernard van Rees, van groen was, hangt aan rood zijden draden.

Beide oorspronkelijke oorkonden zijn in het archief van Gelderland.

---

No. 520.

Over het klooster te Zennewijnen.

In de jaren 1229, 1230, 1232, 1234—1249, 1242, 1253, 1258 en 1275.

Int jair ons Heren dusent twehondert enn negen enn twentich quam die edel vrou Mechtelt, wedue heren Henrics van Smithusen, by rade enn toedoen heren Volperts van der Leek, hoere dochter man, enn stichten van der capellen van Zenwinen, onder der parochie van Tiel, een convent van tien nonnen van der oerde van Premonstreit. Enn die voirs. x nonnen genomen uyt de cloester van Verschen, die tot Zenwine persoelic ontfangen worden van Willebrando, den bisschop van Utrecht, die sy privilegeerden MCC en xxx.

Enn van den paus Gregorius die IX<sup>de</sup> twewarff geprivilegeert, s. anno VI et VIII. [1232 en 1234].

Enn van den paus Innocentius die derden in zyn XVIII jaer.

Enn twe graciën van de paus Alexander die vierde, die G. de Coc citeerde, in syn vierde jaer. [1258].

Enn van den paus Benedictus die XII<sup>de</sup> anno II. [1336].

Item van Conrado, den artschen bisschop van Colen, mit aflaet begaeft MCCXLII.

Item van bisschop Ot [1234—1249] enn van bisschop Henric van Utrecht mit aflaet begaeft anno MCLVIII; enn van bisschop Johan van Utrecht anno MCLXXV Magdalene; enn van bisschop Gwy van Utrecht, oec mit aflaet begaeft MCCC en II.

Enn van coninc Willem van Romē in Hollant in tweeën tollē gevryt erflic anno MCCLIII.

Register A, p. 39<sup>vo</sup>, te Arnhem.

Het jaar, waarin Innocentius III het privilegie gaf, kan niet juist zijn, daar hij paus was van 24 Juni 1241 tot 13 December 1254.

## No. 521.

Koning Hendrik VII keurt goed den koop van goederen te Gend door Gerard graaf van Gelre, aan het kapittel van Oostbroek gedaan, als zijnde met zijne toestemming geschied.

19 Januari 1229.

Henricus, Dei gratia, Romanorum rex semper augustus, universis, hoc visuris, constare cupimus, quod nos vendicionem bonorum in Gent, dilecto fideli nostro comiti de Gelren per abbatem Conradum et capitulum Laurente factam, quia de nostro consensu facta est, per omnia gratam habemus et ratam.

Ad cuius rei evidenciam presentem cedula[m] sigillo nostro fecimus roborari.

Datum apud Wormatiam xv kal. Februarii, indictione II.

Anno incarnationis Domini MCCXXVIII.

Register A, p. 8vo, te Arnhem.

Van Spaen, Inleiding, II. bl. 195, noot (75), zegt: Het heeft ons verwonderd, dat men [Bondam, Charterboek, bl. 365], de woorden: Capitulum Laurente op het klooster Oostbroek toegepast heeft, daar uit verscheidene brieven, in 't Charterboek geplaatst, blijkt, dat de abdije Laresham of Lorsch de kerk van Gent en andere aanzienlijke goederen bezat. — Dit is juist, doch graaf Otto gaf in Juni 1255 aan het door hem gestichte klooster 's Graven-Dal ius patronatus ecclesiae in Gent in Betua en een gedeelte der tiende van de parochie aldaar. Ik maak dan ook geen bezwaar de opvatting van Bondam te volgen.

Het jaar is volgens onze telling veranderd, die met de indictie overeenkomt en waarin de koning te Worms was.

## No. 522.

Het kapittel der Apostelen te Keulen verkoopt eene curtis te Silvolde aan het klooster Bethlehem.

Juni 1229.

Gerardus, Dei gratia prepositus, totumque capitulum sanctorum Apostolorum in Colonia, universis, // presens scriptum inspecturis, salutem in Domino.

Notum esse volumus, quod nos de communi // consensu et unanimi voluntate, etc.

In cuius rei perpetuam firmitatem hec littere sunt conscripte et sigillis presentibus domini archiepiscopi prefati et nostris communitate.

Acta sunt hec Colonia in palatio archiepiscopi, anno Domini MCCXXVIII, mense Iunio, presentibus Iohanne Bunnensi, Henrico sancti Severini,

prepositis, Henrico comite Senensi et nobili viro Herimanno Molenarkii cum pluribus aliis.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland. De zegels, gehangen hebbende twee aan geel zijden koorden en een aan een rood zijden koord, zijn afgesneden.

In het archief bevindt zich een volkomen gelijkkluidend stuk, doch minder schoon en met vele verkortingen geschreven. De zegels hingen aan doorgestoken perkamenten strooken. Dat van den proost van wit was is nog aanwezig.

---

No. 523.

Richardis, gravin-weduwe van Gelre, benoemd abdis te Roermond, verklaart tegenwoordig geweest te zijn, toen de markgenooten aan het klooster Bethlehem opdroegen den berg Helberg, daarbij gelegen, en een gedeelte van het broek.

21 Juli 1229.

Universis Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, soror R., dicta abdisa in Ruremunde, Cisterciensis ordinis //, quondam vero comitissa Gelrensis, in perpetuum.

Ne rei geste memoria processu temporis evanescat et pereat, discre//torum virorum prudentia solet eam per litteras eternare.

Innotescat igitur, tam futuris quam presentibus hoc scriptum // intuentibus, quod ego soror Richardis, dicta abbatissa in Ruremunde, relicta nobilis viri comitis Ottonis de Gelren, interfui et vidi et audivi, ubi homines, qui vocantur marchenote, unanimiter montem, iuxta Bethlehem iasentem, Domino et beate Marie sanctoque Laurentio, ad opus canonicorum regularium in dicto loco Deo servientium expressim consencientes, contulerunt a profunda via, que transit montem, usque ad palus versus locum prenominatum, et tantum in palude, quantum dictis canonicis necesse fuerat, in perpetuum possidendum.

Ut autem hoc factum ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus.

Datum anno Domini MCCXXIX, XII kal. Augusti.

Naar het oorspronkelijke in het archief van Gelderland, met zegel van licht rood was aan een doorgestoken perkamenten strook.

In dat archief is eene verklaring van dezelfde gravin-weduwe, voorzien van een zegel als boven, waarin de grenzen van den berg, op den rug van het stuk Helberghe genoemd, en van het broek geschreven worden. Zij heeft geene jaar- of dagteekening. Hare plaats is het best hier achter de voorgaande.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Ego Richardis, so//ror in Ruremunde, dicta abbatissa, protestor coram omnibus hanc cedulam inspectu//ris, quia vidi et audiui, quod ad petitionem mei et filii mei, comitis Gerhardi, // commarchiones communjter dederunt beate Marie in Bethlehem partem montis et paludis, scilicet ab angulo terre Blec, secundum terminum, quem demonstrat vallum ante fossum, quando mons data fuit, usque ad Adelhorst, ab Adelhorst secus profundam viam, que transit montem, usque ad antiquum terminum quandoque datur, qui dicitur Kipbruege usque ad Warenhorst et vallum molendinare et quicquid infra hos terminos iacet.

No. 524.

Rechtsgeding van het klooster te Bedbur tegen den pastoor van Qualburg, wegens het innen van tienden van de kerk te Kellen.

16 September [1229.]

Godefridus, Dei gratia prepositus, Gyselbertus decanus, Iohannes scolasticus totumque Xanctensis ecclesie capitulum, universis, presentem cedulam inspecturis, salutem in Domino.

Cum H., prepositus de Beth//debure, et quedam cum eo persone sue ecclesie proponerent gravem querimoniam contra Thidericum, pastorem de Qualburg, et H. fratrem eius, qui . . . presentes erant, de iniusta spoliatione // et de violenta manuum iniectioe, respondebat pars adversa, quod eos non spoliassent, quia de voluntate comitis et eius auctoritate decimam colligerent, quem et suum warand//ium esse dicebant. Ad hec pars altera dixit, quod probare posset, que ibidem contra suos iniuriatores proposuisset. Per sententiam igitur hoc fieri debere iudicatum est per instrumenta et testes.

Instrumentum primum fuit abbatis Epternacensis speciale ad archidiaconem Embricensem, in hunc modum :

Venerabili viro B., archidiacono in Embrike, B., Dei gratia abbas Epternacensis, salutem in Domino.

Cum nos ecclesiam in Kenle, nobis vacantem, conventui in Bethdebure, ad petitionem domine M. in Smithusen, quam in hoc intentionem piam et sanctam cognovimus habuisse, salvo tamen iure nostro, quale prius in eadem ecclesia dignoscimur habuisse, libere contulimus et absolute, discretionem vestram ea, qua possumus . . . rogamus, quatinus ut et nos, divino retributionis intuitu, factum

ostrum gratum et ratum habentes, prepositum loci prefati, nomen ipsius conventus, de prefata ecclesia sine difficultate aliqua investientes, eosdem possessione pacifice gaudere faciatis.

Secundum instrumentum fuit archidiaconi ad decanum Embricensem, in hunc modum :

B., Dei gratia Embricensis prepositus, decano eiusdem loci salutem.

Significamus vobis, quod dominum H., prepositum in Bethdebure, sicut pro ipso interpellastis, ecclesie in Kenle legitime investivimus, unde et vobis mandamus et rogamus, quatinus auctoritate nostra ipsum in corporalem ducatis dicte ecclesie possessionem, mandantes parrochianis prenominate ecclesie, ut eidem, sicut plebano suo, obedientiam debitam et reverentiam exhibeant.

Tertium instrumentum predicti abbatis fuit generale et perpetuum ad omnes, in hunc modum :

Bartholomeus, Dei gratia abbas Epternacensis, omnibus presens scriptum inspecturis.

Notum facimus, quod nos, divine remunerationis intuitu, Henrico, preposito in Bethdebure, ecclesiam in Kenle, nobis vacantem, nomine ecclesie sue contulimus.

Datum Epternaci, anno gratie MCCXXVIII, III nonas Aprilis.

Quartum instrumentum fuit decani Embricensis de investitura, eis ab ipso facta ex mandato sui archidiaconi, quod die Felicis et Adaucti [30 Augustus] exhibere promiserunt.

Et sic causam suam legitime fundaverunt.

De manuiniectioe facta, pars adversa excusationem obtulit, sed pars altera probationem potius audiendam dixit, et per sententiam hoc obtinuit. Tunc pars altera in appellationem prorupit, quam frivolam fuisse sententia iudicavit. Primo itaque magister Valendis, post interlocutoriam de probatione aliquantulum differenda vel statim exequenda, in ewangelio iuravit, et alie similiter, secundum ordinem personarum, que lese fuerunt, iuxta form . . . . predictam iuraverunt et iusticiam sibi fieri postulaverunt. Tunc demum sententiatum est contra Th., pastorem de Qualburg, et Gerhardum, fratrem suum, et alterum Gerardum, nepotem suum, quod incidissent in canonem late sententie et ipso facto excommunicati essent, et ibidem et alibi denunciandi.

Prefixo autem die, Felicis et Adaucti scilicet, prepositus instrumentum decani de investitura quam fecit . . . . ex mandato sui archidiaconi, exhibuit, cuius tenor talis erat :



Venerabilibus dominis G., decano, totique capitulo Xanctensi G.,  
Dei gratia decanus Embricensis, orationes in Domino.

Universitati vestre dignum duxi significandum, quod ex mandato domini B., Padeburnensis electi, tunc temporis prepositi et archidiaconi Embricensis, prepositum de Bethdebure per . . . essionem ecclesie in Kelne duxi corporalem eundem, sicut moris est, in . . . tingando et precepi parochianis, quod ipsi, tamquam suo legitimo plebano, in omnibus obediant.

Exhibuit etiam aliud instrumentum abbatis Epternacensis in tali tenore et contentus.

B., Dei gratia abbas, etc.

Et spoliationem se probaturum obtulit. Super quam dies partibus prefixa fuit octava Nativitatis beate Marie, [16 September] et citatus fuit idem Th., ad audiendam probationem prepositi ipso die; qui, cum contumaciter comparere non curaret, et sententiam iudicatam et probationem prepositi recipi deberet. Non obstante absentia memorati Th., prepositus quoque per tres confratres suos sufficienter probavit eodem die, quod Th. ecclesiam in Bethdebure decimam ecclesie in Kenle spoliasset, qua propter ei, sub pena excommunicationis, districte mandavimus, ut ecclesie in Bethbure ablata restitueret. Sed cum ipse contumaciter mandato nostro parere non curaret, dictante sententia, ipsum excommunicamus et fecimus ab omnibus arcus evitari.

Naar het oorspronkelijke in het Rijksarchief te  
's Gravenhage, waaraan een gedeelte van  
het zegel van wit was aan een doorgestoken  
strook hangt.

Het vonnis heeft geene vermelding van jaar. Daar echter het klooster de kerk te Kellen den 11<sup>den</sup> April 1228 verkreeg, kan men aannemen, dat de spolie in den oogsttijd van dat jaar gepleegd en de actie tempore utili in het volgende ingesteld is.

Woorden onleesbaar door scheuren in het perkament zijn door . . . aangewezen.

De oorkonde, op deze bladzijde niet gedrukt, is no. 515, bl. 518.

Zie over dit rechtsgeding mijn opstel in de Verhandelingen der Koninklijke Akademie van Wetenschappen, Dl. vii.

---

### No. 525.

Gerard, graaf van Gelre en Zutfen, sterft.

22 October 1229.

Obiit anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, ipso die beati Severi episcopi, Gerardus, comes Gelriae et Zutphaniae, qui cum Margareta,

uxore sua, ad instantiam matris suae, Richardae de Nassovia, primae huius loci abbatissae, monasterium fundavit anno millesimo ducentesimo decimo octavo. Ambo in hoc loco sepulti.

Grafschrift in de Munsterkerk te Roermond.

Met dit grafschrift, kennelijk van jongere dagteekening, komt, wat den dag van overlijden betreft, overeen hetgeen Gelenius, *Farragines*, xi, p. 531, aanteekende uit de *Historia p. p. Observ. Colon.*, afgeschreven door Van Spaen en in n<sup>o</sup>. 416 zijner archieven bij den Hoogen Raad van Adel te 's Gravenhage.

Zie over Margaretha, de vrouw van graaf Otto, het aangeteekende bij de oorkonde n<sup>o</sup>. 475, bl. 479.

Otto, de zoon van Gerard, in die oorkonde ook genoemd, was zijn opvolger.

Een andere zoon, Hendrik, was in het jaar 1242 proost van Xanten, werd den 10den October 1247 bisschop van Luik en den 3den Juli 1274 afgezet. Hij komt in volgende stukken meermalen voor. Waarschijnlijk is hij dezelfde van wien in het *Necrologium van Elten*, in *Nieuw Archief van kerkelijke geschiedenis*, II, bl. 62, aangeteekend staat: *Ianuarii VIII. Memoria Henrici de Gelren. Preb. De bonis in Hummele I marck campanariis presentibus, ut uni persone.* Toen hij bisschop werd was hij nog *iuvenis moribus et aetate*. *Chapeville, Gesta pontificum Leodiensium*, II, p. 276. Hij kan dus die zoon zijn, van wiens geboorte *Caesarius Heisterbacensis, Vita s. Engelberti*, bij *Surius, De probatis Sanctorum vitis*, p. 192, het volgende mededeelt: *Gelriae comitissa tanta pariendi difficultate quandoque laboravit, ut vita eius propemodum desperaretur. Accitus confessorius eius abbas Campensis, a duce Brabantiae Henrico, qui erat comitissae pater, atque a marito eius Gerardo comite introductus est ad eam, prae doloris acerbitate miserè eiulantem. Illa, viso abbate, perinde ac si moritura sit, commendat se eius precibus, orans, ut fratres omnes iubeat pro se orare. Lachymantur omnes, qui aderant. Interim comes sic ait ad eam: Nosti, charissima, quantum nos amavit cognatus et dominus meus episcopus Engelbertus. Invoca ergo illum in hac summa calamitate, spero non minus illum tibi, quam caeteris, subventurum. Deinde abbas cum duce et comite egreditur. Porro comitissa orat martyrem, ut sibi opituletur. Orat Christum, ut propter sanguinem, quem pro iustitia fudit Engelbertus, a tantis doloribus se liberet. Vix in castrum illi redierant, cum, ecce, puella cursitat post eos laetissimumque nuncium comiti afferens: Domine, inquit, domina mea peperit tibi elegantissimum filium. Tum vero omnes laudant et praedicant Deum in martyre suo Engelberto. At comitissa, non immemor beneficii, mox revaluit, Coloniam venit, sepulcrum martyris visitavit argenteamque imaginem ad illud obtulit. De aartsbisschop Engelbert werd den 24sten Februari 1226 begraven, doch hij deed geene wonderen meer, toen zijn moordenaar op den 11den November daarna werd te recht gesteld. Tusschen beide dagen had dus de bevalling plaats.*

Eene oorkonde van 12 Maart 1236 handelt over eene dochter van graaf Gerard. Over haar huwelijk zal daar iets aangeteekend worden.



